THOMÆ DE VIO CAIETANI R. CARDINALIS Tituli S. Xysti

SVPER PRÆDICABILIA PORPHYRII & Aristo. Prædicamenta, ac Posteriorum analyticorum libros, & Opusculum S. Thomæ de ENTE & ESSENTIA præclarissima cõmentaria, annotationes, ac quæstiones:

Eiusdem etiam de Totius Naturalis scientiæ Subiecto absolutissima quæstio, & tractatus de varijs Cambiorum generibus:

Omnia sic nuper diligentissime castigata, atque elaborata sunt, vt vix quicquam in his minui vel addi possit.

Quæstionum item ac notabilium dictorum in hoc libro contentorum nouus additus est Elenchus.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
M D LIIII

INDEX

Tituli. Q. pertractatarum à Thoma Caietano in Prædicabilibus Porph.

Tituli questionum Thomæ Caietani in prædicabiles Porphyrij finiunt.

Eiusdem tituli. Q. in prædicamenta Aristotelis.

Q. in prædicamenta tituli finiunt.

In primum posteriorū Thomę de Vio Caietani index incipit.

In primo posteriorum Thome de Vio index explicit: incboat secundi.

Tituli questionū Thome Caietani in librū de Ente & essentia in unum redacti.

FINIS.

THOMAE DE VIO CAIETANI
S. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS,
TITVLI. S. SISTI IN PRAEDICABILIA PORPHYRII ET PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS COMMENTARIA.

PROLOGVS.

EXPEDITIS cũ diuino auxilio his, quæ demonstratiuę doctrinę necessaria visa sunt, antequã ad altiora cæpta me transferam peragenda rapere tantum tẽporis decreui, vt Porphyrij ac Aristotelis logicalia principia exponere posim: nõ quin ab illustrioribus viris longo ante tempore gloriose exposita sint, sed quoniam Thomistarum, & præcipue nostræ religionis fratrum profectui me totum dedi. nullãq; vnquam viderim aut audierim lecturam esse, quæ communiter his grata videatur: fretus diui Thomę suffragiis tanto ausus sum esse discrimini credere. Non ea autem mihi cupido inest, vt aliorũm dicta etiam mala arguere, aut illustrium expositorum dicta omnia cõpilare vel necessaria respuere, aut surripere arroganter velim, sed antiquorum quandoq; diuiq; Thomę indefesse vestigia sectaturus: eorum nominibus præpositis. vbi aliquid singulare occurrerit, præsens aggredior opus, secundum proprij facultatem ingenij, quæ proficua incipientibus peripateticis videbuntur diligenter expressurus. Vnde & abstinendum ab omnibus quæstionibus censui, quæ metaphysicales aut physicales difficultates, quibus nouitiorum intellectus succumberent.

PORPHYRII PHENICEI
INTRODVCTIO
IN PRAEDICAMENTA
ARISTOTELIS,
QVAE QVINQVE
PRAEDICABILIVM EST,

Cum Thomæ de Vio Caietani clarissimis commentariis. Cap. 1.

PROOEMIVM.

CVM sit necessarium Chrisaori & ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam nosse quid sit genus, quid differentia, quid species, quid proprium, & quid accidens: & ad diffinitionum aßignationem, & omnino ad ea, quæ in diuisione uel in demonstratione sunt utilia, istarum rerum speculatione cõpendiosam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter uelut introductionis modo, ea, quæ ab antiquis dicta sunt, aggredi, altioribus quæstionibus abstinens, simpliciores uero mediocriter coniectans.

QVONIAM Liber iste non tam pars Logicæ quam via ad Categorias Aristotelis est, vt eius titulus testatur. (Isagoge enim idem sonat quod introductio:) ideo dilatatam diuisione quam intentione logicæ, vsque ad principium prædicamentorum, vbi facilius dicenda percipi poterunt, ad textum me statim confero præmittens, quod Porphyrius a Chrisaorio (vt aiunt) Romano patritij ordinis requisitus, vt quoniam prædicamenta Aristotelis obscura sibi erãt instruere ipsum vellet. quatenus valeret prædictam Aristotelis doctrinam assequi. præsens opusculum edidit. Quod diuiditur primo in procemium, & tractatum, incipientem ibi. (Videtur autem neq; genus &c.) Procemium autem secatur in duas partes. In quarum prima reddit auditorem beneuolum, necessitatem, vtilitatemque dicendorum ostendens. In secunda autem incipiente ibi (Mox de generibus &c.) Reddit eum docilem, simul & attentum, ordinem & fines dicendorum insinuans. proponit ergo primo necessitatem dicendorum. inculcans simul intentionem operis, & eius causas, & modum procedendi. Intentionem quidem dupliciter. & primo quo ad exequenda, dicens se aggressurum ea. quæ ab antiquis de genere, specie, differentia, proprio, & accidente, dicta sunt. Secundo quo ad repellenda, dicens abstinendum fore ab altioribus quæstionibus. Causas autem suscepti laboris quatuor assignat, iuxta numerum eorum, ad quorum notitiam habendam oportere præcognoscere supradicta dicit. Est ergo prima causa, eo quod necessarium est nosse quid sit genus, quid species &c. ad perspiciendam doctrinam traditam in libro prædicamentorum Aristotelis. Secunda autem, eo quod nosse ista est necessarium ad diffinitionum assignationem. Tertia, quia hoc est necessarium ad artem diuisiuam. Quarta, quia hoc est necessarium ad artem demonstratiuam &c. Necessaria siquidem est horum notitia ad prædicamenta, quoniam prædicamentum integratur ex genere, specie, & differentia tanquam partibus: & habet aliqua propria, & aliqua accidentia communia &c. Ad diffinitiuam vero artem, quoniam diffinitio constat ex genere & differentia, vt partibus: species vero est quæ diffinitur: propria autem magnam partem conferunt ad cognoscendas diffinitiones, & sæpe loco differentiarum ponuntur: accidentia autem cuitari debent, incognita autem non nisi casu cauentur. Ad diuisiuam autem artem, quoniam diuisio est vel generis in species per differentias: vel subiecti in accidentia propria: vel in accidentia communia, vel econuerso accidentis in subiecta &c. Ad demonstratiuam autem quoniam demonstrationis medium est diffinitio, quæ ex genere & differentia constat, minor autem extremitas species est, maior vero proprium, quod de specie concluditur, accidens autem procul a demonstrationibus inspicere oportet Modum vero procedendi aperit cum se compendiose, & introductorio modo tractaturum promittit, & simpliciores quæstiones mediocriter coniectaturum &c. vt & breuitate, incipientium fastidium depellat: & claritate, eorum rudes intellectus illustre: & facilitate tum quęstionum tum mediorum, eorũdem mentes promoueat paulatim ad difficilia & ardua capescenda.

4. 5-I 34

Circa illud verbum (necessariũ) ad eam, quę est in prędicamentis Arist. doctrinam, dubium cõe est. an iste liber sit necessarius simplr ad prædicamenta Arist. an sit necessarius ad bene esse tm̃. Si. n. dicaᷓ ꝙ est necessarius simplr 1. Topic. cap. 4. diminutus apparebit hic Arist. & superfluus in topicis, dũ de his ibi determinauit, q̃ determinãda in principio erãt. Si aũt dicatur, ꝙ est necessarius ad bene esse, tunc sequeᷓ, ꝙ aliquis posset scire p̃dicamenta absq; huius operis doctrina, ꝙ impossibile vr̃: quia non põt fieri vt dicta Aristo. ibi intelligantur nisi sciatur q̃d genus & quid species & quid differentia &c. Ad hoc duplr r̃ndetur. primo secundum Albertum, q intuitus duo inueniri in doctrina prædicamentorum, s. ꝙ prædicabilia ordinãtur ibidem, & ꝙ adunantur hæres ad sua genera, gñaq; diuiduntur in suas species &c. dixit, ꝙ rõne primi necessarium ineuitabiliter est præsens opus ad prædicamenta: qm̃ hic rationes prædicabilium ibi ordinãdorum exprimuntur, ordinare autem nescit qui rões ordinabilium ignorat. ratione vero secundi vtilem esse p̃ntem doctrinam prædica- Cap. 1. mentis asseruit &c. Auerrois aũt in principio suæ expositionis putat hunc librum non esse aliquo pacto necessarium, licet vtilem: & mouetur ex eo, ꝙ id, ꝙ p diffinitiões horum prædicabilium habeᷓ, aut pertinet ad materiam necessariam, et sic ptinet ad artem demonstratiuam: aut ad materiam cõtingentem seu probabilem, & sic pertinet ad dialecticam: & hoc mihi magis placet. Et ad obiectionem in oppositum dicitur cũ Auerroi, ꝙ hic liber inquantum tradit quid nois generis speciei &c. est necessarius, sed non erat opus spãlem edere tractatum propter quid nominis, qm̃ exponendo prędicamenta notũ fit q̃d nominis terminorum, inquantum aũt continet quid sit genus &c. vtilis est. & silr ad rationem. Pro Alberto dicitur, ꝙ sufficit nosse quid nois ordinabilium addiscenti talem ordinem, licet hoc nõ sufficiat statuenti illum ordinẽ. 1. Topico. cap. 4. Si quis aũt Albertum sustinere vult facile dicere põt qđ alia rõne traduntur illa hic: & alia in Topicis: & qđ sicut Aristoteles nõ tradidit artem diuisiuam nec diffinitiuam, ita nec hæc spãli tractatu dixit. nec ho: inconuenit, quoniam non est opus eum cuncta complexum esse.

Mox de generibus & speciebus illud quidem siue subsistant, siue in solis nudis purisq; intellectibus posita sint, siue subsistẽtia corporalia an incorporalia, & utrum separata a sensibilibus, an in sensibilibus posita, & circa ea constantia dicere recusabo. Altißimum. n. negocium est huiusmodi, & maioris egens inquisitionis. Illud uero quẽadmodum de his ac de propositis probabiliter antiqui tractauerũt, & horum maxime peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.

Reddit auditorem attentum & docilem: attentũ quidem, dum ostendit in speciali ꝙ nõ vult inuoluere eius intellectum arduis quibusdam quæstionibus, quæ in principio tractandæ occurrerent. Docilem vero dũ peripatetica via ordinate procedẽdum a genere & specie inchoãdo, proponit. Quæstiones aũt quas omittendas censet, qm̃ de esse vniuersalium sunt, ꝙ metaphysici est negotij, ꝙ altissimum est, tres sunt: Prima est, an. s. genera & species subsistant in rerũ natura, an potius sint in solis nudis purisq; intellectibus: (solis) dicit excludẽdo res extra animam. (nudis) vero excludẽdo accidentium indumenta. (puris) autẽ remouendo materiæ phantasmatũq; admistionem. nec est sermo de quocũq; intellectu, sed de intellectu in actu, qui est idem cũ intellecto in actu (vt dicitur 3. cõ. 15. in. 3. de aĩa.) Secunda quæstio est de quidditate eorũdem, an. s. sint corporalia an incorporalia. Tertia quõ autem est Patet primo metaphysica. 7. com. 4. & 5. item septimo metaphysi. 7. cõ 5. 3. de ipsis vniuersalibus in comparatione ad singularia, an sint in sensibilibus posita, an a sensibilibus separata, & pcedunt hę qões secundum disputationes, quæ erant inter Peripateticos & Platonicos. Platoni n. ascribitur, qđ naturas rerũ ponebat vniuersales subsistere extra aĩam, & vniuersalia mathematica, & consequenter corporalia, & separata esse a sensibilibus & particularibus quæ videmus. Quibus omnibus Peripatetici obuiarũt rationibus efficacibus, quæ silentio inuoluendæ nunc sunt.

Quot nãm modis genus dicitur, & quid sit Cap. 2.

Videtur autem neque genus, neque species simpliciter dici. Genus enim dicitur & aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquod, & ad se inuicem collectio, secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius, scilicet habitudine. Dico aũt Romuli & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eã, quæ ab illo est cognationem secundum diuisionem ab aliis generibus dictam.

TRactatus hic incipiens diuiditur in duas partes principales. Primo nãq; determinat de singulis prædicabilibus. Secundo in. 5. cap. de omnibus simul comparatiue. prima para diuidiᷓ in quatuor capitula. In quorum primo de genere & specie, q̃n correlatiua sunt, simul determinat. Diuiditur aũt præsens capitulum in decem partes principales, quæ in suis locis patebunt. In prima ergo parte ꝓposita multiplicitate horum nominum, s. generis & speciei in illis verbis (videtur autem neq; genus neque species simplr). i. vno modo dici, declarat q̃d significat hoc nomen genus qm̃ plures significationes habet, quatuor facit. primo ponit vnam eius sigñationem dicens. prima significatio generis est collectio multorum quodammodo se habentium ad vnũ aliquod & ad se inuicem. Vbi aduerte, ꝙ genus iuxta hanc sigñonem non significat q̃cũq; collectionem, sed eam, in qua inueniuntur istæ duæ connexiones, s. ꝙ illa multa quodammodo se habeant adinuicem, & ꝙ illa mrt multa quodãmmõ se habeant ad vnum aliquod: qundammõ autem se adinuicem habere, nihil aliud sonat, q̃ ꝙ inter se habeãt connectentes habitudines, quibus ab aliis differãt, vt omnes, q̃ sunt de vna familia inter se coniuncti sunt. dũ ibi sunt fratres, sorores, nepotes &c. & silr ronriues se mutuo respiciunt, dum alij rectores, alij cõsules, alij milites, alij artifices &c. sunt. Ad vnum vero aliud habere se quodãmõ nihil aliud importat q̃ illa multa originem habere ab illo, vt omnes eiusdem familiæ ex vno primo patre, & gens, conciues ex vna patria oriunᷓ. Talis ergo aggregatio genus vocatur vsu valde frequẽti, dũ de cognationibus hominum loquimur (vt in exemplo textus apparet.)

Dicitur autem aliter rursus genus, q est uniuscuiusq; generationis principium, uel ab eo, qui genuit, uel ab eo loco, in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus a Tantalo genus habere, Hyllum aũt ab Hercule, & rursus Pindarum Thebanum esse genere, Platonem uero Athenienscm. etenim patria principiũ est uniuscuiusq; generationis quẽadmodum & pater.

Hic secundo ponit secundam generis sigñationẽ dicẽs, ꝙ genus qñq; vocatur id, ꝙ est principiũ vniuscuiuscũq; generationis. Vbi notandũ est, ꝙ genus significare principium vniuscuiusq; gñationis potest intelligi dupliciter. Vno mõ ꝙ generis nnic appelletur id, a quo aliqui trahunt originem (puta qđ genus Romanorũ dicatur Romulus, a quo Romani initiũ sumunt.) & hoc non videᷓ mihi formalr dictum, qm̃ non consueuimus dicere Romulum esse Romanorũ genus, neq; Tantalũ genus Orestis. in textu autem dr̃ ꝙ hæc sigñatio est frequentissima in vsu. Alio ergo mõ intelligi potest, vt ipsum initiũ originis, quodcũq; sit illud, siue semen, siue vis aliq̃, siue qđcunque aliud in patre siue patria manẽs; genus vocetur: & sic genus vsitata voce sigñat principium gñonis, vt patet in exẽplis, ex intentione dicentium Romanos trahere genus a Romulo, & Athenienses ab Athenis: intẽdimus enim per hæc dicere, ꝙ Romani a Romulo initium hñt suæ gñonis, & similiter ꝙ Athenienses ex Athenis initiũ originis sumpserunt. Ostendũt aũt hanc esse intentionem Porphyrij secundum duo. primũ est, quia dixit, genus dicitur, ꝙ est vniuscuiusq; gñationis principium vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco, in quo qui. genitus est, & non dixit, vt ille q genuit, vel locus a quo q̃s genitus est &c. secundum est, q̃a exẽpla ponẽdo semper tam patrẽ q̃ pa-

triam

triam in obliquo ponit, & nunc in recto vocat patrem aut patriā genus. Nec obstat, ꝙ asserat p̄riam esse vniuscuiusq; gñonis principiū, qm̄ hoc dixit, vt ab ipsa genus trahi, sicut a patre doceret, & non ꝙ ipsa sit genu. nisi cāl'r aut material'r, quia.s.ab ea, vel in ea genus habetur.

Hæc aūt uidetur promptißima esse significatio generis: Romani enim sunt, qui ex genere descendūt Romuli, & Cecropide, qui ex genere descendunt Cecropis & eorum proximi. Et quidem prius appellatum est genus uniuscuiusq; generationis principium dehinc etiam multitudo eorū, qui sunt ab uno principio, ut à Romulo: nāq; diuidentes & ab aliis separantes dicebamus omnem illam collectionem esse Romanorum genus.

Hic tertio cōparat prędictas duas sigñones adinuicem quo ad vsum & ordinem. ſm vsum quidem dicens, hanc secundam esse in vsu promptissimā, & consequēter illam esse minus cōsuetam: & declarat hoc exemplo claro &c. Secundum ordinem vero dicēs, significationem secundo loco positam priorem esse, & causam primæ significationis. Vnde prior est & ordine naturę & ordine appellationis. prius.n.est exordium cognationis, deinde cognatio ipsa: & primo appellatū fuit genus initiū illud: deinde separando descēdentes ab vno a filiis alterius, dicta est collectio vna genus romanorum: alia albanorum &c.

Aliter aūt & rursus dicitur genus, cui supponitur species. Ad horum fortasse similitudinem dictū est: etenim principium quoddam est huiusmodi genus earum, quæ sub ipso sunt specierum. Videtur etiam multitudinem continere omnium, quæ sub eo sunt, specierum.


Hic quarto ponit tertiam sigñationē. Vbi tria ordinate dicit. Primo sigñonē ipsam. dicens, ꝙ significat id, cui supponitur spēs in recta.s.linea p̄ñtali tanq̄ inferius suo superiori, vt aiali supponitur homo. Scḋo dicit, hanc significationē ex assimilatione ad primas supradictas fortasse deriuatam. Addidit aūt fortasse, qm̄ eorum, qui nomina imposuerunt, mētes certa cognitione nescimus. Tertio explanat qūo hæc significatio præcedentibus sit silis: & primo secundæ, qm̄ genus secundo mō sumptum significat principium gñonis, id aūt, cui supponitur species, principium quoddā est suarum specierum: qūo autem principium sit in cap. 2. dicet. Deinde primæ, qm̄ genus primo modo sumptum sigñat multitudinem descendētium ab vno, id aūt, cui supponitur species, multitudinē continet sub se spērum, quæ sibi inuicem cognatæ sunt, & ab vno oriūtur principio, vt exēplis facile est manifestare. Occurrit aūt hic dubitatiuncula, ꝙ videtur Porph. diminutus, qm̄ significationes generis explorans nō omnes dixit: habent n. grāmatici genus in alia significatione, dū vnum inter nominum & verborū accidētia genus vocant. Ad hoc dicitur ſm Albertum, ꝙ non est intētionis præsentis distinguere gñis vocabulum in omnes suas sigñationes, sed in eas tantum, quæ habēt affinitatem cum ea generis significatione, qua Logici vtūtur: hæ aūt sunt, quas Porphyrius posuit, nō illæ, quibus grammatici vtuntur: & ideo diminutus non est Porphyrius.

Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud Philosophos sermo est. Quod etiam scribentes assignauerunt dicētes, genus esse q. de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit prædicatur, ut animal.

Hæc est secunda pars huius capituli, in qua, postq̄ declaratum iam est quid nois ipsius generis, intendit declarare quid rei eiusdem eo mō quo talia entia rōnis habent quid rei. Declaratum est.n. quid sigñat sed modo declarabitur quid est id, ꝙ sigñatur. & tria facit. primo electa tertia generis sigñone, qm̄ de illa philosophi sermonem faciunt, generis sic sumpti diffinitionem a plbis datam ponit dicens, genus esse qḋ de pluribus differentibus spē in eo ꝙ quid sit prædicat̃. Vbi tribus cōditionibus definitum esse genus notato. Prima est, ꝙ p̄dicetur de pluribus. Secunda, ꝙ illa plura differant specie inter se. Tertia, ꝙ p̄dicetur de eis in quid. Vt aīal genus esse dicimus, q̄a prædicatur de pluribus, hoīe.s.leone, qui differunt specie inter se: et prędicatur de eis in quid quęrenti.n. quid est homo, recte r̄ndetur animal. & sil'r quærenti quid est leo.

Eorum.n. quæ prædicātur, alia quidē de uno dicuntur solo, sicut indiuidua sunt, sicut Socrates, & hic & hæc & hoc: alia de pluribus, quēadmodum genera & spēs, & differentia & propria & accidentia cōiter, sed non proprie alicui. Est aūt genus ut aīal, species uero ut homo, differentia ut rōnale, proprium ut risibile, accidens ut albū sedere. Ab his ergo, quæ de uno solo prædicantur, differūt genera, eo q. de pluribus aßignata prædicantur. Ab his aūt, quæ de pluribus prædicantur, differt genus. A speciebus quidem primū, quoniam species & si de pluribus prædicantur, non t̄n de differētibus specie, sed numero. homo.n. cum sit species de Socrate & de Plat. prædicatur, quæ non specie à se inuicem differūt, sed de numero solum. Aīal uero cum sit genus, de hoīe, equo, & boue prædicatur, quæ differunt à se inuicem specie, non numero solum. A proprio uero differt genus, quoniam proprium de una sola specie cuius est propriū prædicatur, & de his, quæ sub una specie sunt indiuiduis: quēadmodum risibile de hoīe solo, & de particularibus hominibus. genus aūt non de una solū specie prædicatur, sed de pluribus differentibus specie. A differētia, & ab his, quæ cōiter sunt accidentia, differt genus: quoniam etsi de pluribus prædicētur, non t̄n in eo q. quid sit dicimus prædicari, sed potius in quale. Interrogātibus.n. qualis est homo? dicimus rōnalis. & qualis est coruus? dicimus q. niger est. Est aūt rōnale differentia, nigrum uero accidēs. quando autem quid est homo interrogatur. animal r̄ndemus. est aūt genus hominis aīal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab his, quæ de uno solo dicuntur, sicut indiuidua: de differentibus uero specie separat genus ab his, quæ sicut species prædicātur, uel sicut indiuidua. in eo q. quid sit prædicari diuidit à differentiis & cōiter accidentibus, quæ non in eo q. quid prædicantur, sed magis in eo q. quale, uel quomodo se habet.

Hic secundo diffinitionem datam declarat adeo manifeste, vt nō sit opus explanatione, sed directione tantum ostendente ꝙ artificiose declarat. primo diuidēdo primā partem diffinitionis, s. ꝙ prædicat̃ seu prędicabile, in duo membra, & subdiuidēdo: deinde genus in alterum membrum diuisionis & subdiuisionis semp ducit ostendendo qūo a compari mēbro differat: ꝙ artis non modicæ fuit. Colligitur aūt talis diuisio ex textu: Et ſm singula membra ex vno latere diuisionis singulas particulas in diffinitione posuit, vt in textu clare declaratur & adunatur.



Illud tamen prætereundum non est, qḋ prædicari in quid contingit dupliciter. Vno mō complete, i. ita ꝙ prędicatum actualiter dicat totam quidditatem eius, de quo prædicatur. & hoc mō non loquimur hic de prædicatione quidditatiua. sola.n. diffinitio illo mō prędicatur in qd. Alio mō contingit prædicari in quid incōplexe. i. ita qḋ prædicatum dicat quidē quidditatē eius de quo p̄dicat̃, & p modum subāe: nō per modum qualitatis (vt de dr̄ia dicetur) sed nō explicet totā illius quidditatem. et isto mō genus dr̄ prædicari in quid de spēbus: qm̄ sigñat essentiā

vniuscuiusq; suæ speciei per modũ substãtiæ, nõ tñ cõplete: animal enim non perfecte significat quid est hõ. licet significet quid est homo. perfecte autem significat quid est hõ. animal bipes, si hæc sit hominis diffinitio.

Nihil igitur neque superfluum neque minus continet generis dicta descriptio.

Hic tertio ex dictis cõcludendo probat, q supradicta diffinitio fuerit bona, tali rõne. descriptio nihil superflui, aut diminuti habẽs est bona. qm̃ altero illorũ modorum vitium accidit in diffiniendo: vel s. cum non necessaria adminuntur, vel cum necessaria dimittuntur. supradicta aũt diffinitio est huiusmodi: quoniam non continet nisi necessarias conditiones, quibus ab alijs differt genus, & nullam prætermittit, vt patet ex dictis, igitur &c.

Circa supradicta occurrit dubiũ, an cum diffinitur genus sumatur genus pro ipsa generis intentione, an pro re subiecta, an pro vtraq;. Hinc enim & inde rationes sunt. Quod enim diffiniatur genus pro re substrata, ex eo videtur, quia id diffinitur, cui conuenit diffinitio, sed rei substratæ conuenit ista diffinitio, & non intentioni, neq; aggregatio ex vtraque. probatur quoniam id, quod prædicatur, de speciebus in quid, non est intentio generis: secunda enim intentio non prædicatur in quid de rebus. nec est aggregatum ex re & intentione, quocunque modo aggregetur: semper enim falsa esset prædicatio in quid talis aggregati de speciebus, ex eo q altera pars illius pertinet ad quidditatem alicuius speciei. sed res ipsa substrata generis intentioni est quæ prædicatur de speciebus. animal enim, quod generis intentioni subijcitur p̃dicatur de homine & boue in quid: & nũ animal genus. neque genus. Quod autem intẽtio ipsa diffiniatur, ex eo haberi potest, q logica diffinitio ad intentiones directe tendit, & nõ ad res. Quod vero totum aggregatum diffiniatur ex eo suadetur, quia logica est de secundis intentionibus adiunctis primis (s̃m Auicennam) & non de primis absolute, neque de secundis absolute. Ad euidentiam huius dubitationis, quoniam ianua est disputatio hæc ad logicales diffinitiones & tractatus, tria facienda sunt. Primo declarabimus terminos positos in quæstione. Secundo quæstioni respondebitur. Tertio satisfiet argumentis in oppositum. Intẽtio idem sonat q attentio. Et diuiditur in primam & secundam. Cuius diuisionis ratio sumitur ex eo q rei, quæ intelligitur, dupliciter aliqua cõueniunt Quædam conueniunt ei etiam si nunquam intellectui præsentaretur, vt homini conuenit esse risibilem, & album, & huiusmodi: & quædam conueniunt illi rei non nisi ex hoc q intellectui præsentatur, vel ex hoc q circa illam intellectus negociatur. vt homini conuenit q sit subiectum vel prædicatum in aliqua propositione & huiusmodi hæc enim & similia non inueniunt in homine in rerum natura existente, sed tãtum in eo vt in intellectu est.

Prima intentio et secunda quid. Ex his itaque sic pro nunc creditis Sciendum est, q prima intentio vocatur illa intellectus attentio, qua inspicit in rebus sibi oblatis ea, quæ conueniunt illis in rerum natura. Secunda autem intentio dicitur illa intellectus attentio, qua in rebus sibi oblatis intuetur ea, quæ conueniunt illis ex intellectus adinuentione. Verum, quia occultiora ex notioribus nominamus, & id, quod secunda intentione concipitur, debilissime entitatis est: extensum est intentionis vocabulum ad id, cui attenditur, & vocatur secunda intentio id, quod intellectus concipit secunda attentione, quod nihil aliud est q̃ quoddam ens rationis. Ens aũt rationis cum sufficienter diuidatur secundum doctrinam sancti Thomæ in. q. 21. de veritate, in negationem & relationem. huiusmodi entia, quæ secundas dicimus intentiones, inter relationes rationis annumeranda fore supponatur. *In de veritate. q. 21. art. 1.* Intentionis ergo secundæ nomine, licet possumus intelligere duo, scilicet attentione secundam intellectus, quæ est secunda intentio formaliter, & id, quod illa attentione concipitur, quod est secunda intentio obiectiuæ, communis tamen vsus intelligit id quod concipitur, id est relationem rationis factam per intellectum in rebus vt in eo sunt. Nomina autem secundæ intentionis vocamus ea, quæ mediante secunda attẽtione intellectus, istas relationes significant: vt subiectum prædicatum, syllogismus & huiusmodi. Nomina vero primæ intentionis reliqua sunt, quæ mediante prima intellectus attentione ad sua referuntur significata, vt homo, bos, leo, significant siquidem, vt primo peri hermenias dicitur, nomina significata sua medijs cõceptibus animæ. *Cap. 1.* Aduertendũ quoq; est, q, quia huiusmodi intentiones secundæ, seu relationes fundantur in rebus, vt intellectis, & denominant eas sicut, ly subiectum, denominat hominem, & ly prædicatum, denominat animal, cum dicimus homo est animal. in huiusmodi nominibus secundarum intentionum duo considerãtur, scilicet intentio, quæ relatio est, & res subiecta intentioni, quç denominatur ab illa relatione sed hæc duo non vniformiter importantur a talibus nominibus, sed relatio ipsa significatur res vero substrata copulatur, sicut album significat puram albedinem, vt in prædicamentis dicitur. copulat autem subiectum quod denominatur ab albedine album. *In cap. de substantia.* Vnde, quia genus nomen secundæ intentionis est, in eo potest considerari id quod significat, & illud est relatio genereitatis, quam intentionem generis vocant: & id, quod copulatur generis nomine, & illud est res substrata: quæ a genereitate genus denominatur. quam rem subiectam intentioni vocant. Et sic pateant superficietenus nouitijs termini in quæstione sumpti. Ad euidentiam autem quæsitæ veritatis incedere oportet a notitia illius termini (prædicatur.) quod in diffinitione generis ponitur. Prædicari enim cum sit terminus secundæ intentionis, duo in se claudit, scilicet intentionem & rem subiectam & vt de cætero prolixitas & obscuritas vitetur, dicemus, q omne nomen secundæ intentionis sumitur dupliciter. Vno modo formaliter, & hoc est, cum sumitur pro illa intentione. Alio modo fundamentaliter, & hoc est cũ pro re substrata sumitur. Prædicari igitur dupliciter sumitur, scilicet formaliter, & sic nihil aliud est quam relatio quçdam adinuenta ab intellectu inter extrema complexionis verbalis. Et fundamentaliter, & sic nihil aliud est q̃ connexio ipsorum extremorum orationis. Imaginandum enim est, q intellectus videns Sortem habere albedinem, prima sua attentione format hanc propositionem mẽtalem, Sor est albus: in qua propositione tot terminos ponit, quod videt extra aĩam res. tria siquidem ibi videt, scilicet sortem, albedinem, & inhæsionem albedinis in Sorte: & tribus terminis propositionem format, dicens: Sortes est albus: ly est nãq; significat cõpositionem, vt in primo Peri hermenias dicitur. *Cap. 3 fin.* Hac igitur propositione formata, intellectus secundo attendit suo iam operi, & Sortem subiecti, album prædicati, & (est) prçdicationis relatione donat: fundamentaliter ergo prædicari est cõiunctio rei prçdicatæ cum re subiecta, formaliter autem est relatio fundata supra ipsa verbali copula. His ergo prælibatis respondetur quçstioni tribus conclusionibus. Prima est, genus non diffinitur hic pro re substrata: probatur. quoniam aut prædicari in quid de pluribus &c sumitur formaliter, aut fundamentaliter: si formaliter, cum constet, q relatio rationis non cadit in diffinitione rei extra animam, sequitur q genus nõ diffiniatur pro re substrata Si materialiter, cum etiam constet q connexio rei, quæ denominat genus cum speciebus, non sit de ratione illius rei: quoniam de ratione animalis non est esse in suis speciebus. quia animal abstrahit ab esse in homine, & equo, & omnibus speciebus: sequitur idem quod prius. & sic quocunque modo sumatur ly prædicatur, non saluatur, q genus pro re substrata diffiniatur. Secunda conclusio est, genus non diffinitur pro aggregato ex re & intentione. probatur, tum quoniam totum aggregatum non est diffinibile: complexorum enim non est diffinitio. vt dicitur septimo Metaphysicæ. *Tex. c. 13.* sed oportet id, quod diffinitur, esse vnum in vna aliqua natura. Tum quoniam non facile esset fingere, quo modo sumitur (ly prædicatur) in tali diffinitione. Tertia conclusio est, genus diffinitur pro ipsa intentione secunda, probatur hæc conclusio, primo auctoritate Sancti Thomæ hoc expresse dicentis in tractatu de ente

& essentia

Ca 4. & essentia cap. 4. vbi & hoc declarauimus. Secundo ratione adducta, quia s. diffinitio logica id respicit quod directae est logicae considerationis hoc est aut ipsa intentio secunda. ergo &c. Tertio, quia nisi ad hoc veniatur, quibuscunque verbis oppositum palliari videatur, impossibile est saluare quod diffinitum sit vere vnum. siue enim dicatur, quod diffinitur res sub intentione, siue intentio inconcreto, ad hoc oportet venire, quod ipsa intentio sit id quod diffinitur, si error vitari debet. Sicut si quis diceret niuem diffiniri in quantum est alba, aut albedinem in niue & huiusmodi. Ad primam autem rationem in oppositum dicitur, quod quia diffinitio debet conuenire diffinito non qualitercunque, sed quidditatiue, maior illa, illud diffinitur cui conuenit diffinitio modificanda est cum hac conditione, cui quidditatiue conuenit diffinitio. Sed tunc falsa est minor: quoniam diffinitio generis rei substratae non conuenit quidditatiue, sed denominatiue: ipsi autem intentioni generis, quia conuenit quidditatiue, ideo ipsa intentio diffinitur: & haec sit quarta probatio tertiae conclusionis, & potissima. Et vt quod dicimus clare percipi possit, praesupponere oportet, quod, vt de ente & essentia ca. 4 sanctus Thomas loco allegato dicit, praedicari in diffinitione generis positum, sumitur formaliter pro ipsa intentione praedicationis, ita quod relatio praedicationis in quid de pluribus &c. cadit in diffinitione relationis, quam significat genus. Hoc autem praesupposito sciendum est, quod diffinitio alicuius accidentis aliter conuenit ipsi accidenti, & aliter conuenit eius subiecto. Ipsi siquidem accidenti conuenit quidditatiue, vt ei quod formaliter est tale, subiecto vero eius denominatiue, vt quod subiectiue vel denominatiue est tale v.g. si diffiniatur album, & dicatur, quod est disgregatiuum visus, talis diffinitio conueniet albedini quidditatiue, & vt ei quod formaliter est disgregatiuum visus, eidem vero diffinitio conueniet niui denominatiue, & vt ei quod substernitur illi. Ita diffinitio generis conuenit intentioni generis quidditatiue, rei autem substratae denominatiue, ita quod illa propositio, genus praedicatur de pluribus &c. est quidditatiua, ista autem, animal praedicatur de pluribus &c. est denominatiua. Rursus sciendum est, quod sicut accidens, cui formaliter conuenit aliquid, habet in se duo: Primum est, quod ipsum potest vocari tale vt quod, formaliter tamen: & sic dicimus, quod albedo disgregat visum secundum est, quod ipsum est id, quo, subiectum dicitur tale, & sic dicimus quod albedo est id, qua nix disgregat visum. Ita intentio generis habet in se haec duo, & namque dicimus, quod genus est quod praedicatur intelligentes per hoc, genus esse quod formaliter praedicatur: & dicimus, quod genus est, quo res substrata praedicatur &c. Sicut enim nix disgregat, quia est alba, ita animal praedicatur de pluribus differentibus &c. quia est genus &c. Postremo curandum est vt in hac & similibus dubitationibus homo sit valde attentus, ne fallatur ex identitate vocabulorum, quae obscuritatem in re hac parit: oportet siquidem perspicaciter aduertere, quod praedicari quandoque sumitur fundamentaliter pro inesse, quandoque autem formaliter pro illa relatione: & quod licet primum alterius fundamentum sit, maxima tamen inter ea diuersitas est & consequenter cum in ista & similibus diffinitionibus formaliter sumatur (vt dictum est) non exigitur vt id, cui quidditatiue conuenit illa diffinitio, quod praedicetur. i. insit illis, de quibus praedicari dicitur: sed requiritur & sufficit quod praedicetur, i. referatur ad illa. Ei autem, cui diffinitio conuenit denominatiue, exigitur quod praedicari fundamentaliter sumptum, id est, in esse conuenit, vnde animal est id, quod praedicatur, id est, inest homini & aequo. Intentio autem generis est id, quod praedicatur in quid. i. tali praedicationis relatione refertur ad ipsas species &c. Et sic patet responsio ad primam rationem in oppositum. cuius, quia tota vis ex praedicatione fundamentaliter sumpta pendebat, & diffinitio de praedicatione formaliter loquitur, ideo merito ruit. Ad vltimam vero rationem qua probabatur, quod diffiniatur totum aggregatum, dicitur quod procedit ex malo intellectu auctoritatis Auicennae: non enim intendit Auic. quod logica ita sit de secundis intentionibus ad adiunctis primis, ita quod ex aequo consideret vtrasque, aut quod de aliquo ex vtrisque aggregato sit, sed quod sit de secundis intentionibus non absolute vt entia sunt, quia hoc metaphysicae speculationis est, sed adiunctis primis, i. vt fundantur in primis. & denominant eas, ita ut per earum applicationem rarum, quae primis attentionibus offeruntur, cognitio habeatur. ex diffinitione n. generis nunc habita non innotuit absolute, quid res illa, quae genus est, sit, sed quid sit, vt denominat rem primae intentionis. Dicimus enim ex data diffinitione quae res primae intentionis generis denominationem habeat, & quae non, & quae exigantur ad hoc, vt res aliqua talem denominationem sortiatur. Volumus autem haec pauca in hac quaestione dicta sufficere omnibus diffinitionibus secundarum intentionum: & ideo sunt diligenter notanda et applicanda caeteris.

Circa eandem generis diffinitionem esset dubitandum ex eo quod, diminuta videtur, quia aliquid est quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, & tamen non est genus. Tum, quia ens praedicatur taliter. Tum quia anima sensitiua praedicatur de pluribus differentibus specie: puta aia bouis et leonis in eo quod quid, vt patet: & tamen non est genus. Sed quoniam prima instantia metaphysicali eget discussione: omittenda hic est. Veritas tamen est quod ens non praedicatur in quid. Secunda autem instantia inferius in hoc capitulo quando speciei diffinitio examinabitur excludetur, quoniam pars est de genere & specie difficultas quo ad hoc. In. 3 Met. discussione de eo.

Circa diuisionem in textu factam est dubium, an recte diuidatur primum in id quod de vno solo, & id quod de pluribus praedicatur, quia indiuiduum de nullo praedicatur. Sed, quoniam hoc indiuidui discussionem exigit inferius in hoc capitulo, cum indiuidui definitio examinabitur, patet, solutio.

De Specie acceptiones duae, quarum altera quid rei ratio est. Cap. 3.

Species autem dicitur quidem & de uniuscuiusque forma: secundum quam dictum est Priami quidem species digna est imperio. Dicitur autem species & ea, quae est sub assignato genere. secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cum sit genus animal: album autem coloris speciem, triangulum uero figurae speciem.

Haec est tertia pars huius capituli, in qua declarat quid significat hoc nomen species, ponens duas eius significationes Prima est forma, a qua formosi dicuntur, qui corporis commensuratione a natura donati sunt. hi namque speciosi quoque a sua dicuntur specie, & secundum hanc significationem species Priami imperio digna dicta est. Secunda autem significatio est id, quod ponitur sub assignato genere. secundum quod dicimus hominem esse aialis speciem, eo quod ponitur directe sub aiali. Aduertenda sunt hoc in loco quatuor. Primum est, quod Porphyrius, secundum Albertum, contempsit significationes omnes speciei ponere. vtuntur siquidem Grammatici specie primitiua & deriuatiua. Motus autem est eadem, qua supra ratione illam enim significationem posuit, ex qua deriuata creditur significatio, qua Philosophi vtuntur: ea autem, vt Auicenna dicit, est prima significatio in textu posita Ex eo enim, quod species formositatem significat, deriuatum est, vt species nuncupetur id, quod pulchritudo generis est. genus enim secundum se informe & imperfectum & potentiale est, & appetit specificum esse tanquam formale perficiens & diuinae pulchritudinis imitationem. Secundum est, quod (ly assignato) potest dupliciter accipi. Vno modo assignato, i. praediffinito a nobis genere. i. genere tertio modo sumpto. & hic sensus, licet primi non obstet literae, sequenti tamen, vbi hoc repetit, consonus non est. Alio modo assignato, i. determinato, non vago, & hic est verus sensus. species. n. quaelibet necessario ponitur sub genere determinato, et impossibile est quod ponatur vage sub genere, quoniam actu includit in se genus, quod vage fieri non potest. secus autem esset, si includeret ipsum in potentia. Tertium est, quod ly sub secundum Alber. notat duplicem ordinem. s. naturalis positionis, & participationis: quoniam species naturaliter est inferior genere, & genus naturaliter est superior specie. et similiter species generis potestatem participat: coartatur enim genus, & suae amplitudinis pars per differentiam ad speciem trahitur, Quartum est, quod simul Porphyrius quid nominis, & quid rei ipsius speciei assignauit in praedictis verbis. & de quid nominis non est dubium: de

quid rei vero patet, tum ex dubitatione statim mota, in cuius responsione expresse dicit hanc fuisse speciei rationem. Constat autem, ꝙ quæstio locū nō haberet, si quid nominis tantum assignatio fuisset. Tum ex eo, ꝙ subdēs deinde alias speciei diffinitiones notam copulationis apponit dicens, assignant ergo & sic speciem &c. insinuans ex ly, &, iam præcessisse aliam diffinitionem.

Quod si etiam genus assignantes speciei meminimus dicentes, quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid sit prædicatur, & speciem dicimus id, quod sub genere est.

Hæc est quarta pars huius capituli iā inchoata in parte præcedente, inquantum in ea anticipatum est quid sit species. intendit ergo pars ista declarare quid sit id, quod significat species: & quoniam hoc inchoatum est, vt diximus, Ideo a dubitatione incipiens, quatuor facit. primo dubitat circa diffinitionem adductam tali modo. In diffinitione generis posita est species, cum dictum est genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie, & modo in diffinitione speciei ponitur genus cum dicitur, species est, quæ sub assignato genere ponitur: ergo circularis diffinitio commissa est, quæ ab arte aliena est.

Nosse oportet, quoniam genus & alicuius est genus, & species alicuius est species: idcirco necesse est & in utrorumque rationibus utrisque uti.

Hic secundo soluit dubium motum dicens, ꝙ, quia genus & species sunt correlatiua: genus enim speciei est genus & species generis est species: ideo non fuit inconueniens, sed necessarium vnum poni in diffinitione alterius, & econuerso. Notandum est hic, ꝙ genus & species dupliciter accipiuntur. Vno modo formaliter. Alio modo fundamentaliter. Vel sub alijs verbis, pro his, quæ significant, aut pro his, quæ denominant. Vel sub alijs verbis, pro intentionibus, aut pro rebus subiectis. hæc enim omnia æquiualent. Si sumantur fundamentaliter sic non sunt correlatiua animal enim & homo non sunt correlatiua, sed sunt substantiæ: & similiter color & albedo &c. nec hoc modo accepit genus & speciē Porphyrius. alio modo sumuntur formaliter, & sic sunt correlatiua. sicut pater & filius: dominus & seruus &c. genus enim & species formaliter sumpta entia rationis relatiua sunt & adinuicem referuntur, vt hic dicitur, & sic de genere & specie loquitur Porphyrius.

De mutua relatiuorum definitione.

Circa hanc responsionem occurrit dubium. An verum sit, ꝙ vnum correlatiuorum debeat poni in diffinitione alterius. Videtur enim ꝙ non: quia
Cap. 2. cum diffinitio detur causa innotescendi, vt in. 6. topicorū dicitur, aut vnum correlatiuum est notius altero, aut nō. si sic, ergo idem erit notius & ignotius respectu eiusdem, quoniam mutua est eorum diffinitio: si nō, ergo talis diffinitio nō facit innotescere diffinitū oīs nāq; notitia ex notioribus pcedit. Præterea, si vnū correlatiuū diffinit reliquū, sequeꝛ, ꝙ idē poneretꝛ in diffōne suiipsius: quod est magnum peccatum in arte diffinitiua, tenet consequentia ex doctrina Aristotelis, in secundo Topicorum, vbi
Cap. 5. dicitur, ꝙ loco nominis positi in diffinitione alicuius licet ponere eius rationem. Si enim loco correlatiui diffinientis alterum ponatur diffinitio eius, cum in diffinitione istius correlatiui diffinientis secundum hanc doctrinam, debeat poni alterum correlatiuum quod diffinitur, sequetur necessario ꝙ idem seipsum diffiniet. verbi gratia. si genus & species mutuo se diffiniunt. & diffinitio speciei est illa, species est, quæ ponitur sub assignato genere, loco ly genere, ponetur generis diffinitio, & dicetur, species est quæ ponitur sub assignato prædicabili de pluribus differentibus specie in eo quod quid. vbi apparet speciem in speciei diffinitione cadere.

In oppositum est Porphyrij auctoritas. Hæc quæstio, quoniam metaphysicalis est, succincte tractabitur, ne incipientium mentes ignorantiam prauæ dispositionis edoctæ, veritati obicem ponant. Multiplex in quæstione hac est opinio. Quidam dicunt ꝙ correlatiua non se mutuo diffiniunt diffinitione quid rei, sed quid nominis.

Quidam vero, ꝙ nec quid rei, nec quid nominis. Quidam vero ꝙ & quid nominis, & quid rei. Primarum opinionum rationes sunt illæ, quas adduximus. Vltimæ vero opinionis ratio est, quoniam vnumquodq; secundū modum sui esse quidditatiui diffiniendum est. Relatiuum autem esse quidditatiuum hoc ipsum, quod est alterius, i. sui correlatiui est, vt in prædicamentis dicitur: ergo diffiniendum non est sine suo correlatiuo. Maior est euidens, scientibus, ꝙ non est quærenda vniformiter omnium rerum diffinitio, sicut nec essentia. substātiarum enim completarum diffinitio absq; additio fit, quia earum essentia absoluta omnino est. formarū vero tam substantialium q̃ accidentalium diffinitio aliquid additum recipit, subm .i. quia absoluta a subiecto entia non sunt. Et similiter relatiuorum diffinitio additum terminum recipere debet, qa ens absolutum a termino non est. Et hæc ratio est demonstratiua & eos tantum non conuincit, qui non capiunt ipsam. Sed diligenter notandum est s̄m Albertum, ꝙ aliud esse diffiniri per reliquum, & aliud est diffiniri ad reliquum. ly nāq; per, causalitatem quandam denotat, quā neutrum correlatiuorum formaliter sumptū habet respectu alterius: & ideo vnum correlatiuum non debet diffiniri per reliquū. ly vero ad, causalitatem aliquā nō denotat, nec etiam formaliter loquendo depēdentiam, sed eā habitudinem & respectum sonat ad aliquid vt terminum & hoc modo intelligitur, ꝙ vnum relatiuorum ponitur in diffinitione alterius, ita ꝙ relatiuum non diffinitur per reliquum, sed ad reliquum. essentia enim propria relatiui, vt sic, in ipso ad consistit, vt in prædicamentis dicetur. & ideo, vt diximus, secundum modum substantialis esse diffiniendum est. Et hoc absq; dubio credendum est, ab his qui sunt debilioris ingenij. & est sententia conformis Aristoteli & expressa a Porphyrio, Boeto, Auicēna, Alpharabio, Alberto & S. Thoma. Nec mihi obijcias ꝙ de relatiuis non de relatione rationes procedunt relatiua autē non sunt in genere, relationes autem per proprium genus & differentiam diffiniendæ sunt: puerilia sunt hæc: de rebus ipsis absolute sermo noster est, non de eis vt significantur in abstracto, vel in concreto, vt patet ex vi rationis adductæ. nec est posse diffinire relationem per ꝓpriū genus & differentiam absque termino, sicut nec accidens absq; subiecto, & hæc supponere nunc oportet.

In p̄dicamē to relatiuo

Vbi supra.

Ad primam rationem in oppositum dicitur dupliciter. primo cum Auicenna & Alpharabio, ꝙ vnum est notius altero, & ꝙ non inconuenit vnum correlatiuum esse notius & ignotius altero diuersimode vtendo ipsis. Vnū enim relatiuum diffinitur ad reliquum vt terminum, terminus autem vt sic notior est eo, quod ad ipsum terminatur vt sic: quoniam in terminatum, vt sic, ignotum est, & sic vtrūq; correlatiuorum est notius altero vt terminus, ignotius vt terminatur. & quia diffinitꝛ vt tendit ad aliud, diffinit vt terminat, ideo non est inconueniens vnum ad aliud mutuo diffiniri. Si adduceretur ad confirmationē, ꝙ relatiua sunt simul natura & intellectu, dicatur concedendo, ꝙ simul cognoscuntur, vnum tamen accipitur vt notius altero: aliud est enim simul cognosci, & aliud est magis cognosci. Secundo modo dicitur, ꝙ vnum relatiuorum neque assumitur in diffinitione vt prius notum nec vt magis notum, sed vt necessario connotum, & ꝙ stat diffinitionem dari causa innotescendi & notificare rem etiā si non quælibet pars diffinitionis sit notior diffinito. Diffinitio enim, vt dictū est, sc̄d̄m diffinibiliū naturas ꝓportionabiliter regrenda est. Cū n. constet ꝙ diffō exigit duas conditiones, s. ꝙ sit ex notioribus, & ꝙ sit ex prius notis: quoniam omnis disciplina ex præexistente fit cognitione, & secunda conditio non exigatur ad omnes partes diffinitionis vniuersaliter loquendo vt apparet ex verbis Auicennæ quando dicit, ꝙ dicentes ꝙ vnū relatiuum diffinitur per reliquum, non aduertunt ꝙ aliquid est cognosci cum reliquo, & aliud est cognosci per reliquum: & ex sancto Thoma expresse dicente, ꝙ rela-

tiua sunt simul natura & intellectu, consequens est q nec prima conditio vlr requiratur ad oēs particulas diffinitionis, ppter eandē causam. vnde dicitur, scdm hanc responsionem, q diffinitio illa facit notitiam diffiniti, tātum, qa aliæ particulæ diffinitionis sunt notiores. Tū quia cōnotitia correlatiui ad hoc cooperatur. Nec est mirabile, si singulare genus entium singularem sibi modum diffinitionis & notitiæ vendicat. Ad secundam rationem dicitur negando cōsequentiam: eius enim deductio procedit ex malo intellectu doctrinæ Arist. cum. n. dicitur, q loco nominis diffinientis licet ponere eius rationem, intelligitur quo ad ea, quæ intrinsece cadunt in illius nominis ratione, & nō quæ cadunt vt additum. Correlatiuum aūt constat, q in diffinitione alterius cadit vt additū, & ideo nō sequit q idē diffiniat seipm. Et vt oēs possint istā glosam percipere pono exēplum, si diffiniat hō, & dicat, hō est aīal rōnale: loco ly animal, potest poni tota sua rō: quia nihil habet in sua ratione vt additū: et dicetur, hō est substantia aīata sensibilis, vbi prius dicebatur aīal. loco vero ly rōnale nō potest poni tota sua rō, qm̄ sua ratio aliquid includit vt intrinsecū, & aliquid vt additū quo ad ea, q̄ includit intrinsece, puta potēs vti rōne, licite poni potest ratio loco nominis. Quo ad id vero, quod includit vt additum, puta aīal. poni non pōt ratio loco nominis, quia sequeret nugatio in diffōne, in rōne nāq; differentiæ clauditur genus vt additum, & ideo, si loco drīæ liceret ponere totā eius rōnem, genus bis poneretur in diffinitione: semel ratione sui, & semel ratione differentiæ. & sic patet tā glosa, q̄ eius ratio memoriæ commendanda.

Nota istam glosam bonam regula.

Assignant ergo & sic speciem. Species est, quæ sub genere ponitur. et de qua genus in eo quod quid sit prædicatur.

Hic tertio ponit secundā speciei descriptionem dicens. Species est, quæ ponitur sub genere, & de qua genus in eo quod quid sit prædicatur. Vbi notandum est, q, qa spēs duplr respicit genus, s. & vt inferius in recta linea prædicamentali suū superius, & vt subijcibile suū quidditatiuum p̄dicabile: ideo ista descriptio vtrāq; habitudinem cōplectitur. primā quidē cum dicitur, spēs est, quæ ponitur sub genere. scdam vero cum subditur, & de qua genus in eo quod quid sit prædicatur. Et, quoniam prima connexio est causa secundæ, ideo enim de specie genus prædicatur in quid, quia species est subiecta est in linea recta: propterea sic ordinata est descriptio, vt primo declaretur prima habitudo, & deinde secunda. Nec mireris, si in ista diffinitiōe includitur prima, sicut pars in toto, qm̄ ex diuersis peripateticorum dictis, adunat Porphyrius descriptiones istas, quemadmodum contingit illos perfectius vel minus perfecte descripsisse.

Dubium. An alteri q̄ speciei diffō hæc conueniat.

Circa hanc diffinitionem dubitatur, quia videtur illa diffinitio diminuta, qm̄ cōuenit alteri a diffinito. cōuenit enim indiuiduo. Sortes enim ponitur directe sub genere quod est animal: & de Sorte prædicatur animal in eo qđ quid. Quærēti enim quid est Sortes, cōuenienter respondebitur animal. Si dicatur, q diffinitio intelligitur non de quacūq; positione sub genere, sed directa & immediata. modo licet indiuiduum ponatur sub genere directe, nō tamen ponitur immediate: qm̄ inter indiuiduū & genus mediat species. Contra. quia hæc responsio non sufficienter saluat, q diffinitio sit completa. hr̄ n. instantia in promptu de indiuiduo generis. tale. n. ponitur directe & immediate sub genere, & tamen non est species. Indiuiduum autem generis dicimus hoc animal, hoc corpus, hæc substantia & hmōi &c. hoc animal nāq; continetur sub animali absque aliqua media specie, quoniam non est maior ratio q vna species mediet q̄ alia.

Solutio.

Ad hoc dubium dicitur cū Alberto & satis subtiliter, q̄ dicitur, species est quæ ponitur sub genere: ly sub, nō denotat tantum ordinem positionis, & participationis, sed etiam denotat principium totius positionis et genus aliter enim indiuiduum, & aliter species ponitur sub genere principium positionis speciei sub genere est ipsum genus. quoniā id, quod addit species supra genus, differentia scilicet quæ constituit & ponit speciem sub genere, ex ipso genere oritur. Differentiæ. n. sunt velut quædā, pprietates eius, vnde & qualitates eius dicuntur. Principiū aūt positionis indiuidui sub genere non ex ipsa generis essentia, sed materia subiecta accidentibus est, ad quam Plato descendere prohibebat. Negandum est ergo, q indiuiduum generis ponatur sub genere eo modo, quo species & intelligenda est diffinitio de positione directa, quæ tota a genere oritur.

Amplius autem sic quoque: species est quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit prædicatur.

Hic quarto ponit tertiam speciei descriptionem dicēs, q species est quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit prædicatur. Aduerte hic, q, quia species multipliciter accipi pōt: ideo multipliciter diffinitur. primo diffinita est secundum q generi subest in linea prædicamentali. secundo prout generi subest in propositione: & nunc tertio diffinitur secundum q prædicabile est ab alijs distinctū. Huius aūt diffinitionis termini oēs clari sunt ex dictis, nisi vnus, s. differentibus numero. Differentia numero dicuntur quæcunque conueniunt in conditionibus specificis, & distinguuntur materialibus conditionibus, & proprietatibus. vt Sortes & plato conueniūt in his, quæ sunt cōia toti speciei humanæ: vterq; enim est homo & admiratiuus & risibilis &c. Distinguuntur aūt ex cōditionibus materialibus, quia Sortes habet has carnes, & hæc ossa. Plato vero habet hæc altera ossa, & has alias carnes vocantur autem huiusmodi differentia numero, quia numerus causatur ex diuisione continui, cuius diuisio materialis est non formalis, vt patet quando diuiditur lignū. Ponuntur aūt singulæ particulæ ad differentiam aliorū p̄dicabilū. nam ly p̄dicat de pluribus, ponit ad differentiā indiuidui quođ dicitur de vno solo. ly aūt differentibus numero ponitur ad differentiā generis, qđ prædicatur de pluribus differētibus spē. ly vero, in quid, ad differentiā cæterorum, quæ in quale prædicantur.

Dubium. An hec diffinitio conueniat spēi inquantum species.

Circa Diffinitionē occurrit dubiū. qa oīs diffinitio dēt conuenire diffinito inquantū hmōi. Diffinitio n. hoīs conuenit homini inquantū hō, & diffinitio circuli conuenit circulo inquantū circulus, & sic de alijs ista aūt diffinitio nō cōuenit speciei inquantū species. ergo &c. Declaratur minor: qa species vt species genus respicit. respectu autē generis nō est vniuersale, neq; prædicabile, sed inferius subijcibile. Diffinitio vero ista explanat speciem vt respicit indiuidua. ergo &c. Nec pōt dici, q species vt species respicit & genus, & indiuidua, qm̄ relatiuum semel tantum refertur. (Licet possit plures terminos ex eadem causa seu via respicere,) sicut filius eadem filiatione refertur ad patrem, & matrem propter eandem generationem. species autem diuersis vijs respicit genus & indiuidua, & expresse a Porphyrio dicitur, q eius correlatiuum est genus: ergo &c.

Solutio.

Ad hoc dubium dicitur, q, qa secundū oēs fere antiquos, Alberto teste, spēs inquantum respicit genus non habet q sit vniuersale & prædicabile, & species inquantum species respicit genus, consequens est, q ista diffinitio non conueniat speciei in eo q species, sed conuenit speciei secundum quandam eius proprietatem, quæ sequitur ad esse speciem. cum enim species vt sic sit sub genere ita q suppositio eius tota ex genere oritur, necessario ex hoc emanat, q species aliqua sub se respiciat, quorū suppositio aliunde oriatur. hoc autem est respicere indiuidua vt prædicabile in quid &c. Vnde præsens diffinitio descriptio est speciei secundum quandam eius proprietatem, & non est eius quidditatiua diffinitio. Potest tamen concedi, q conueniat speciei in eo q species non quidditatiue, seu vt diffinitio, sed concomitatiue seu vt proprietas. Nec turbetur quispiam, si de specie inquantum species est loquimur in hac diffinitione, cum tamen de specie specialissima loqui deberemus, quoniam hæc claritatis causa fecimus. Eadē enim difficultas emergit circa speciem, & circa specialissimam: qm̄ neutrum eorum ad indiuidua dicitur, vt patet ex eorum rationibus, & euiden

ter doctrina ſit de ſpecie loquendo. Remanet tamen hic difficultas vna propter ſui difficultatem omittenda, quomodo vniuerſale diuiditur in quinꝗ vniuerſalia, de quibus tractamus, ſi ſpecies ex eo ꝙ ſpecies non habet ꝙ ſit vniuerſale &c.

An hec diffinitio alteri q̃ ſpeciei conueniat. Circa eandem diffinitionem occurrit dubiũ aliud, quia etiam iſta videtur diminuta, & conuenire alteri a diffinito. Anima enim humana vel æquina, & ſimiliter punctũ prædicatur de pluribus differẽtibus numero in eo ꝙ qd: & tamen nihil horum eſt ſpecies, cum nihil horum ſub genere aliquo directe ponatur. Aſſumptum patet, quia anima humana prædicaſ in quid de anima Sortis, & de aĩa Platonis, q̃ numero differunt. quærentibus n. qd eſt anima ſortis reſpondetur recte, eſt anima rationalis. & ſimiliter quærentibus quid eſt hoc punctum, recte reſpondetur eſt punctum, ſicut quærentibus quid eſt Sortes, reſpondetur homo &c.

Solutio. Ad hoc dicitur, ꝙ ſpeciei nomine dupliciter vti poſſumus, ſcilicet ꝓprie pro eo, quod eſt vere ſpecies: & communiter pro omni prædicato ſpecifico. Si de ſpecie proprie loquimur, ſic ſpecies tantum eſt id, quod ſub genere in recta linea prædicamentali ponitur modo ſuperius declarato ſi autem ſpeciei vocabulum extendere volumus, ſic ſpecies dicetur omne, quod de pluribus dicitur ꝑ modum ſpeciei. Vnde ſermo Porphyrij dupliciter intelligi poteſt. Si enim accipiamus ipſum loqui de ſpecie ꝓprie, tunc diffinitio gloſanda eſt ſic, ſpecies eſt quæ prędicatur in quid de pluribus differentibus numero non quocũꝗ, ſed numero naturæ cõpletæ, & ſic fugantur omnes dubitationes: quoniã hæc anima, & illa, & ſimiliter hoc punctum & illud, & ſimilia non differunt numero naturæ completæ, quoniam non ſunt entia completa in ſpecie, ſed principia entium completorum. Et ſi inſtetur. ergo ſecundam iſtam expoſitionem Porphyrius non ſufficienter declarauit omnia prædicabilia vniuoca, quoniam dereliquit hæc omnia, quæ prædicantur in quid de entibus incompletis. Dicitur, ꝙ, quia iſta prædicabilia extra rectam lineam prædicamentalem exiſtentia, quæ nullum nomen horum quinque prædicabilium proprie ſubintrant imitantur iſta quinꝗ, de q̃bus determinatur. ſicut in propoſito videmus punctum prædicari de hoc & illo puncto per modum ſpeciei, quia prædicatur de eis vt differentibus numero, & in quid, & ideo ſat fuit determinaſſe de his, ad quorum ſimilitudinem cætera prædicantur. Si vero accipiamus Porphyrium locutum eſſe de ſpecie extenſo vocabulo ad omne prædicatum ſpecificum, ſic diffinitio nulla eget gloſa: & concedendum eſſet ꝙ illa diffinitio conuenit etiam illis, quæ proprie nõ ſunt ſpecies, quare ſecundũ hoc non datur illa diffinitio de ſpecie proprie ſumpta. Mihi magis placet prima via, quoniam ſubtilior & dignior tanto viro, & tot peripateticis eſt. Et per hæc patet reſponſio ad ſimilem quæſtionem motam de genere. pariformiter enim diſtingui poteſt de genere proprie & cõiter. & cætera facile applicari poſſunt. Concludo ergo, ꝙ hmõi prædicata, quæ entium cõpletorũ principia ſunt, vt formæ, materiæ, motus, priuationes &c. nec ſpeciei, nec generis appellatione digna ſunt: nec eis conuenit diffinitio eorum, ſed prædicata generica vel ſpecifica, i. ad modum generis & ſpeciei nuncupentur.

Dubium. An conueniat oĩ ſpẽi prima diffĩ ſpeciei. Circa eandem diffinitionem adhuc aliud eſt dubium, quia nõ videtur conuenire omni ſpeciei. multæ ſiquidem ſunt ſpecies, quæ nõ prędicantur de pluribus, quia non habent plura indiuidua, nec ſimul, nec ſucceſſiue, nec actu, nec aptitudine, vt patet de omnibus ſpeciebus corporũ cœleſtium, & intelligentiarum non enim poſſunt eſſe plures Soles, nec plures Lunæ ſecundũ veritatem: & ſimiliter non poſſunt eſſe plures intelligentiæ vnius ſpeciei.

Sup. de ẽte et eſſentia cap. 5. q. 9. Ad hoc dubium pro quanto logici negocij eſt, præſupponendo ea, quæ dicta ſunt arguendo eſſe vera, quoniam, vt alibi probabitur, ita ſe habet veritas. Dicitur, ꝙ omnis ſpecies prædicabilis eſt de pluribus non ideo, q̃a actu vel aptitudine ſua habeat plura indiuidua, ſed ideo, quia res illa, quę denominatur ſpecies ſcdm conditiones, quas ſortitur ex hoc quod obijcitur intellectui noſtro, vnde & habetur ꝙ ſpecies denominet, abſtrahit ab vno & pluribus indiuiduis, & indifferenter reſpicit vnum & plura, eo ꝙ repreſentatur nobis ad modum iſtarum rerũ quas intelligimus per abſtractionem a conditionibus indiuidualibus. Denominari nãꝗ ſpeciem non conuenit rei ſcdm ſe ſumptæ, neꝗ ſecundum eſſe, quod habet in ſingularibus, ſed ſecundum eſſe quod habet in intellectu. Ita, ꝙ proximũ fundamentum talis denominationis non eſt res abſolute, nec in ſingularibus, ſed res ſic obiecta intellectui noſtro. Et, quia hoc conuenit omni naturæ, ſiue cæleſti, ſiue angelicæ ideo nihil prohibet eas ſpecies denominari, & prędicabiles de pluribus eẽ & vniuerſales, quẽadmodum nihil prohibet eas intellectui noſtro offerri. Nõ ergo exigitur ad ſpeciem ꝙ actu vel aptitudine phyſica natura illa ſit in pluribus; i. ꝙ poſſint eſſe plura indiuidua illius ſpeciei in rerum natura ſimul vel ſucceſſiue, ſed ſufficit ꝙ, vt in intellectu eſt, plura reſpiciat, de quibus vt ſic prędicabilis intelligitur (in quid) aptitudine logica quæ nihil aliud eſt q̃ indifferentia naturæ in eſſe cognito ad vnum & plura. & eſt aptitudo hæc negatiue exponenda: ita ꝙ ſenſus eſt, ſpecies eſt prædicabilis de pluribus, i. ſpecies vt ſic non magis de vno q̃ de pluribus habet vt dici poſſit, vt de ſubiecto inferiori, quia æqualiter abſtrahit ab vno & infinitis in eſſe obiectiuo reſpectu intellectus noſtri, cui res ſic obijciuntur, vt diximus.

Sed hæc quidem aſsignatio ſpecialiſsimæ eſt, & quæ ſolum ſpecies eſt, aliæ uero non ſpecialiſsimarum.

Hæc eſt quinta pars huius capituli, in qua ſimul declarantur, ſ. dr̃ia inter adductas diffinitiones ſpeciei, & quid ſit generaliſſimum, quid ſpecialiſſimum, quidve ſubalternum. Facit autem ob hoc ſex primo ponit differentiam inter diffinitiones dicens, ꝙ hæc vltima deſcriptio conuenit tantum ſpeciei ſpecialiſſimæ, aliæ vero priores diffinitiones conueniunt & ſpecialiſſimis ſpeciebus, & non ſpecialiſſimis Appellatur autem, vt ſubdit, ſpecies ſpecialiſſima ſpecies in tota linea prædicamentali, ſub qua nihil eſt niſi indiuidua. vt homo, ſub quo Sortes & Plato ſunt. Non ſpecialiſſimæ vero ſpecies dicuntur omnes ſpecies ſuperiores, q̃ & genera ſunt, vt animal; corpus, aĩatũ &c.

An diffĩ hæc conueniat ſoli ſpecialiſſimæ. Circa hanc partem occurrit dubium: quia non videſ verũ ꝙ vltima ſpeciei diffinitio conueniat ſoli ſpeciei ſpecialiſſimæ: quoniam conuenit ſpeciei ſubalternę, ſiue generi: puta animali animal enim prędicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid, quoniam prędicatur de differentibus ſpecie. Quæcũꝗ autem differunt ſpecie, differunt etiam numero. Si dicatur (cum Aui.) ꝙ intelligitur de differentibus numero ſolo. Adhuc habetur propoſitum, quia animal prædicatur de Sorte & Platone, qui differunt ſolo numero, & tamen animal non eſt ſpecies ſpecialiſſima: ergo gloſa nulla eſt. Ad hoc diciſ dupliciter. primo cum Aui. cuius gloſam credo ob ſcriptorum vitium male legi: legitur ſiquidem ſolo; & debet legi ſolũ. Sed diligenter aduertendum hic eſt, ꝙ ly ſolum, poteſt cadere ſupra illud participium differentibus, & ſic in idem redit, ac ſi diceretur numero ſolo eſt n. ſenſus, ꝙ ſpecies eſt, quæ prædicatur de his, quæ differunt tantum numeraliter. & hic ſenſus non eſt ad propoſitum, qm̃, vt probatum eſt, ſtante hoc ſenſu iſta diffinitio conuenit generi. Poteſt quoꝗ cadere (ly ſolum) ſupra illud verbum prædicatur, & ſic eſt ſenſus, ꝙ ſpecies eſt quæ ſolum prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod qd. & ſecundum hunc ſenſum clare patet, ꝙ illa diffinitio nulli conuenit niſi ſpeciei ſpecialiſſimæ. genus n. omne, & ſi de differentibus numero prædicetur, non tñ prædicatur ſolum de illis, ſed etiam prædicatur de differentibus ſpecie. Et hoc modo intelligenda eſt diffinitio illa cũ gloſa Aui. Secundo dicitur cũ Alberto, ꝙ illa diffinitio intelligenda eſt de ꝓdicatione ꝑ ſeipſm, & nõ de ꝓdicatione ꝑ aliud. ſpecies autem per ſeipſam prędicatur de indiuiduis, qm̃ ꝑ ſeipſam participatur ab eis. genus vero ſicut mediãte ſpecie participatur ab indiuiduis, ita per ſpeciem & non per ſeipſum prædicatur de eis. Et ideo diffinitio hæc, quæ de prædicatione per ſeipſum intelligẽda eſt, generi ſeu ſpe

ciei


ciei ſubalternæ non conuenit. Vtraque reſponſio gratioſe ſuſcipienda eſt &c.

Planum autem erit quod dicitur hoc modo. in unoquoq; prædicamento ſunt quædam generaliſsima, & rurſus alia ſpecialiſsima: & inter generaliſsima & ſpecialiſsima ſunt alia media. Eſt autem generaliſsimum quidem ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſsimum autem, poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſsimum autem & ſpecialiſsimum genera & ſpecies ſunt eadem, ad aliud quidē, & ad aliud ſumpta.

Hic ſecundo, quoniam ſpecialiſſimi meminerat, vt planam reddat & aptam diuerſitatem inter hæc, ſternit ordinem prædicamentalē, & inter tres ordines oĩa diſtribuit .ſ. generaliſſimorum, ſpecialiſſimorum, & intermediorū. generaliſſimumq; in ſupremo collocat, ſpecialiſſimum in imo, intermedia vero in medio ſita binomia eſſe dicit, vocariq; & genera & ſpecies, reſpectu tamen diuerſorum. ſumpta.n. vt reſpiciunt inferius, genera, vt vero ſuperius, ſpecies nuncupantur. Attende, ꝙ, cum in litera dicit, in vnoquoq; prædicamento ſunt quædā generaliſſima, collectiue accipiendum eſt, ita ꝙ dicatur in oĩbus pñtis, quædam ſunt, quæ generaliſſima vocantur, non ꝙ in ſingulis prædicamentis plura ſint generaliſſima, nec ꝙ in aliquo eorum vnum generaliſſimum deerit, ſed quia in ſingulis prędicamentis ſingula ſunt generaliſſima.

Sit autem manifeſtum in unoquoq; prædicamento quod dicitur: ſubſtantia eſt quidem & ipſa genus, ſub ſubſtātia autem eſt corpus: ſub corpore animatū corpus, ſub quo animal, ſub aĩali uero rationale aĩal, ſub quo homo, ſub hōmine uero Socrates Plato, & qui ſunt particulares homines. Sed horum ſubſtantia quidem generaliſsimum eſt, eo ꝙ genus ſit ſolum; homo uero ſpecialiſsimum, eo ꝙ ſolum ſpecies ſit. Corpus uero ſpecies eſt ſubſtantiæ: genus uero corporis animati: & animatum corpus ſpecies quidem eſt corporis, genus uero animalis. animal uero ſpēs quidē eſt corporis aĩati, genus uero aĩalis rõnalis: ſed rationale animal ſpecies quidem eſt animalis, genus autem hominis. homo uero ſpecies eſt rationalis animalis, non autem genus particularium hominum, ſed ſolum ſpecies: & omne, quod ante indiuidua proximum eſt, ſpecies erit ſolum & non genus.

Arbor Porphyriana in qua generum ac ſpecierum in genere ſubſtantiæ ordo ponitur.



Hic tertio exemplariter in vna prædicamentali coordinatione declarat ordines propoſitos, & ſermo eius eſt valde clarus. Duo tamen hic notanda ſunt. Primū eſt, ꝙ hic Porphyrius poſuit generaliſſimū primi prædicamēti eſſe ſubſtãm, quod Auer. interpretatur dictum exēpli gratia, qm̃ putat, ꝙ ſecundum veritatem ſubſtã non ſit genus generaliſſimum, eo ꝙ intelligentias in prædicamento reponi non credit. Et in hoc quidem loco dicit ꝙ generaliſſimū huius prædicamēti eſt corpus. In cõmen. vero. 49. ſup ſecūdo cœli remouet corpus cœleſte a p̄dicamento. & conſequenter generaliſſimū apud eū non eſt corpus, ſed corpus generabile. Verū quoniam ſcdm veritatē intelligentiæ omnes citra primā in prædicamento ſunt, & omnia corpora cœleſtia in hoc audiendus non eſt, ſed generaliſſimum primi prędicamenti ſubſtantiam eſſe fatendum eſt cum Porphyrio. Secundum autem notandū eſt ꝙ Porphyrius ſtoicos in hoc ſequens animal rõnale genus hoĩs & dei poſuit intelligens dei noĩe (vt arbitror poſt Albertum) animalia quædā aerea quę Apuleius Platonicus deſcribit: dicens ea eſſe corpa aerea, mente rõnalia, tpe æterna: animo paſſiua & cħmōi aūt animalia ponere peripatetici figmentum putant. et ideo ſcdm pñtem doctrinā aĩal rõnale genus non eſt, ſed exēpli gratia ſuſcipiatur. Cap. 3. 6. 2. ce. com. 49 ſ. Oĩa n. cōpoſita ex eſſe & eſſentia diſt ncta, ſeu quo eſt & qđ eſt ſunt in prædicamēto.

Quemadmodum igitur ſubſtantia, quæ cum ſuprema ſit, eo ꝙ nihil ſupra eam ſit genus, eſt generaliſsimum, ſic & homo, cū ſit ſpecies, poſtquam non eſt alia inferior ſpecies neq; aliud eorum quę poſſunt diuidi, ſed ſolum indiuidua, indiuiduum eſt. Socrates & Plato ſpecies erit ſola & ultima ſpecies, & ut dictū eſt ſpecialiſsima. Quæ uero ſunt in medio, eorum quidem, quæ ſupra ipſa ſunt, ſpecies erunt, eorum, quæ poſt ipſa, gñã ſunt.

Hic ad id vnde occaſionem ſumpſit ſermo ille, ad declarandum. ſ. diſtinctionem inter ſpeciem ſpecialiſſimam, quæ ſolum ſpecies eſt, & ſubalternam regreditur concludendo ex proportionali ſimilitudine inter ſpecialiſſimum & generaliſſimum inuenta quid ſupradictorum appellatione dignum ſit: & ait, ꝙ ſicut ſubſtantia in ſummo ſita generaliſſimi nomine vocatur, eo ꝙ nullum ſupra ſe genus habeat, ſic homo in imo poſitus ſpecialiſſimæ ſpeciei denominationem habet, eo ꝙ ſub ſe nullam habet ſpeciē nullūq; inferius, quod poſſit amplius diſtinguī, ſed ſunt tantum ſub homine indiuidua, vt Sor & Plato, quæ omnino diuiſionem eam, qua ſuperius in inferiora ſecatur, non patiuntur. Infimum ergo eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſicut primum eſt genus generaliſſimum. Quæ vero in medio ſunt, & ſpeciei & generis appellationem habent, genera quidem inferiorum, ſpecies autem ſuperiorum.

Quare hæc quidem duas habent habitudines; illam, quæ eſt ad ſuperiora, ſecundum quam ſpecies dicuntur eſſe ipſorum, & eam, quæ eſt ad poſteriora; ſecundum quam genera ipſorum eſſe dicuntur. extrema uero habēt unam habitudinem. Nam & generaliſsimum ad ea, quæ poſteriora ſunt, habet habitudinem cum genus ſit omnium id, quod eſt ſupremum, eam uero, quæ eſt ad ſuperiora non habet cum ſit ſupremum et principium primū. Specialiſsimum autem unam habet habitudinem, eam, quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpēcies, eam uero quæ eſt poſteriora, non habet, ſed indiuiduorum ſpecies dicitur: ſpecies quidem uelut indiuiduorum ea continens, ſpecies uero ſuperiorum, uelut ea, quæ ab illis continetur.

Hic quinto habitudines proprias cuiuſq; trium ordinum dictorum concludendo numerat & diſtinguit, dicens, media duabus fulta eſſe habitudinibus, altera ad ſuperiora, quæ ſpeciei nomine deſignatur, altera vero ad inferiora, quam generis denominatio importat. dicuntur enim omnia media ſpecies & genera, extremos autem ordines ſingulas habere dicit habitudines, dr̃nter tñ, qm̃ gñaliſſimū ad inferiora tm̃ reſpectū habet, ꝙ generis nomine denotatur, ſpecialiſſimum vero ad ſuperiora tantū habitudine gaudet, quæ ſpeciei vocabulo ſignificat. Verum, quoniam dubitationi locus relinquitur, qũo. ſ. ſpēs ſpāliſſima ad inferiora habitudine carere dicatur, cum ex

dictis constet ipsam respicere indiuidua inferiora de quibus prædicatur in eo quod qd, ideo solicite Porphyrius addidit, q habitudo, quã species specialissima habet ad indiuidua, non est diuersa ab habitudine importata p speciei nomen, quoniam species & dicitur & generis & indiuiduorum species, licet diuersimode: quoniam illius est vt continentis, horum vero est vt contentorum: & propterea, quia sermo noster diuersitatem habitudinum inquirit, merito in specie specialissima vnam tantum habitudinem induxit, intermedijs vero duas.

An species spēcialissima vnā tm̄ habitudinem habeat. Circa hanc partem occurrit dubium non dissimulandum, quia Porphyrius male videtur declarare, quomodo species specialissima vnam tantum habet habitudinē. declaratio enim sua, vt patet ex dictis, consistit in hoc, q, quia habitudo speciei ab indiuidua non est diuersa ab habitudine speciei, ideo vnam tantum habet habitudinem. Aut enim loquitur de diuersitate habitudinum secundū vocem, aut secundum rem, si secundum vocem, veritatem quidem dixit, affirmans eandem esse habitudinem speciei ad indiuidua & ipsius speciei quoniam non differunt prædictæ habitudines vocaliter, quia eadem vox, scilicet iy species vtranq; significat, sed ridiculosa solutio dubitationis logicalis est hæc. Si autem loquitur de diuersitate habitudinum secundum rem, falsum dixit, q non sit diuersa habitudo importata nomine speciei, ab habitudine ipsius spēi ad indiuidua. Clare enim liquet ex dictis, q habitudo, quam species significat, generi est correlatiua, habitudo autem ad indiuidua, ad genus non terminatur, sed indiuidua, & consequenter diuersa est ab illa, quę ad genus terminatur. non recte ergo videtur soluisse dubitationem, quam tamen facile soluere potuisset dicendo q licet species specialissima habeat duas habitudines, non tamē habet has duas, de quibus est sermo, scilicet importatas nomine speciei, & nomine generis. vtrãq; enim horum intermedia tantum habent, extrema vero singulis contenta sunt. Ad hoc dubium dicitur q Porphyrius, licet potuisset modo dicto dubitationē soluere, interius tamen speculatus maius aliquid sua solutione insinuauit. Considerandū est nãq;, q habitudo generis & habitudo speciei non ita coeunt in vnum subalternum, q vna ex alia oriatur, sed velut extranea quædam inter se adunantur in vnius denominatione. Ex hoc enim q aliquid genus denominatur non oritur q species sit, aliter generalissimum, cum genus sit, species quoque esset. & similiter ex hoc q aliquid species appellatur generis denominatio in eo non prouenit, aliter specialissimum, cum species sit, genus quoq; esset. Habitudo autem speciei & habitudo ad indiuidua licet inter se discrepent, ita tamē coeunt in vnius denominationem, vt altera ex altera oriatur. Ex hoc nãq; q aliquid est sub genere positum positione superius declarata, scilicet quæ tota originatur a genere, necessario in illo pullulat habitudo ad indiuidua, quoniam impossibile est aliquid ita generis participare naturam & indiuiduis carere saltem in esse obiectiuo apud nostram cognitionem, super qua huiusmodi intētiones fundātur. *In co. cap.* Quia ergo, vt etiam superius diximus, relatio speciei ad indiuidua proprietas quædam emanans ex speciei relatione est, & consequenter non omnino extranea est ab ea: ideo Porphyrius dixit, q. habitudo speciei ad inferiora indiuidua non est diuersa ab ipsius speciei habitudine: non quin diuersa secundum rem sit, sed quia nõ ita diuersa est, q extranea sit ab illa pullulat enim ab ea, propter quod & idem nomen sortita est. Ex his patet quid dicendum sit ad obiecta, quia neque de diuersitate vocali, neq; de quacunque diuersitate reali, sed de diuersitate extraneitatis loquebatur, quam inter generis & speciei habitudinem inueneras &c.

Determinant ergo generalissimum ita, q. cum genus sit non est species. Et rursus supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum uero quod cum sit species non est genus, & quod cum sit species nunquam diuiditur in species: &, quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit prædicatur. Ea uero, quæ sunt in medio extremorum, subalterna, uocantur genera, & species, & unumquodque eorum species esse potest & genus ad aliud quidē & ad aliud sumpta. Ea uero quæ sunt ante specialissima usq; ad generalissimum ascendentia & genera dicuntur & species & subalterna genera: & agamēnon atrides: & pelopides tātalides & ultimum iouis.

Hic sexto ex dictis concludit descriptionem cuiuscūq; ordinis, & ponit duas generalissimi descriptiones, & tres specialissimi, & vnam subalterni. In diffinitionibus autē generalissimi & specialissimi attendendum est, q., quia vtrunque eorum superlatiuum est, quod & positiue & negatiue exponitur, ideo diuersa tanguntur in descriptionibus istis, vt a prima exordiamur, cum dicitur generalissimum est, quod cum sit genus, non potest esse species. In prima particula tangitur habitudo, quam ponit. In secunda autem habitudo, qua caret. Altera vero descriptio negatiue expositū ipsum determinat. Specialissimi quoque tam prima descriptio q̃ secunda similis primæ descriptioni generis est. differunt autem inter se, quia in prima habitudo negatur generis, in secunda quædam generis proprietas, s. diuisio in plures spēs, tertia vero ad indiuidua ipsam trahit. Subalterni autem descriptio per positionem vtriusq; habitudinis datur, quoniam neutrius negatio illi inest. Subdit postremo clarum exēplum quo innotescat tam ordo q̃ ordinatorum rō. sicut n. in vna familia Iouis aliqs est pater tantum, vt primus parens Iuppiter, & aliquis est filius tantum, vt vltimus hæres agamemnon. & aliquis est filius & pater, vt intermedij genitores atreus, pelops & tantalus. Sic in vna coordinatione prædicamentali summum est genus tantum, infimum est spēs tantum, media vero sunt genera & spēs &c.

Sed in familijs quidem plerunque reducuntur ad unum principium. uer. gra. ad Iouem, in generibus autem & speciebus nō sic se habet. neque enim unum cōmune genus omnium est ens, nec omnia eiusdem generis sunt, sed unum supremū genus, quemadmodum dicit Aristo. sed sunt posita, quemadmodum dictum est in prædicamentis prima decem genera quasi decem prima principia: uel si omnia quis entia uocet, æquiuoce inquit nuncupabit, non uniuoce. si enim esset commune omnium genus ens, uniuoce etiam diceretur cum uero sint decem principia prima commune ens omnium secundum nomen est solum non etiam secundum diffinitionis rationem, quæ secundum nomen est. Decem quidem generalissima sunt. 3 meta.

Hæc est sexta pars huius capituli, in quo agitur de numero generum & specierum & indiuiduorū. vnde duo facit: quoniam primo numerum generalissimorum determinat duabus conclusionibus, quarum prima est, nō est vnum genus generalissimum, in quo sint omnia genera. Secunda est, genera generalissima sunt decē. Primam conclusionem ex dissimilitudine ad exemplum datum in familijs probat, ex Aristo. auctoritate & ratione. Ex dissimilitudine quidem, q̃m licet sit similis dicta coordinatio prædicamentalis vni familiæ, quæ ad ordinem succedentium in ea: nō tamen similis est quo ad reductionem plurium familiarū ad vnum primū patrem. plures .n. familiæ ex Ioue deriuatæ diuersis vijs. eundem patrē habent, in quo omnes conueniunt plures autem ordines prædicamentales non deriuantur ex vno capite, quod sit genus & principium dictum de omnibus. & ideo non reducuntur ad vnum genus omnium &c. Ex auctoritate vero Aristo quoniam dicit omnia non esse eiusdem generis secundum vnum supremū genus. Rōne autem tali. si esset vnum genus omnium illud maxime esset ens: sed ens non est genus: ergo. Probatio destructionis consequentis. si ens esset commune omnium genus esset vniuocū: sed ens non est vniuocū, quoniam Arist. dicit, q. si quis omnia entia vocet, æquiuoce nuncupabit. Et quoniam vniuocū est cōe secundum vocem & rationē, quæ secundum illud nomen ens nūt est cōe secundūm nomen solū

& nõ secundum rationem. probatur. quoniã prima principia in prædicando sunt decẽ prædicamenta: & si ens eẽt cõe secundum nomen & rõnem illa nõ essent prima, sed ens esset primum principium in prædicando. Scđa autẽ cõclusio Arist. auctoritate ꝓbatur. & cõcludit &c. Aduerte ꝙ cum dicitur prima principia esse decem, & non vnum. ꝙ non est sermo de quibuscunque principiis, sed formalibus quæ sunt notiones totius. principium enim dicitur multipliciter: & de principiis extrinsecis, s. efficiente & finali, & de his non est sermo nunc: quoniam vnum est omnium agens etiam. ad quod omnia tendunt. Deus gloriosus: & de principiis intrinsecis. materiali. s. & formali: & de materiali quidem etiam nunc sermo non est Formale autem secatur in principiũ, quod est forma partis, & de hoc quoque non est sermo: & quod forma & notificatio totius est, & de tali loquimur nunc, cum dicitur ꝙ decem sunt prima principia: omnia siquidem prædicata notificantia totum esse rei reducuntur ad decẽ prima prædicata cæteris superiora, ex quibus cætera oriuntur tanquã a primis elementis potestate oĩa continentibus &c.

Circa hãc partem dubium est an ens sit vniuocum, & an sit secundum nomen solum cõmune, an sit ambiguũ seu analogum &c: Sed quoniam hæc logicales transcendunt metas. si subtiliter tractanda sunt differantur vsque ad Metaphysicam &c.

Specialissima uero in numero quidem quodam sunt non tamen indefinito. Indiuidua autem quæ sunt post specialissima infinita sunt quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere. Descendere autem per media diuidentes specificis differentiis. infinita uero inquit relinquenda sunt. neque enim eorum posse fieri disciplinam.

Hic secundo numerum specierum & indiuiduorum simul assignat di species esse in quodam certo quidem numero, sed nobis incerto. sicut magnus exercitus non numeratus determinatum habet hominum numerum licet videnti incertus sit numerus illorum. Indiuidua autẽ & infinita sunt in seipsis, & nobis propter continuam successionem eorum in potentia. actu enim licet semper finita sint, nunquam tamen tot facta sunt aut fient, quin adhuc alia producendo supersint. & ideo infinita dicuntur in potentia. propter quod Plato iubebat duo, descensus, s. quietem in specialissimis: & quibus mediis descendendũ erat. volebat. n. ꝙ a generalissimis descendere incipiens vsq; ad specialissima veniat, sed ibi quiescat: quoniam infra specialissima indiuidua infinita sunt. Infinita autem ab arte relinquenda sunt, eo ꝙ de eis disciplina suscipi non potest, obstante eorum infinitate & mutabilitate &c. Media autem, quibus descendẽdum erat quasi semitis quibusdam differentias dicebat eẽ specificas, quibus genera in species trahuntur. huiusmodi autem differentiis species specialissimæ carent, quoniam, vt dictum est, nõ possunt amplius diuidi specificis differentiis sed atomæ sunt: participãtur tamen ab indiuiduis per differentias materiales, quæ quoniã infinitæ sunt, semitæ certæ esse non possunt, per quas a specialissimis ad indiuidua veniatur &c.

Descendentibus igitur ad specialissima necesse est diuidentes per multitudinem ire: ascendentibus uero ad generalissima necesse est colligere multitudinem, in unum collectiuum enim multorum in unam naturam species est, & magis id quod est genus. particularia uero & singularia econtrario in multitudinẽ semper diuidunt quod unum est. Participatione enim speciei plures homines sunt unus homo. in particularibus autem unus homo & communis plures. diuisiuum enim est semper quod singulare est, collectiuum autem & adunatiuum quod commune est.

Hæc est septima ps huius capituli, in qua modus ascendendi & etiam descendendi in prædicamentali ordine declaratur duabus conclusionibus. Prima est, descensus fit diuidendo vnum in multa. Secunda est, ascensus fit colligendo multa in vnum Declaratur vtraq; ex proprietatibus terminorum vtriusq; viæ, quoniam terminus ascensus ab indiuiduis est species, & a speciebus est genus, spẽs autem collectiua & adunatiua est multorum in vnum, & similiter genus, imo genus magis est collectiuũ & adunatiuum q̃ species: terminus vero descensus a genere in species sunt particularia, i. partes subiectiuæ & a specie in indiuidua sunt ipsa singularia. particularia autem & singularia vnum superius diuidunt & partiuntur in multa. Exemplum autem, ꝙ superius, quod ascensum terminat sit collectiuum, est, quia omnes particulares homines, q valde multi sunt, inquantum participant speciei humanę naturam, non retinent suam pluralitatem, sed adunantur & sunt vnus hõ secundum speciem. Exemplum vero, ꝙ inferiora, q̃ descensum terminant diuisiua & multiplicatiua sint, est, quia hũ vnus secundũ speciem & cõis per conditiones materiales multiplicatur in ꝑticulares hoies &c.

An genus sit magis collectiuũ in vnã naturã quam species.

Circa illud dictũ, genus est magis collectiuũ in vnã naturam q̃ spẽs. dubitatur, quia oppositũ dicere debuisset. illud enim est magis in vnam naturam vnitiuum, quod in se est magis vnum & cuius naturæ vnitate retenta minorẽ distinctionẽ res illius naturæ inter se compatiuntur. sicut illud est magis calefactiuum quod in se est magis calidum, & a quo res calefactæ minus compatiuntur frigoris cæteris paribus &c. Species autem in se est, magis vna q̃ genus, quoniam species dicit naturam omnino indiuisibilem formaliter. vnde & atoma dicitur, genus vero naturam formaliter diuisibilem importat, & similiter res secundum speciem adunatæ minorem distinctionem cõpatiuntur. non enim possunt distingui nisi numeraliter, quę vero in genere tm̃ conueniunt formaliter distingui necesse est. magis ergo collectiua est species in vnam naturam q̃ genus. Ad hoc breuiter dicitur, q. esse magis collectiuum multorũ potest intelligi dupliciter. Vno modo intensiue, & sic species est magis collectiua, quia magis vnit adunata, vt ratio adducta probat. Alio modo extensiue, & sic genus est magis collectiuum: quia multo plura sub sua adunatione cadunt q̃ sub speciei ambitu. Vnde spẽs & gẽnus se habent sicut duo duces, quorum alter habet exercitum paruum, sed valde vnanimen. alter exercitum magnum, sed diuersarum factionum. ille enim magis colligit intensiue, hic extensiue. Porphyrius autem loquebatur hic de extensiua collectione, & ideo dixit genus esse magis collectiuum.

Plures homines quo sunt vnus homo.

Circa illud verbum participatione speciei plures homines sunt vnus hõ. Notãdũ ẽ, q. Porph. nõ absolute dixit plẽs hoies sunt vnus hõ. sed cũ illa cõditione, s. participatione speciei. ista aũt conditio est conditio diminuens ly vnus homo, quoniam cum absolute dicitur vnus homo, intelligitur de vnitate numerali, quæ est maxima vnitas. cũ autem adiungitur sibi ly participatione speciei, iam distrahitur quodãmodo præiacens prędicatum: & de homine vno secundũ speciem, qui nõ est homo vnus, accipi oportet, & ideo non valet, plures homines sunt vnus homo participatione speciei, ergo sunt vnus homo: sicut nec valet bos & leo sunt idem genere, ergo sunt idem &c. Idem enim est dicere, participatione speciei plures homines sunt vnus homo, & dicere, plures homines sunt vnũ in homine denominato specie: ex quo clare patet nõ sequi, ergo sunt vnus homo, vel sunt vnum. Modus autem, quo plures homines vnitatem in homine specie habent, logicum excedit negociũ. & ideo sat sit pro nunc scire, ꝙ ideo vniuersaliter loquendo inferiora, quæ plura sunt inter se in superiori adunantur, & participatione illius vnum dicuntur. quia vt sunt & conueniunt in illo superiori differentiarum, quibus illud superius diuiditur, & ex quibus eorum pluralitas orit ex partes sunt: pluralitate autem sublata necesse est remanere vnum id quod restat. sicut in proposito, Sor. & Pla. ideo sunt vnum in homine, quia non distinguuntur nisi per proprietates indiuiduales: & vt sunt in homine carent proprietatibus indiuidualibus, quibus homo descendit ad Sor. & Pla. ablatis autem per intellectũ a Sorte & Platone eorum proprietatibus, non habent per quod distinguantur, ac per hoc id quod remanet, puta natura humana, nõ distinctum est, quoniam in eo distinctiua nõ sunt

actu, & similiter homo & leo participatiõe animalis vnũ animal sunt, quoniam vt sunt in animali differentias proprias, quibus distinguuntur præueniũt: qm̃ aĩal nõ includit actu rõnale, aut rugibile: amotis aũt per intellectũ ab homine & leone rõnabili & rugibili non habent per qd distinguant, & cõsequẽter remanent vnũ: & qa remanẽt aĩal, ideo dñr esse vnum animal, inquantum animal sunt.

Assignato autem genere & specie quid sit utrunq; : & genere quidem uno, speciebus uero pluribus (semper enim diuisio generis in species plures est) genus quidem semper de speciebus prædicatur, & omnia superiora de inferioribus: species autem neque de proximo sibi genere, neque de superioribus: neq; enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, ut hinnibile de æquo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora uero de maioribus minime. neq; enim animal dices esse hominem, quemadmodum dices hominem esse animal.

Hæc est octaua pars huius capituli, in qua ordinatur prædicatio exercenda in ipsa prædicamentali coordinatione tribus regulis, quarum primæ simul ponuntur, & sunt illæ, genus de speciebus, & vr̃ omne superius de inferioribus prædicatur. Altera est, species de genere, & vr̃ inferius de superiori nõ prædicatur &c. Ad ponendas aũt has regulas ex prædictis continuationẽ dicẽdorũ assumit cõmemorans, q̃ ex diffinitione iam generis & speciei habita, & numero specierum semper numerum generũ excedente: quoniã genus vnum non potest diuidi in species pauciores duabus. cõsequens est, q̃ ponatur prima regula, s. q̃ genus prædicatur de speciebus &c. patet autem sequela ex diffinitione ipsius generis, in qua dictum est, q̃ prædicatur de pluribus differentibus specie. Secunda autem regula stabilitur a Porphyrio ex quadã fundamentali propõne, dicente, q̃ oportet æqua de æquis, aut maiora de minoribus prædicare: minora vero de maioribus minime speciem n. constat esse minorẽ genere, & vr̃ oẽ inferius est minus suo superiori: & loquitur de maioritate, minoritate, & qualitate ambitus eorum, quæ cõtinentur sub eis: scd̃m quam dictum fuit, q̃ genus magis est collectiuũ q̃ species, ita q̃ illud est maius, quod continet omnia, quæ obtinet alterum, & vltra illa aliqua alia sicut animal est maius hoĩe, illud vero minus, qđ nõ continet quicqd alterum ambit, vt hõ respectu aĩalis. illud autẽ ẽsse æquale, quod adæquat alterum, & adæquatur ab illo secundũ cõtenta sub eis: ita q̃ de quocũq; dicitur vnum dr̃ & reliquum, & econuerso. vt homo & risibile &c.

Quo æqua de æquis, vel maiora de minoribus prædicari oporteat.

Circa hanc partẽ occurrit dubiũ de qua p̃dicatione intelligenda sit Porphyrij hæc ,ppõ, oportet æqua de æqs vel maiora de minoribus prædicare: qm̃ vniuersaliter nõ est vera. Clarum est. n. q̃ illa est aliqua prædicatio animal est hõ: & tamen ibi minus de maiore prædicaṫ. Ad hoc dicitur q̃ prædicatio est duplex: directa & indirecta. Prædicatio directa est, quando prædicatũ se habet vt forma subiecti: qm̃ prædicata tenenṫ formaliter, subiecta vero materialiter. Prædicatio aũt indirecta est, quando subm̃ est potius forma p̃dicati q̃ econuerso. tunc. n ordo rectus prædicationis non saluatur, vt si diceret albũ est hõ. Et, qa superius se habet vt forma inferioris, & inferius vt materia quædã superioris est, ideo dr̃, q̃ illa ,ppõ intelligenda est de prædicatione directa: mediũ n tale prædicatum oportet esse vel prædicamentũ esse superius, vt cum diciṫ. hõ est animal, vel æquale, vt dicendo hõ est risibilis &c.

Sed hæc responsio dubitationẽ nõ fugat, qm̃ sd mittendo descriptionẽ prædicationis directæ clarũ est q̃ multæ directæ fiunt prædicationes, in quibus minus de maiori prædicatur, vt patet dicendo, nasus est simus, numerus ẽ par & hmõi subm̃ n. in omnibus hmõi enunciationibus minoris est ambitus q̃ prædicamentũ, & p̃dicatũ forma est subiecti: cum eius accidentalis quædã forma sit. Nec potest fugiendo dici, q̃ Porphyrius intẽdit loqui de prædicatione, quæ cõmittitur inter terminos eiusdẽ prædicamenti tm̃, s. genus. speciem, dr̃iam, et indiuiduũ. Et primo quia secundũ doctrinã præsentis operis nõ inueniṫ prædicatio æqualis de æquali in vno prędicamento, qm̃ ipse nullam ponet dr̃iam conuertibilẽ cũ specie specialissima.

Scd̃o, qa hic expresse dicit p̃dicationẽ æqualis de æquali esse prædicationem proprij de eo cuius est ,pprium, vt hinnibilis de æquo. Dicẽdũ est ergo, q̃ illa ,ppõ intelliṫ de prædicatione per se, & nõ de quacunq; prædicatione. prædicationẽ per se voco eã, quæ in primo Posteriorum distincta est in modos perseitatis &c. Scd̃m n. oẽm prædicationem per se oportet aut æqua de æquis, aut maiora de minoribus prædicari Minora nãq; p accidens prædicantur de maioribus accidit. n naso q̃ sit simus, & numero q̃ sit par: licet non accidat numero q̃ sit par vel impar: & naso, q̃ sit simus vel aquilinus &c. & ideo illæ, q̃uis directæ, per accidens tñ prædicationes sunt. & ideo nõ est mirũ si præsens ,ppõ in eis locum non habet &c. Com 9.

De quibus autem species prædicatur de his necessario et speciei genus prædicatur: et generis genus, usque ad generalissima. si enim uerum est dicere Socratem hominem. hominem autem animal, animal uero substantiam, uerum est Socratem & animal dicere atque substantiam Semper enim superiora de inferioribus prædicantur. Et species quidem de indiuiduis prædicatur, genera autem & de specie & de indiuiduo, generalissimũ, autem & de genere & de generibus, si plura sunt in media & subalterna, & de specie, & de indiuiduis. Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus & de speciebus & indiuiduis. Genus autem, q̃ ante specialissimum est, de omnibus specialissimis & de indiuidu s, solum autem species de omnibus indiuiduis.

Hic secundo ponitur tertia regula, quæ talis ẽ, de quibuscunq; species prædicatur, de his necessario & speciei genus prædicabitur, & generis genus, vsq; ad generalissimum: & satis clare declaratur, atque summarie colligitur de quibus quodlibet, quod in prædicamento, est prædicatur: nec opus est expositione.

Indiuiduum autem prædicatur de uno solo particulari. Indiuiduum enim dicitur Socrates, & hoc album, & hoc ueniens & sophronici filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum, quorum collectionum quam in alio quolibet eadem erit. Socratis enim proprietas nunquam in aliquo quolibet erit particularium, hæ uero quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus, magis autem in omnibus particularibus in eo quòd homines sunt.

Hæc nona pars huius capituli, quæ licet textus seriem superioris potius sit terminus, q̃ alia pars separata, quia tamẽ nouã ingreditur materiam, separata fit ab illa. Agitur ergo in hac parte de indiuiduo, & quo ad quid sit, & quot modis sit: & quare dicatur indiuiduũ Quid enim sit indiuiduum persuadetur cum dicitur, q̃ indiuiduum de vno solo prædicatur. Tripliciter autem indiuiduum significari tradit, s termino discreto, vt Socrates, & termino cõi cum pro nomine demonstratiuo, vt hoc album. & circũlocutione, vt filius sophronici, si vnicus est &c. Quare aũt indiuidua vocentur hmõi entia. subdit dicẽs, hoc ideo esse, qa ex proprietatibus constant, quæ diuidi non possunt, ita q̃ in hoc & in illo inueniri possint, sicut proprietates speciei inueniuntur in pluribus. hæ carnes nãq; & hæc ossa & hi nerui cum hac complexione non nisi in hoc vno sunt. Carnes autem & ossa & nerui, quæ pertinent ad speciem, in pluribus partita singularibus inueniũtur: ita q̃ sicut plures homines, vt superius dictum est, sunt vnus hõ, inquantum conueniunt in specie humana, ita cõueniunt in hoc, quod est habere easdem carnes secundum speciem, & similiter eadem ossa secundum speciem, & reliqua, quę ad speciei naturam pertinẽt. omnia enim huiusmodi eadem sunt secundum speciem in omnibus particularibus hominibus secundum autem indiuiduales proprietates multa est inter ea diuersitas &c.

Circa illam indiuidui descriptionem, indiuiduum est quod de vno solo prędicatur, dubium occurrit. qa Arist. (in primo Peri hermenias) dicit, singulare est qđ nō prædicatur de multis: multum autem refert dicere nō de multis, & de vno. ex hoc enim quod dicitur indiuiduum nō prædicari de multis, non sequitur, ergo de vno solo: quia stat ꝙ de nullo prædicetur. Ex eo vero, quod dicitur, de vno solo, recte sequitur, ergo non de multis. descriptio ergo Porphyrij, quia restringit dictum Aristote. sub dubio cadit: quoniam aliqua indiuidua sunt, quæ de nullo prædicantur. scilicet indiuidua prædicamenti substantiæ, vt Sortes & Plato. a prima nanq; substantia, vt in prædicamentis dicitur nulla est prædicatio: non est ergo descriptum ipsum indiuiduum. Ad hoc dubium dicit Auerroes in hoc loco, ꝙ assignatio indiuidui data a Porphyrio non est vera indiuidui assignatio, quia non conuenit omni indiuiduo sed indiuiduis accidentium tantum, quę prædicantur de subiectis suis denominatiue, vt cum dicitur Sor. est hoc album &c. indiuidua enim substantiæ, neque denominatiue, neque quidditatiue de aliquo prædicantur, vt Aristote in prædicamentis dicit: & propterea inquit Auerrois ꝙ vera assignatio indiuidui est illa. Indiuiduum est quod non dicitur de multis &c. Sed, quoniam Porphyrium cōis schola sustinet, & merito, ideo aliter dicendum est, vtriusq; dictum sustinendo s. ꝙ prædicatio est duplex: quædā est artificialis, quædam vero naturalis. Prædicationem artificialem voco ab arte non effectiue, quoniam omnis prædicatio artis opus est, sed finaliter, quia s. artis fini directe seruit. Naturalem autem prædicationem voco, quæ artis fini non est directe proficua, ex nātura tamen rei significatæ verissima existens, naturam imitatur, quæ ad vnum determinata est. cum igitur finis logicalis artis sit, instrumenta edere quibus incognita innotescant, prædicatio artificialis illa erit, qua aliquid ignotum notum fit, hæc autem est, quæ duo qualitercunq; distincta adunat, vt homo est animal, vel risibilis &c. prædicatio autem naturalis erit illa, qua nihil notificatur ignotum: hæc autem est, in qua omnino idem de seipso prædicatur, vt homo est homo. nullam enim quæstionem dubitabilem terminat enunciatio dicens, a est a. b est b: &c. verissima tamen est adeo, ꝙ Boetus dicit ea nulla esse veriorem. De artificiali igitur prædicatione loquens Aristoteles dixit, q. a prima substantia nulla est prædicatio, & ꝙ non dicitur de multis indiuiduum. et Auerrois dixit, ꝙ Porphyrij assignatio non est vera. De naturali autem prędicatione loquebatur Porphyrius dicens, indiuiduum de vno solo prædicari, quoniam prædicatur de seipso dicendo, Sortes est Sortes &c.

Circa eandem descriptionem dubitatur, an conueniat indiuiduo vago, an indiuiduo signato tantū. Dicitur autem indiuiduum vagum aliquis homo aliquis bos & huiusmodi. indiuiduum vero signatum, hic homo, hic bos & c. sortes &c. Est autem ratio dubitandi, quia cōiter dici videtur, ꝙ indiuidum vagum de vno solo prædicatur, & tamen exercitium prædicationis conuincit, q. de pluribus prædicatur. Sor. n. est aliquis homo, & similiter Plato est aliquis homo, & sic de alijs. Ad hoc dubium dicitur, ꝙ ista descriptio conuenit etiam indiuiduo vago, & consequenter, ꝙ indiuiduum de vno solo prædicatur secundum, licet secundum vocem prędicetur de pluribus. vnde quia cū dicitur, aliquis homo est Sor. & Pla. nulla res cōis sorti & platoni prædicatur, nisi natura humana importata per ly homo & ly aliquis, hō importat naturam non absolute, sed particularizatam, ideo sola illa vox, aliquis homo, est cōis vtriq;: sicut si plures homines vocentur Sortis nomine, quod importat naturam humanam determinatam ad hoc. sola vox cōis est vtriq; sorti. Sed huic respōsioni, cui cōmuniter ab omnibus assentiri videtur, obstat. S. Tho. doctrina, quæ peripateticis plurimum consentanea est. habetur siquidem ab ipso in. q. disputatis de potentia dei. q. 9. ar. 2. ꝙ indiuiduum vagum prędicatur de pluribus non solum secundum vocem, sed secundum rationem significatam. Fundatur autem doctrina sua super hoc, quia in Sor. tria possunt considerari, quæ in eo sunt natura. s. humana: & modus, quo illa natura est in Sor. qui modus nihil aliud est q̃ particulariter existere. est enim in Sorte natura humana, non vlr, sed particulariter: et principium, quo illa natura determinatur ad sortem puta materia signata. Horum autem triū natura ipsa cōis est prædicabilis de multis: modus quoq; naturæ cōis est oībus indiuiduis illius naturæ, sicut & natura ipsa: sicut in quolibet homine est natura humana, ita est etiam in quolibet homine natura humana particulariter nullus enim homo est, qui non sit homo, & qui non sit homo particularis, nisi s̄m Platonicos ponentes hominem vniuersalem &c. Principium autem, quo natura ad hoc determinatur, proprium est ita huic ꝙ nulli alteri conuenit. Quēadmodum ergo quia species naturam absolute significat de pluribus prędicatur, ita indiuiduum vagū, quia modū naturæ nō determinatum ad hoc, seu nām sub mō nō determinatā ad hoc īportat, de pluribus prędicabile est. indiuiduum vero signatum, quia hoc singulare significat, de multis nullo pacto dici potest. Non ergo æquiuoce dicitur, indiuiduum vagum de pluribus sed secundum nomen et rationem. Et licet contra doctrinam hanc obijci possit pro nunc tamen tripliciter istari potest logicaliter. Primo: quia secundum hoc Porphyrius diminutus esset determinans de prædicabilibus, & tacens de indiuiduo vago. Secundo, quia superius posita est diuisio prædicabilium, & non apparet sub quo illorum membrorum claudatur indiuiduum vagum, quia non prædicat in quid (esset enim species) nec in quale ergo &c. Tertio, quia præceptum Platonis, quo quiescendum iussit in specialissimis, non esset implendum, quoniam descendere adhuc potest diuisio, indiuiduum vagū medium est inter speciem & particularia. Ad primum horum dicitur, ꝙ arguendus non est, qui ea, quę nō promisit, non seruauit. Porphyrius autem nūq; pollicitus est se de omnibus prædicabilibus tractaturū: sed tantum de illis quinq; ab ipso enumeratis in prooemio (vbi patet) & ideo non est mirum, si de indiuiduo vago non tractauit, sicut nec de diffinitione tractauit, quam constat speciale esse prædicabile. Ad secūdum dicitur, ꝙ indiuiduū vagum prædicatur in quale, & nō ī quid. per ly quale vero, intelligitur omnis modus alius a quid, s. q̃tum, quotum &c. proprium autem interrogatiuum de indiuiduo vago videtur esse hoc quod dico cuiusmodi. Quod sic persuadetur. de a, puta sorte potest triplex quęstio formari. prima de quidditate eius & sic quærimus per ly quid est, & respondetur homo: terminata hac quæstione per hanc responsionem commune peripateticis et platonicis, restat inquirendum cuiusmodi homo est, vniuersalis an particularis per se an participatione, multum enim refert quid horum respondeatur. Platonici enim de aliqua re existente in rerum natura, quam dixerunt esse hominem, quærentibus cuiusmodi homo est, respondent per se & vniuersalis. de aliqua vero, puta sorte respondent, ꝙ non est homo per se, sed ē homo aliquis, i. particularis &c. Peripatetici autem quærentibus cuiusmodi homo sit, vel cuiusmodi bos sit, semper respondens ꝙ est aliquis hō, & aliquis bos: qm̄ naturas rerum per se nō credunt subsistentes. terminata autem secunda quæstione per indiuiduū vagū, quærimus qs, & rūdet hic: qđ īportat indiuiduū signatum. prædicatur ergo indiuiduum vagum in cuiusmodi, & consequenter non in qd, sed in quale. Ad quartum dicitur præceptum Platonis implendū esse, sed sane intellectum. loquitur enim de descensu per diuisionē formalem, & nō de quacūq; diuisione. post specialissimā aūt speciem nullā dicimus esse diuisionē formalē, nec etiā dicimus proprie loquendo indiuiduum vagum esse medium inter speciem & singularia, quoniam mediū coordinationis pṙtalis res ipsa, cuius est esse debet esse, nō modus rei. vt patet de generibus & spēbus & singularibus. Indiuiduū autē vagum, vt distinctū a specie & singularibus modum tantū rei dicit, & ideo medium nullū dicit esse inter spēm & singularia, licet quo ad aliqd medij rōnē hr̄e videat. Dicendū est ergo, ꝙ diffō indiuidui hic assignata īdiuiduo signato tm̄ cōuenit, in cuius signi. Por

phyrius signata tm̃ indiuidua in textu expressit &c.

Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie, species, autem sub genere. Totum enim quiddam est genus: indiuiduum autem pars: species uero & totum & pars est alterius. sed alijs partibus totum, sed pars quidem alterius, totum uero non est. De genere quidem & specie & quid sit generalissimũ, & quid specialissimum, & quae genera eadem & species sunt, & quae indiuidua, & quot modis genus & species dicantur, sufficienter dictum est.

Hæc est decima pars huius capituli, In qua comparantur ordinata in prædicamentali linea secundum totalitatem & partialitatem: & dicitur, ꝙ genus est tantum totũ, indiuiduum est tantum pars, species autem est totum & pars, quoniam genus continet sub se speciem, & nõ continetur sub ea. indiuiduum vero continetur sub specie, & non continet eam sub se. species autem & continetur sub genere, & ideo pars eius est, & continet sub se indiuidua, & ideo totum in illis est &c.

Quo genus totum, & quo sit pars, & econuerso. Circa hanc partem notandum est ꝙ totum dicitur dupliciter, s. totum vl'e, & totum diffinibile. & similiter pars dicitur dupliciter. i. pars subiectiua & pars diffinitiua. Totum vl'e vocatur superius respectu inferiorum, quæ partes eius subiectiuæ dicuntur. Totum autem diffinibile, vocatur id, quod diffinitur respectu partium suæ diffinitionis, quæ partes diffinitiuæ dicuntur. Differt autem tãtum altero istorum modorum dicere aliquid totum, aut partem: vt id quod totum vno modo est, pars sit eiusdem altero modo, & econuerso. Superius enim respectu inferioris est totum vl'e, quia continet in potestate sua illud & alia, & prædicatur de eis: & est pars diffinitiua eiusdem, quia continetur actu & intrinsece in diffinitione illius, & consequenter inferius respectu superioris totum est diffinibile, & pars est subiectiua Quando ergo in textu fit sermo de totalitate & partialitate & dicitur. genus totũ tantum est &c. intellige ꝙ de toto vniuersali & parte subiectiua locutio ẽ. Posset quoq; negari simpliciter, ꝙ genus sit pars, formaliter loquendo, vt patet ex dictis in capitulo tertio de Ente et Essentia Sed, quia hoc altioris negocij est, vide ibi: considerando, ꝙ genus, vt sic, est totum vl'e: & vnde habet ꝙ sit totum, & vnde ꝙ sit pars diffinitionis Vltimo Porphyrius epilogum facit eorum, quæ de genere & specie dicta sunt Ostenditur aũt ex epilogo, ꝙ vnicum tm̃ capitulũ de genere & specie simul, fecit &c.

Sup de ente et essentia cap. 3.

De differentia. Cap. 3.

Differentia uero communiter, & proprie, & magis proprie dicitur. Communiter quidem differre alterum ab altero dicitur, quoniam alteritate quadam differt quocunque modo uel a seipso, uel ab alio. differt enim Socrates a Platone alteritate quadam, & ipse a se sene, uel iam puero, uel iam uiro: uel iam faciente aliquid, uel quiescente & semper in aliquo modo habendi se alteritatibus. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidente ab altero differt. Inseparabile uero accidens est, ut nasi curuitas, cæcitas oculorum, & cicatrix, cum ex uulnere occalluerit. Magis autem proprie alterum differre ab altero dicitur, cum specifica differentia differt, quẽadmodũ homo ab equo specifica differentia differt rationali qualitate.

Hoc probabile [illegible] verum: cum alter [illegible] reprobatur [illegible].

Hic incipit secundum capitulum huius operis, in quo tractatur de differentia, & diuiditur in tres partes principales. In prima declaratur quid nominis ipsius differentiæ, In secunda diuiditur. In tertia diffinitur. Assignans ergo quid significet differentiæ nomen, dicit, ꝙ in triplici significatione inuenitur. Quandoq; enim significat dispa ritatem, quæ in rebus fit a cõiter accidentibus, & dicitur dr̃ia cõiter. Quandoq; autem eam, quæ in rebus fit a proprijs accidentibus, & dr̃ dr̃ia proprie. Quandoq; autem eam, quæ in rebus fit ab essentialibus & proprijs constitutiuis, & tunc dicit̃ differentia magis proprie.

Circa hanc partem notanda sunt quatuor. Primo, ꝙ ordo præposterus a Porphyrio seruatus est, dum differentiam postponit speciei. nam differentia prior est specie sicut principium prius est principiato: sed, quia ideo permutatus est, vt generis notitia compleretur, quoniã genus & species sunt correlatiua, legitima excusatione id factum esse non est dubium. vnde statim post eorum notitiam ante reliqua de differentia sermonem inchoauit. Secundo notandum est, ꝙ distinctio differentiæ in supradictas tres significationes non est sicut distinctio generis, aut speciei in suas significatiões. Cum enim diuisum fuit genus, aut species, fuit diuisio æquiuocæ vocis in suas significationes, sicut si diuideretur canis in piscem marinũ, & cœleste sydus, & animal latrabile. cum autem diuidit̃ differentia in sua significata, est diuisio vocis aliquo modo analogæ in sua partialia significata Fuit autem necessaria talis diuisio in hoc loco, licet æquiuocum non esset differentiæ nomen, quia differentia non secundum totũ ambitum suum est vnum de quinq; vl'ibus, sed tertio tm̃ modo sumpta Tertio notandum est, ꝙ differentiam vocari communiter, proprie, & magis proprie, ex duobus ortum est, s. ex cognitione nostra, & ex rebus ipsis, ex cognitione quidem nostra vocata est differentia communiter illa quæ fit ex rebus, per quas cõmuniter homines apprehendunt distinctionem & dissimilitudinem inter cuncta mundi huius. Res autem communiter cadẽtes sub apprehensione hominum, quia sunt sensibilia accidẽtia, secundum quæ non differt hoc ab illo, nisi alteritate quadam, ideo differentia communiter dicitur, qua res differunt abinuicem alteritate quadam. Differentia vero, ꝑprie est, qua discernimus aliqua occurrentia, proprietates eorum inspiciendo, velut quosdam eorum characteres: vt patet, cum luscum aliquem aut a natura, vel casu signatũ aliquem ab alijs differentem dicemus. & quoniam huiusmodi differentiæ secundum accidentia inseparabilia fiunt ideo Porphyrius dixit, ꝙ differentia proprie dicitur, qñ alterum ab altero differt accidẽte inseparabili. Magis proprie autem differentia dicta est, quæ sapientibus innotuit ꝙ nihil ea magis intime differre facit, quæ constituit, hæc autem, quia per essentialia principia, non quæcunq;, sed propria fit, ideo Porphyrius dixit, ꝙ differentia magis proprie dicitur, quando alterum ab altero differt specifica differentia. Ex rebus vero nominum hæc diuersitas robur maximum habet, quoniam differentia communiter dicitur, quæ causatur ex rebus, quæ non sunt proprie huic, vel illi, sed multis communiter accidũt, & adueniũt, & recedunt. Differentia vero proprie dicitur, quia causatur ex his rebus, quæ proprietates sunt aliquarum rerum vt ridere & mugire, vel partium earum, vt cæcitas & surditas &c. Magis proprie autem ideo dicitur, quia ex his, quæ maxime proprie rebus sunt causatur: ex constitutiuis, scilicet essentiarum suarum. Quomodo autem membra distinctionis huius non coincidant in expositione sequentis literæ declarabitur, quoniam tunc facilior erit intellectus.

Vniuersaliter ergo omnis differentia alteratum. facit cuilibet adueniens, sed ea, quæ est communiter, & proprie alteratum solum facit, illa autem, quæ est magis proprie. aliud. Differentiarum igitur aliæ quidẽ alteratum faciũt, aliæ uero aliud. Illæ quidem, quæ faciunt aliud, specificæ uocantur, illæ uero, quæ alteratum simpliciter dicuntur. Animali enim rationalis differentia adueniens aliud facit, & speciem animalis facit. illa uero, quæ est mouendi, alteratum facit solum a quiescente. quare hæc quidam aliud, illa uero alteratum solum facit. Secundum igitur aliud facientes, diuisiones fiunt a generibus in species, & diffinitiones assignantur (quæ diffinitiones, scilicet sunt ex genere & huiusmodi differentijs) secundum autem eas, quæ solum alteratum faciunt, alteratio sola consistit: & in aliquo modo se habendi permutationes.

Hæc est. secunda pars huius capituli, in qua differentiam diuidere intendens tria facit. Primo primam differentiæ diuisionem affert introducens eam ex prædicta-

rum significationum conuenientia, & disconuenientia, vnde dicit, cōe esse omni differētiæ facere alteritatem, sed inter differentiam cōiter, & proprie ex vna parte, & differentiam magis proprie ex altera parte, tanta est distantia, ꝙ illæ alteratum tantum faciunt id quod per eas differre dicitur, ista autē aliud facit id, quod per ipsam differt &c. Et huic statim differentiæ primam diuisionem extrahens, ait, differentiarum aliæ alteratū faciunt aliæ aliud: & subdit tria in quibus inter se prædictæ diuisionis membra discrepant. Primum est, ꝙ facientes alterum differentiæ vocantur simpliciter, facientes vero aliud, differentiæ specificæ dicuntur. Secundum est ꝙ facientes aliud diuidunt genera non autem facientes alterum. Tertium est ꝙ facientes aliud sunt illæ, ex quibus cum genere fit diffinitio facientes autem alterum diffinitiones non ingrediuntur, sed permutationes & alterationes secundum eas fiunt: alterationes quidem, sicut aqua frigida postmodum per calefactionem differt a se, & ab altera frigida, & econuerso. permutationes vero, sicut, cum aliquis mutatur secundū differentias positionis, vt qui sedebat stat, vel de vno loco transit ad alium, vel secundum quascunq; alias prædicamentales denominationes variatur.

Circa hanc partem duæ terminorum combinationes declarandæ occurrunt, s. ly alterum, seu alteratū, & aliud. Ly facere alterum & facere aliud. Aliud, cum sit relatiuum diuersitatis substātiæ nihil aliud sonat in propositio nisi diuersitatem substantialem seu quidditatiuam. Alterum vero, quia relatiuū diuersitatis accidētis apud pħos est, quod multifariam sumi potest dupliciter in proposito accipi potest. Primo vt sonat diuersitatem in cōi, quæ ob suā abstractionem ab imperfectiori nomen sumat, & alteritas dicatur. Secundo vt sonat diuersitatem accidentalem, quæ proprio nomine alteritas vocetur. Facere alterum, & similiter facere aliud dupliciter intelligi in proposito potest. Vno modo formaliter, sicut albedo facit album formaliter. Alio mō virtualiter, sicut albedo facit disgregationem visus, quia ad ipsam sequitr naturaliter talis ꝓprietas &c Duplex ergo sensus verborū Porphyrij esse pōt. Primus est, ꝙ loquatur de alteritate, i. diuersitate in cōi: & de facere alterum & aliud formaliter: & tunc est sententia valde clara, ꝙ oīs dr̄ia facit alteritatē, i. diuersitatem aliquā, aliter dr̄ia non esset, sed dr̄iæ cōiter & ꝓprie faciunt tm̄ alteritatem, i. diuersitatem aliquā, non tn̄ talē, quæ mereatur aliud nomen spāle, qm̄ vere non nisi alteritatem faciunt. Differentia vero magis propria aliud facit i. diuersitatem nō qualēcūq;, sed potissimam, quā (ly aliud) significat, ita ꝙ ly aliud iportat duo, s. diuersitatem sub̄alem: & rōne ly diuersitatem, dē facere alteritatem, ratione ly sub̄alem dicitur facere non solum alterum, sed aliud. & iuxta hunc sensum clarū est, ꝙ dr̄ia magis ꝓpria facit & alterum & aliud formaliter. Alter aūt sensus est, ꝙ loquatr de alteritate, i. diuersitate accñtali. & de facere alterum & aliud formaliter vel virtualiter. et iuxta hūc sensum clara quoq; sententia est, ꝙ oīs dr̄ia alteritatem, i. diuersitatem accidentalem facit, licet dissimiliter, qa dr̄iæ cōmuniter & ꝓprie faciunt eam formaliter, magis propria autem facit eam virtualiter, vt dicetur. Sed dr̄iæ cōiter & proprie alteritatem. i. diuersitatem accñtalem tm̄ faciunt, dr̄ia aūt magis proprie dicit aliud, qa facit formaliter diuersitatem sub̄alem, dū distinguit specifice speciē a se constituram ab alia, & facit alterum, quia facit virtualiter diuersitatē accñtalem, qm̄ ex differentijs essentialibus specierum fluunt passiones & ꝓprietates, scd̄m quas fit diuersitas accidentalis. Aduerte aūt hic diligenter, ꝙ multū refert dicere, facit aliud, & dicere infert aliud sicut nō parua dr̄ia est inter facere & inferre. Inferre siquidem diuersitatē substancialem potest effectus eius, facere aūt illam nō potest: & ideo dr̄ia ꝓprie, licet qñq; inferat dr̄iam magis propriam, & cōsequenter inferat aliud, i. diuersitatē substantialem, quia quæ differunt in passionibus proprijs, differunt etiam specificis differentijs sicut differentia secundum rudibile & risibile infert differentiam secundū irrōnale & rōnale, nō tñ ꝓpter hoc sequitr, ꝙ differentia ꝓprie faciat aliud: qm̄ infert aliud a posteriori, vt eius effectus, & non facit econuerso vero differentia magis proprie & facit & infert alteritatem, i. diuersitatem accidentalem, quia causat illam & concludit eandem.

Qualis sit differentiarū diuisio.

Circa supradicta aduertendum est ꝙ dr̄ia, sicut potest accipi dupłr, s. formaliter. & materialiter. ita potest diuidi dupłr: & cōsequenter harū diuisionū duplex sensus eē pōt. Primus est, ꝙ dr̄ia diuidatr mālr, i. in res, q̄ denominantr dr̄iæ: ita ꝙ istæ diuisiones sint rerū diuisiones, & altera res dr̄ia cōiter altera ꝓprie, altera magis ꝓprie: & simlr altera res dr̄ia faciens alterū tm̄, & altera res dr̄ia faciēs aliud: & iste sensus oīno est erroneus, qm̄ vnamet res relata ad diuersa, denoīatur oībus istis denoīationibus. v g. cōgregatiuū visus est dr̄ia cōiter respectu ligni lapidis & similiū: qbus nigredo inest vt accñs separabile: & est dr̄ia ꝓprie respectu corui & carbonis, qbus nigredo inest vt accñs inseparabile: & est dr̄ia magis ꝓprie respectu ipsius nigredinis, quā in specie cōstituit: & facit aliud inter nigredinē & albedinē, & facit alterū tm̄ lignum a lapide: non ergo est diuisio rerū. Secundus sensus est, qd̄ dr̄ia sumatur formalr, & diuidatr in intētiones, ita ꝙ sit diuisio intentionū dr̄ialiū, & hic est sensus verus & dignus peripateticis qm̄ sermonem formalem explanat. Distinguuntr. n. intentiones dr̄iæ vel scd̄m modos, qbus vnū ab alio differre cōtingit et sic qa tales modi sunt tres, qm̄ res aut dr̄nt p eēntialia, aut p ꝓprietates, aut p accñtalia, & vnamet res huic est essentialis, illi est ꝓprietas, alij vero accñs Ideo primo dr̄ia distincta est in tres intentiones, s. cōiter, ꝓprie & magis ꝓprie: vel scd̄m suos effectus, & sic, qa tales sunt duo qm̄ aut ē alteritas, aut alietas: & simlr, qa vnamet res in hoc facit alietatē, & in illo alteritatē: ideo data est scd̄a diuisio dr̄iarū vel scd̄m cōnexionē cū his, quorum dr̄iæ dn̄e: & sic qa cōnexio vel est solubilis, vel in solubilis, dabitr tertia diuisio bimēbris quoq;: & diuidentr dr̄iæ in separabiles & in inseparabiles in oībus n. his diuisionibus rerū diuisio nunq; fit, sed intentionū, diuersimode tñ. qm̄ prima fundatr supra diuersum modū, quo res denoīata dr̄ia inest alicui, scd̄a supra diuersum effectū in diuersis, tertia supra diuersam cōnexionē cū diuersis: & qm̄ loquendum est formaliter, si peripatetici esse volumus ideo simplr asserēdū est, ꝙ dr̄ia ꝓprie nō est dr̄ia magis ꝓprie, neq; cōiter neq; econuerso, & simlr faciens aliud nō est faciens alterum tm̄ neq; ecōuerso: & simlr separabilis nō est in separabilis, neq; econuerso, licet vna res oībus istis denoīationibus subiaceat Potest aūt cōtra hanc determinationem obijci, quia impossē est vnū & idē differre ab vno vel pluribus cōiter ꝓprie, & magis ꝓprie per eandē eē: qm̄ impossē est ꝙ eadē res alicui vni sit eēntialis, & proprietas, & accñs. Videtur ergo, ꝙ diuisio prima dr̄iæ non sit tm̄ intentionū, sed rerū: & simlr pōt argui de. 2. & . 3. qm̄ impossē est vnū et idē ab eadē eē habere alietatē & alteritatē tm̄, & esse separabile & inseparabile ab illa &c. Et cōfirmatr, quia qua rōne dē, ꝙ ista est diuisio intentionū, ꝓpterea quia una res potest oēs istas suscipere denoīationes in ordine ad plura, eadem rōne dici dēt, ꝙ est ēt diuisio rerū, ꝓpterea qa in ordine ad vnū, non pōt res vna suscipere oēs istas denoīationes, sed oportet esse plures res substractas denoīationibus talibus: quæ. n maior rō ibi q̄ hic est. &c. Huic obiectioni satisfit dicendo, ꝙ, qa dr̄ia diuiditr absolute, & non in ordine ad vnū vel plura. & absolute loquēdo oīa mēbra harū diuisionū adunantr in vna re, & nō in vna intentione, ideo nulla earū est diuisio rerū. Ad confirmationē vero dicitr, ꝙ nō est par rō vtriusq; partis: qm̄, cū hic sint duo. s. res differens, puta hō differēs a leone, & res qua differt, q̄ dr̄ia denoīatur puta rationale, vel risibile, vel albedo &c. qñ dr̄ia absolute diuiditr nō est respicienda rei differentis vnitas vel pluralitas, qm̄ hæc differentia a longe respiciuntur: sed attendendū est potius rei, quæ dr̄ia nominatur, quot modis actū differēdi habeat, quot effectus quō connexa &c. Vnde diuisiones istæ, vt dictum est, nō supra vnitatē vel pluralitatē rei differentis fundantur, vt obiectio supponit, sed supra diuersos modos differēdi & effectus & connexiones. & quoniam omnium horū diuersitas (absolute loquendo) ab vna fluit re, quæ differentia denoīatur, ideo rerū diuisio nō est ꝗuis si nō absolu

te, sed in ordine ad hoc, puta vnū quid dr̄iam secare voluerimus: diuisionū rerum necessario oporteat fieri &c.

Differentia facientes aliud, & facientes alterū quo dr̄ significatur.

Circa primā dr̄iam assignatam in textu inter membra huius secundæ diuisionis, notandū est, q̄ dr̄ia faciēs aliud ideo differentia specifica vocatur, q̄a speciem constituit, & specifice distinguit eā ab alijs. Differentia vero faciens alterum, non ideo simpliciter dr̄ia dicitur, quia faciat differre simplr̄. qm̄ hoc est falsum, quia nō facit differre nisi scd̄m quid, sed ideo dr̄ia simplr̄ dr̄, quia non facit simplr̄ & cōplete differre. Intelligendū. n. est, q̄ cū in textu dicit̄, q̄ faciens alterū simpliciter dr̄ia dicitur, nō est sensus, q̄ dr̄ia faciens alterū habeat ꝓ noīe totū hoc, s. dr̄ia simplr̄, sed est sensus, q̄ habeat pro noīe hoc, s. dr̄ia, absq; aliqua alia prīfectiua additione, ly enim simpliciter, idem sonat quod absq; additione aliqua. Differētia ergo faciens aliud in hoc discrepare dicitur a faciente alterum, quia faciens aliud spāle nomen habet, & vocat̄ dr̄ia specifica, faciens vero alterum cōe nomen retinet absq; additione.

An differētia faciens aliud vocetur differētia simpliciter.

Sed accidit hic nō immerito dubiū qm̄, quādo sunt duo cōtenta sub aliquo cōi & vnum, eorū sortitur nomen illius cōis absq; additione, & alterum cū additione, id qd̄ sortitur illud sine additione sapit nobilius rationem illius noīs, vt patet de subā & accidēte respectu entis subā n. ideo ens absq; additione dr̄, accidens vero non nisi cū additione dicitur ens s̄m quid, quia subā perfectius est ens q̄ accidens. In ꝓposito autē clarū est, q̄ dr̄ia faciens alterū non habet perfectius dr̄iæ rōnem, q̄ dr̄ia faciens aliud imo est econuerso. q̄a perfectius differre facit dr̄ia faciens aliud q̄ faciens alterum tm̄: non ergo recte dixisse videt̄ Porphyrius afferendo differentiam facientem alterū dici differentiam simpliciter &c.

Ad euidentiam huius est sciendū, q̄ suscipere aliqd̄ nomen sine additione aliqua oritur nō ex vna tm̄ causa, sed pluribus. Qn̄q;. n. hoc orit̄ ex pfectione, quia s. illius nominis rō perfecte seruat̄ in illo & nō in alijs. sicut Sortes dr̄ hō absq; additione, Sortes vero pictus nō dr̄ hō, sed hō pictus, & hoc mō substantia dicitur ens sine additione accn̄s vero cū additione s̄m quid. Sed ex hac radice non pullulauit in dr̄ia faciente alterū, dr̄iæ nomen simplr̄, i. sine additione, vt rō adducta ꝓbauit. Qn̄q; aūt hoc oritur ex imperfectione, quia, s. illud contentū adeo modicā pfectionē addit respectu alterius mēbri, vt nō mereatur hr̄e speciale nomen, sed cōe retineat, quasi nihil adderet, sicut bruta absq; additione dicere consueuimus aīalia, homini aūt iniuriam fieri estimamus, si aīal simplr̄ vocaret̄. Et ex hac ꝓdicti radice, q̄ dr̄ia faciens alterū a Porphyrio dr̄ia simplr̄ vocaret̄, quasi nihil amplius dignitatis haberet, q̄ qd̄ differre faciat, dr̄ia vero faciens aliud dr̄ia specifica vocata est, qm̄ perfectius differre non inuenitur q̄ specifice, & ꝓpterea nomen sibi singulare vendicauit.

A superioribus rursus incboanti, dicendum est differentiarū alias quidem esse separabiles, alias uero inseparabiles. moueri enim & quiescere, & sanum esse & ægrum, & quecunque his proxima sunt, separabilia sunt. at uero aquilinum esse, uel simū uel rationale uel irrationale inseparabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ uero per accidens, nam rationale p se inest homini, & mortale, & disciplinæ esse susceptibile: at uero aquilinum esse uel simum per accidens & non per se. Illæ igitur, quæ per se sunt, in ratione substantiæ accipiuntur & faciunt aliud, illæ, quæ secundum accidens, nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud sed alteratum. Et illæ quidem, quæ per se sunt, non suscipiunt magis & minus, illæ uero, quæ per accidens, & si inseparabiles sint, intensionem accipiūt & remissionem: Nam neque genus magis & minus prædicatur de eo cuius est genus, neque generis differentiæ, secundum quas diuiditur: ipsæ enim sunt, quæ uniuscuiusq; rationem complent: esse autem uniuscuiusq; unum & idem est, nec intensionem nec remissionem suscipiēs est: aquilinum autem uel simum uel coloratum aliquo modo intenditur & remittitur.

Hic secundo dr̄iarum scdam diuisionem affert cū subdiuisione, & triplici dr̄ia inter mēbra subdiuisionis. Diuisio est, dr̄iarum, aliæ sunt separabiles, aliæ inseparabiles. Subdiuisio est, dr̄iarum inseparabilium, aliæ sunt per se, aliæ p accn̄s. Triū aūt dr̄iarum inter mēbra subdiuisionis huius prima est, q̄ dr̄iæ per se accipiunt̄ in rōne substātiæ. i. ingrediunt̄ diffōnem subālem eei dr̄iæ vero per accn̄s manent extra. Scd̄a est q̄ dr̄iæ per se faciunt aliud, dr̄iæ vero p accn̄s faciunt alterum. Tertia est, q̄ dr̄iæ per se nō suscipiunt magis & minus, dr̄iæ per accidens suscipiunt magis & minus, seu intensionem & remissionem quod idem est. Probat autē hanc tertiam disparitatem quo ad vtrāq; partē. & primo quo ad primā innuens duas rationes ad hoc, prima est. quia genus non prædicat̄ magis & minus de eo cuius est genus. & silr̄ dr̄iæ generis diuisiuæ nō debent magis & minus prædicari de eis quorum sunt dr̄iæ. & tenet silr̄ rudo cū sequela ex eo q̄ vtrūq; est prædicatū subāle. 2. est, quia id qd̄ cōplet rei rōnem intensionem & remissionē non recipit. ꝓbat̄: quia tale cōplet esse quidditatiuū rei qd̄ oīno vnum est, non suscipiens intensionē nec remissionē: differentiæ autem per se sunt, quæ vniuscuiusq; rationem complent, ergo &c.

Circa subdiuisionē notandū est. q̄ dr̄ia potest dici per se & silr̄ per accidens duplici respectu. Potest quidem dici per se, vt respicit genus qd̄ diuidit, et vt respicit spēm quā cōstituit. Et siquidē dicatur ideo per se, quia respicit per se spēm. oportet accipere ly per se strictius, vt Albertus dicit. q̄ accipiatur in lib. 1. Poste. qm̄ ibi vocatur respicere spēm per se tam p̄dicatum quidditatiuum q̄ propriū hic vero differentia quæ fundatur supra ꝓprio per accn̄s dr̄ — *Tex. c. 9.*

accipitur ergo hic per se, vt idem est quod essentialiter, & per accn̄s vt sonat id quod extra essentiam rei est: ita q̄ sensus est, differētiarum inseparabilium quædā sunt essentiales his, quorū sunt differentiæ. quædā vero sunt extra essentias eorum, quæ differre faciunt. Si autem differentia ideo dicatur per se, quia genus per se respicit alius sensus est. & ly per se alio mō accipere oportet. Differētia. n. iuxta hunc sensum non ideo dicitur per se, quia p se prædicetur de genere, aut q̄a essentialis sit generi: sed q̄a per se diuidit ipsum genus &c genus enim, puta animal pōt diuidi differentijs per accidens, vt si diuidatur animal per nauigatiuum & volatiuum, aut per masculinū & femininum & hmōi quæ sunt aīalium accn̄tia. Et potest diuidi differentijs per se, vt si diuidat̄ animal in rōnale & irrōnale, quæ sunt aīalium non ꝓprietates, nec accidentia, sed principia formalia. Nec parui refert qualibus genus differentijs diuidatur per se an per accn̄s. absq; differentijs. n. per se nec diffōnes, nec scientiæ rerū haberi pn̄t: & multi errores eueniunt. quia non discernitur qn̄ aliquid diuidit̄ an per se dr̄iæ sint sumptæ, an per accidens &c. Quid autem exigat̄ ad hoc qd̄ dr̄iæ sint per se dr̄iæ alicuius gn̄is altioris est negocij: in. 10. nāq; meta. tractanda potius est res hæc. Sat sit in hoc loco nosse q̄ differentiæ per se, de quibus Porphyrius loquitur, vtrāq; perseitatem habere debent, & respectu s. generis, & speciei. Verum ne nouitij turbent̄, attēdendū ē, q̄ licet pseitas dr̄iarū & genus & spēm respiciat, inseparabilitas tn̄ solam speciem attingit, vn̄ sensus subdiuisionis ē dr̄iarū inseparabiliū ab his q̄ differre faciunt, aliæ sunt p se, aliæ sunt per accidens.

Circa tertiā dr̄iam assignatā in textu inter differentias per se, & per accidens, duo notāda sunt. Primum est sensus illius. Sensus aūt orationis, quia ex terminis dependet a terminis inchoandū est. Suscipere magis & minus nihil aliud sonat pro nunc q̄ rē illam, quæ dicit̄ suscipere magis & minus. magis & minus participari vel ab eodem in diuersis tpibus, vel a diuersis simul, uel successiue, sicut calor suscipit magis & minus; quia eadem aqua modo est minus calida. mō magis, & ista aqua est magis calida quam illa &c Differentia per se, vt superius dictum fuit, potest accipi dupliciter. Vno modo pro re, quæ est dr̄ia: & sic, cum talis res sit etiā dr̄ia per accidens, de ea verificabitur, & q̄ suscipit magis & minus, & consequenter in hoc loco non est sermo de differentia ꝓ re absolute. Alio modo accipitur pro re induit intentionem differentiæ p se, & sic de ea est hic sermo: & de ipsa verificet̄ sermone — *In hoc ca.*

formali

formali, quod nõ suscipit magis & minus. Ad hoc enim, quod differentia per se non suscipiat magis & minus, non exigitur, quod res illa careat intensione & remissione. sed requiritur & sufficit, quod res illa inquantum est differentia per se, non suscipiat magis & minus. &, quoniam res in illa non denominatur per se differentia (nisi in ordine ad speciem, quam constituit, & genus quod diuiditur) consequens est, quod ideo differentia per se non suscipit magis & minus: quia actum differentiæ.s.constituere speciem, & diuidere genus non exercet cum magis & minus, ita quod modo magis modo minus constituat aut diuidat aut distinguat ab aliis &c. Cuius fundamentum est, quia res denominata differentia per se, ei respectu cuius dicitur per se differentia, non inest secundum magis & minus cuius signum est: quia non prædicatur differentia de genere aut specie cum magis & minus. Differentia vero per accidens, ideo dicitur suscipere magis & minus, quia eum magis & minus cõmunicatur his quorum est differentia per accidens. Nec equali sorte accidisse credas differentiæ per se non suscipere magis & minus, & differentiæ per accidens suscipere: qm̃ differentia per se vendicat sibi hoc necessario, & vniuersaliter. necesse est siquidẽ, vt dicetur, constitutiuum speciei vt sic carere latitudine: differentia vera per accidens non vendicat sibi necessario suscipere magis & minus, sed ꝑmissiue & particulariter. Ex eo enim quod aliquid est differentia per accidens non prohibetur suscipere magis & minus: & in multis hoc seruatur, puta in differentiis secundũ calidum & frigidum, album & nigrum, simum aquilinum &c. non autem in omnibus, vt patet in differentiis secundum numeralia accidentia, duo.s.& tria &c. patet ergo ex dictis sensus differentię huius: & consistit in hoc, ꝙ differentia per se, vt sic, caret necessario magis & minus, differentia autem per accidens, vt sic, non prohibetur suscipere magis & minus. Secundum autem notãdum est ratio secunda in textu ad hoc adducta, oportet siquidem & hic aduertere, ꝙ eius termini formaliter intellecti perspicuam illã reddunt. consistit nãque in hoc, ꝙ, quia esse quidditatiuum rei, vt sic, consistit in indiuisibili, quoniam species rerum, vt dicitur
T. c. 10. in. 8.metaphy. sunt sicut numeri, quibus non potest adeo parum auferri aut addi, quin varietur species: quia sic inquam esse quidditatiuum consistit in indiuisibili, oportet quod careat magis & minus: quoniam magis & minus latitudinem & diuisibilitatem supponunt in re suscipiẽte illa: si autem sic est, oportet vlterius, quod differentia constitutiua et completiua ipsius esse quidditatiui consistat in indiuisibili, aliter constitutiuum essentiale haberet latitudinem & constitutum non. ꝙ est impossibile. ex ꝑprio ergo effectu ipsius per se differentiæ declarauit subtiliter Porphyrius, ꝙ ipsa non suscipit magis et minus. hæc aũt, quoniam mediocriter coniectantes tangemus, alibi diffusius discutienda relinquamus &c.

Cum igitur tres species differentiæ considerentur: & cum hæ quidem sint separabiles, illæ uero inseparabiles. Et rursus inseparabilium, hæ quidem sint per se, illæ uero per accidens. Rursus earum, quæ per se sunt differentiarum, aliæ quidem sunt, secundum quas diuidimus genera in species, aliæ uero secundum quas ea, quæ diuisa sunt specificantur. ut cum per se differentiæ omnes huiusmodi sint animati & inanimati, sensibilis & insensibilis, rationalis & irrationalis, mortalis & immortalis. Ea quidem, quæ animati & sensibilis differentia constitutiua est animalis substantiæ: est enim animal substantia animata sensibilis. ea uero, quæ est mortalis & immortalis differentia, & rationalis & irrationalis diuisiuæ sunt animalis differentiæ: per eas enim genera in species diuidimus. Sed hæ quidem, quæ diuisiuæ sunt differentiæ generum, completiuæ sunt specierum: diuiditur enim animal rationali & irrationali differentia, & rursus mortali & immortali differentia: sed ea, quæ est rationalis differentia & mortalis constitutiuæ sunt hominis, rationalis uero & immortalis Dei. Illæ uero, quæ sunt irrationalis & mortalis irrationabilium animalium. sic etiam suprema substantia cum diuisa sit animati & inanimati differentia, sensibili & insensibili, animata & sensibilis congregatæ ad substantiam animal perfecerunt. Quoniam ergo eædem alio modo acceptæ sunt constitutiuæ, aliquo modo autem diuisiuæ omnes specificæ dicuntur, & his maxime opus est ad diuisiones generum & diffinitiones specierum: sed non his, quæ secundum accidens inseparabiles, nec magis his, quæ sunt separabiles.

Hic tertio vt compleat diuisionem immediate acceptam: reassumit eam cum subdiuisione, & subdiuidit alterum membrum subdiuisionis .s. differentias per se, declarat quæ membra vltimæ subdiuisionis, tota ergo diuisio est. Differentiarum aliæ separabiles aliæ inseparabiles. Inseparabilium alię per se aliæ per accidens. Per se, alię diuisiue generum, aliæ constitutiue specierum, quæ per generis diuisionem acceptæ sunt, declaratio huius vltimæ diuisionis ante oculos ponit prædicamentalem arborem supra pictam vt inspiciantur differentiæ quæ in vtroque posite sunt latere. hac autem arbore præsentata, prima declarationem aggreditur. antequam aduertendum est, quod membra huius subdiuisionis. s. differentiarum per se, aliæ sunt diuisiue, alię constitutiue, dupliciter sumi possunt. Vno modo absolute, & sic ista subdiuisio nec est diuisio rerum, nec differentiarum proprie loquendo, sed potius actuum ipsius differentia, vna enim met res & vnica differentia, vt dicet ipse Porphyrius, est diuisiua & constitutiua, quia habet vtrũque actum respectu diuersorum. Alio modo possunt sumi in ordine ad aliquod vnum subalternum, & sic est diuisio differentiarum & rerum, eo modo quo alia res est differentia inferiori a superiori, quoniam aliæ sunt differentiæ diuisiue animalis, & aliæ sunt differentiæ cõstitutiue eiusdem. Ille enim sunt inferiores animali. istæ vero sunt eo superiores, vt patet in arbore. Quia sic ergo dupliciter intelligi potest distinctio inter huius subdiuisionis membra. Porphyrius primo declarat quomodo sint aliæ differẽtiæ diuisiue a constitutiuis, sumẽdo eas in ordine ad aliquod subalternum. & in obiecta arbore ostendit, qđ respectu animalis aliæ sunt differentiæ cõstitutiue & aliæ diuisiue, quoniam constitutiue animalis sunt, animatum & sensibile, diuisiue vero rationale & mortale. Secũdo declarat quomodo sint aliæ differentiæ diuisiue a cõstitutiuis. absolute loquendo de eis, & ostendit in eadẽ arbore quod non sunt aliæ differentiæ cõstitutiue a diuisiuis, sed eædem sunt diuisiue superioris generis & constitutiue inferiorum specierum. Declarat autem hoc, primo in illis differentiis quas diuisiuas tantum animalis, dixerat, ostendendo qđ illę etiam constitutiue sunt, nõ animalis, sed specierum, eius deinde in illis quas constitutiuas tantum animalis dixerat, ostendendo eas esse supreme substantiæ diuisiuas, constitutiuas vero specierum subalternarum eius. Et sic completa declaratione. tertio declarat mẽbra huius diuisionis a nomine eorum dicens, quod istæ sunt differentiæ illæ quæ specifice vocantur, de quibus superius meminimus. quarto declarat eorum vtilitatem dicẽs, quod talibus differentiis opus est, cum diuidere genera, & cum diffinire volumus species, & propterea cæteris relictis, de istis tractandum est &c. Nota hic quod licet ista vltima subdiuisio absolute non sit diuisio rerum sicut nec aliæ diuisiones supra positæ, ista tamen sola peculiari quadam sorte obtinuit, vt ab aliis explanata sit, quod sit diuisio differentiæ secundum diuersos actus, & non secundum diuersas res. Hoc autem non ideo accidisse putandum est, quia latuerint tot ingenia aliæ supradictæ diuisiones, sed quia cæteræ diuisiones, & si non rerum, saltem differentiarum diuisiones erant. alia enim differẽtia est quæ separabilis est, & alia quæ inseparabilis & sic de aliis, quoniam alio & alio modo differre faciunt, vt dictum est superius. hæc vero sub diuisio neque etiam differentiarum diuisio est, quoniam vnica res vnica intẽtione differentiæ duo simul operatur, diuisionem scilicet generis & constitutionem

speciei, ostenditur autem vnica intentio differentiæ, & ex eo ꝙ differentia eodem modo facit differre speciem & genus, quoniam eque distinguit vtrũque specificæ.ſ. rationale.n. non solum hominẽ ab asino differre facit specificæ, sed etiam animal in homine specifice distinguit ab animali in asino (vt in decimo metaphy. habetur) & ex eo quod non qualicũque simulate illos duos actus in se venit, sed tali & tanta vt vnus alterius ratio sit, & alter sine altero fieri nequeat.
T. cõ 24.

Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est qua abundat species a genere: homo.n. ab animali plures habet rationale & mortale, animal.n. ipsum nihil horum est.

Hæc est tertia pars huius capituli, in qua differẽtiæ quę vnum est quinque prædicabiliũ.i. differentię per se, quinque diffinitiones assignantur iuxta numerũ suarũ ꝓprietatum seu operationũ. quæ suis locis patebunt. Ponit aũt primo diffinitionem primã, & deinde dubitationem quãdam mouet. Determinant ergo diffiniẽdo differentiã peripatetici primo sic, differentia est qua spẽs abundat a genere. Vbi nota ꝙ ly qua, nõ solum denotat illud plus ꝙ habet species, & quo caret genus esse differẽtiã. sed etiam denotat differentiam esse cãm, quare species plus habeat in se q̃ genus. Vnde sensus diffinitionis est, differentia est qua & vt causa abundãtiæ, & vt re abundante vel redũdante species abundat a gñe. vtroq; n. modo species abũdant a genere per drĩam & non altero tantum, qm̃ species nihil includit quo careat genus nisi drĩam, & ꝓxima causa ꝙ species plus includat q̃ genus, est ipsa differentia quæ ex natura sua habet ꝙ extra genus sit & spẽm ingrediatur. Abundare aũt licet distingui possit in abũdare in potentia & in actu, & genus abũdantia potentiali a qualibet specie abundet, species aũt abundantia actuali a genere abundet. quia tñ abundare in potẽtia non est abundare, sicut nec diues in potẽtia, est diues, ideo absq; distinctione dictum est ꝙ spẽs abundat a genere, quia actualr plus habet in se q̃ genus in se actualiter habeat, species.n. habet in se actu differentiam, q̃ genus actu non habeat, vt patet in exemplis textus &c.

Nam unde habet species differentias? nec.n. oppositas habet, nãq; in eodem simul non habet oppositas sed quẽadmodum probant potestate quidem habet omnes differentias sub se, actu uero nullam, ac sic nec ex his quæ non sunt aliquid fit, nec in eodem simul habebit opposita.

Hic dubitat. quia dixerat drĩam haberi a specie & propterea abundare a gñe, dubitatio nõ exprimitur in textu integre, sed in rñsione insinuatur. Et quia soluere nescit,
T. cõ 1.
qui nescit nondum (vt dr̃ in tertio metaph.) ideo proponenda est ista dubitatio. Quæritur si species abundat a genere differentia, vnde habet species differentias, aut a genere, aut a nullo, nam ante differẽtias nihil est nisi genus, non a genere, qm̃ cum nihil det quod non habet, sequeretur ꝙ genus haberet omnes suas differẽtias quibus diuiditur, cum non sit maior rõ de vna q̃ de altera, & cum tales differentiæ sint oppositæ, sequetur quod idẽ simul habebit opposita, quod videtur impossibile, licet n. vnum & idem successiue habere opposita videamus (dum aliquid prius frigidum fit calidum) simul tñ habere opposita impossibile omnino censetur. Si aũt species habere dicantur differentias a nullo, sequetur ꝙ ex nihilo fiet aliquid hoc autem est contra omnes phõs dicentes, qđ ex nihilo nihil fit. Huius dubitationis primam partẽ. Porphyrius ponit, & statim subdit solutionem quæstionis, dicens. Sed quemadmodum probant &c. & consistit rñsio in hoc, ꝙ species habent differentias a genere habente differentias in se non actu sed potestate, & hoc sufficit, quoniam sic euitamus vtrũq; inconueniens, in quæstione adductum, quia nec dicimus, differentias venire ex nihilo, sed oriri ex genere, nec dicimus in eodem esse opposita, quoniam opposita esse in potentia in eodem, non est opposita esse in eodem, sicut nec hominem esse calidum in potentia est hominem esse calidum.
Primo phy. T. c. 33.

Circa ea quæ hinc dicũtur triplex dubium est quomodo .ſ. genus non habeat differẽtias actu, & quomodo habeat potestate, & qũa potestate illas habeat. Ratio primæ dubitationis est, quia videmus qđ genus actu simul habet differentias oppositas, animal enim genus actualiter & simul est rationale & irrationale, quoniam actualiter est simul coniunctum homini & brutu. Nec põt subterfugi dicendo ꝙ non est idem aĩal ꝙ est rationale & irrationale, quoniam Porphyrius in textu nõ solum reputat inconueniens, idem numero habere actu duo opposita simul sed etiam idem genus vt patet. Constat aũt qđ animal vnum & idem genus existens actualiter & simul est rationale & irrationale. Ad hoc breuiter dicitur ꝙ habere duo opposita simul in actu, contingit duplr.ſ. per modum coniunctionis, & per modum inclusionis. Per modum coniunctionis opposita haberi dico, quãdo opposita coniunguntur alicui sicut accñtia subiecto, vel formæ materiæ, vel quouis alio modo quæcũq; extra naturam alicuius, illud per modum informationis determinant, & hoc modo opposita non posse esse in eodẽ actu & simul intelligendum est in eodem numero tantum, quoniã impossibile est vt vnum & idem numero sit simul calidum & frigidum &c. Idem aũt specie aut genere possibile est hoc modo suscipere simul cõtraria, vt ratio adducta probat. Per modum autem inclusionis tunc haberi dico opposita, qñ opposita includuntur in rõne illius: & hoc mõ impossibile est idem siue numero siue specie siue genere, includere actu simul duo opposita, quoniam vnum destruit reliquum & non se compatiuntur in vna natura, & iuxta hunc sensum est dictũ a Porphyrio, ꝙ genus non habet actu differentias eius diuisiuas, quoniam eas nõ includit in sua ratione. Species autẽ actu eas continet, quia singularum diffinitiones singulæ ingrediuntur. & ꝑ hæc patet responsio ad obiectum, quoniam primum sensum impugnat quem nõ approbamus. Secundum autem & tertium dubium quoniã metaphysicali egent speculatione, indiscussa relinquantur, satq; sit scire nunc, qđ genus ideo potestate dicitur continere differẽtias, quia differentiæ ex eo nascuntur, nõ ita qđ in eo prius latitantes prodeant, sed sic vt inchoatæ in ipsa forma generica indistinctæ ad ꝓprias actualitates distinctæ & perfectæ sortiendas ex eo originem trahant, ꝓpter ꝙ genus principium suarum specierum (dictum est) sicq; potestas hæc gñis ad actum reducitur, vt differentiarum oium & singularum quæ potestate in gñe cõtinentur, comes indiuiduis actualiter & simul ipsum genus efficiatur.
Supra cõ. p. 1.

Diffiniunt aũt & hoc modo, Differentia est, quæ de pluribus differentibus specie in eo q. quale sit prædicatur. risibile.n. & mortale de homine prædicatum, in eo q. quale est homo dicitur, sed non in eo q. quid est. quid est homo interrogatis nobis, conueniens est dicere, animal, quale aũt inquisiti, quoniam rationale & mortale conuenienter assignabimus. Rebus n. ex materia & forma constantibus, uel ad similitudinem proportionemq; materiæ et formæ constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est æris. forma autem figura, sic & homo communis & specialis, ex materia quidem similiter proportionabiliter consistit ex genere, ex forma autẽ differentia, totum autem hoc, scilicet rationale mortale homo est, quẽadmodum illic statua.
Alia differentiæ diffinitio.

Declarata iam differentia inquantum a gñe in speciem deriuatur, per primam diffinitionẽ, secundam ponit diffinitionem, in qua declaratur differẽtia inquantum prædicabile est distinctũ ab aliis quatuor. Vnde diffiniuisse ait peripatetico differentiam etiam sic Differentia est ꝙ prædicatur de pluribus differẽtibus specie in eo quod quale, & statim declarat vltimam particulam.ſ in eo quod quale dupliciter, Primo ex notis interrogationũ, quoniam, quærentibus quid est homo, respondemus gñis nomen puta animal ac per hoc aĩal prædicatur in quid, quærentibus autem deinde quale aĩal est. respondemus differẽtię nomine, puta rõnale. & sic differẽtia prædicatur in quale, quia respondetur interrogãtibus quale. secundo declarat

hoc rõne

hoc rõne tali, qñ aliquid constituitur ex duobus. materia .f. & forma, vel se hñtibus sicut mã & forma, id q̃ se habet vt forma, prædicatur in quale, spẽs cõstituitur ex genere & differentia: ita q̃ genus se habet vt materia: et differentia vt forma. ergo differentia prædicaẽ in quale &c. Minorem declarat exẽplo in artificialibus nobis notioribus, quẽadmodum.n. statua Cęsaris est qd compositum ex ere & figura Cęsaris, ita q̃ es est materia statue. figura vero Cęsaris est forma, & statua est totum cõpositum ex ere & figura, sic homo (nõ hic vel ille, sed cõis) qui denominatur species, est quid cõpositum ex aĩali tanq̃ materia, & rõnali tanq̃ forma Maior aũt non declaraẽ in textu, nec aliæ particulæ diffinitionis assignate, oportet ergo hęc oia ordinate facere, incipiẽdo a prioribus particulis.

Occurrit aũt primo antiquum dubium circa illã particulam. pluribus differẽtibus speciæ Qm̃ differentia vltima ẽm veritatem conuertibilis est cũ specie spãlissima, & consequenter non p̃dicatur de pluribus differẽtibus spẽ, sed vna sola spẽ, & sic ista diffinitio non cõuenit omni cõtento sub diffinito. Hãc dubitationem licet multipl'r diuersi se soluere credãt vt diffuse Albertus recitat. Duæ tñ solutiones mihi dignæ visæ sunt vt in mediũ adducãtur. Primã est qd' quia differẽtiæ vltimæ sunt nobis ignotæ, eas differentias diffinierũt peripatetici quas habemus, & quibus vtimur in diffinierũt, tales autem sunt (vti secun- [f. com. 17.] do posteriorum dicitur) quæ in plus se habent q̃ species. Non ergo ideo diffiniendo differẽtiam, dicitur q̃ prædicatur de pluribus differentibus spẽ, quia omnis differẽtia sit talis, sed quia omnis differẽtia nobis nota prædicatur de pluribus differentibus spẽ. Nec obstat si de nouo cognosceretẽ aliqua differentia vltima, qm̃ q̃ in pluribus inuenitur logica pbabilitate sunt intuiti: hæc rñsio, licet ab Alberto ridiculosa iudicetur, ppterea quia nõ saluat diffinitionem conuenire omni cõtento sub diffinito, & quia oppositum istius diffinitionis cõuincitur conuenire alicui contento sub diffinito. i. differẽtiæ vltimæ. quia nõ de pluribus sed de vna tantum specię p̃dicatur. ego tñ a risu abstinendum cẽseo, eo q̃ S. Tho. in secundo posteriorum, [Tex. 13.] asserit iõ Aristotelem dixisse differentias oẽs esse in plus q̃ diffinitum, qa propriis differentiis caremus. Et ipsemet Albertus ibi asserit dici posse qd' Aristoteles loquitur de differentiis nominatis quę sunt cões, qm̃ proprias non habemus. Vñ iuxta hoc rationes eius facile soluunẽ: dicendo, q̃ diffinitum non est hic dr̃ia absolute, sed differentia nominata & sic cõuenit omni, & nulli conuenit oppositum &c. Altera rñsio est q̃ hic non diffinitur quæcũq; differentia, sed ea tm̃ quæ est verę differentia, verę autem differentia non est dr̃ia vltima conuertibilis cum specie sed superiores, & iõ optime dictum est q̃ dr̃ia prædicatur de pluribus differentibus specie. Q̃ aũt vltima differentia & conuertibilis non sit verę dr̃ia declaratur sic. Differentia vltima habet tria in se. f. q̃ diuidat genus, & qd' constituat aliqd' sub genere, & q̃ ad vnicã & indiuidualem naturam determinet, primi duo actus cõueniunt differentiæ inq̃tum dr̃ia est, ita q̃ dr̃ia habet q̃ sit differẽtia ex primis duobus, qa diuisio separatio est. Ex hoc ipso autem q̃ aliqd separat differre facit separata, & cõtrahit & coartat id qd' diuiditur ad partem q̃ separando cõstituit &c. Tertius vero actus differentiæ naturã nõ ingreditur, aliter oporteret q̃ oĩs differẽtia hunc haberet, sicut omnis dr̃ia habet primus duos actus. f. diuidere & constituere, sed accidit alicui dr̃iæ illæ tertius actus ex eo q̃ res aliqua denoĩata differentia ex propria natura habet qd' non inueniaẽ nisi in vna natura, & indiuisibilis sit formaliter &c. Sic ergo qa vltimi & conuertibilis dr̃ia vere differentia nõ est: sub diffinita dr̃ia hoc in loco non comprehenditur, & consequenter vl'r verificatur q̃ dr̃ia quæ veræ dr̃ia est, prædicatur de pluribus spẽbus. Hæc est rñsio Alberti ab Auicenna Alpharabio & Auer. sumpta (secundum ipsum) & Aristoteli attributa. Appellat quoq; veræ dr̃iam: differentiam simplicis virtutis differẽtiæ, eo q̃ habeat simplicem dr̃iæ efficaciam. f. diuidere & constituere, differentiam aũt non veræ, differentiam nõ simplicis virtutis termini diffinitiui, eo q̃ vltima & cõuertibilis differentia contineat in se oẽs superiores sicut tetragonũ trigonum &c. Hæc solutio qm̃ ex limpido fonte emanat & ad q̃õnis propositæ veritatem dic, discutiẽda aliqualiter est. Põt siquidem dupliciter intelligi. Primo secundum q̃ sonat, vt. f. dr̃ia hic nõ diffiniatur simpliciter secundum totum suũ ambitum, sed diffiniatur tantũ differentia: non vltima, quia talis tantũ veræ dr̃ia est, & simpliciter virtutem dr̃ię habet. Et hic sensus licet prima facie ab eis intentus videaẽ, quo modo vel volũtarius vel contra rationem nõ sit, non video: contra rõnem quidem, quia cum dr̃ia vltimã habeat omnes actus veræ dr̃iæ. f. diuidere & cõstituere. quare diffinitio veræ dr̃iæ sibi conuenire nõ debet? Nec sufficit dicere, q̃ hoc iõ accidit, qa vltra actus veræ dr̃iæ habet qd' determinet ad atomam naturam. Hoc n. tertium nõ est conditio diminuens rationem dr̃ię, dato q̃ esset extranea cõditio, & consequenter diffinitio verę dr̃ię sibi repugnare non debet. sicut oĩs diffinitio nõ repugnat lorti nec homini albo: licet repugnet homini picto. Q̃ autem illę tertius actus nõ sit conditio diminuens ex eo certũ est, quia compatitur simul se cum oẽs actus veræ differentiæ expleri. Voluntarius aũt non minus q̃ prima rñsio, quæ despicitur, si fugiendo dicatur, p veræ differẽtia non absolute diffinitur. sed cum præcisione cuiuscũq; posteriores actus aduenientis, ita q̃ diffinitum est differẽtia præcisæ, & propterea nõ clauditur hic sub diffinito dr̃ia vltima, quia licet sit veræ dr̃ia, non tñ est præcisæ differentia, sed addit aliqd vltra. f. determinationem ad atomam naturã. Hæc. n. glosa qua ratione magis q̃ prima rñsio fulciri possit, libẽter audirem (præsertim qa licet consueuerint pĥi de rebus abstractæ & præcisæ discutere, q̃ debeantur illis ex rõnibus formalibus, non tñ in diffinitione positiuę ponere cõsueuerunt, id q̃ non rei rõnem, sed præcisionem sequiẽ) prædicari autem de pluribus spẽbus, sequitur non differentiæ rõnem, quia sic inueniretur vbicũq; inuenitur differentię ratio, sed dr̃iæ præcisionem quia si res præcisæ dr̃iæ rationem habet, de pluribus spẽbus prædicatur secundũ istam viam. Alio mõ potest intelligi prædicta solutio, vt diffinitum sit dr̃ia absolutæ & formaliter sumpta inq̃tum differentia est, & q̃ ly p̃dicari de pluribus differẽtibus spẽ, non sumatur positiuæ, sed non repugnãter, & sit sermo formalis cuius sensus sit, dr̃ia est q̃ prędicatur. i. est vl'e cui inquantum dr̃ia est, nõ repugnat p̃dicari de pluribus differentibus spẽ &c. Et hic sensus est valde subtilis & pfundus, qm̃ formaliter differentiæ rationem rimatur, dr̃ia. n. (vt ex dictis patet) ex eo q̃ diuisiua & cõstitutiua est, habet q̃ sit differentia, ex his aũt non vendicat sibi dr̃ia, q̃ prędicetur de pluribus spẽbus, qm̃ oporteret (vt dictum est) q̃ omne, cui conueniũt isti duo actus, ex quibus differentiæ rõ integratur, prædicaretur de pluribus spẽbus, q̃ manifeste apparet falsum in vltima dr̃ia, quæ conuertibilis est cũ atoma specie. Sed ex his nõ repugnat dr̃iæ, q̃ prædicetur de pluribus spẽbus, qm̃ si ex his repugnaret, nullũ cui hi actus insunt prædicaretur de pluribus speciebus, q̃ manifeste apparet esse falsum in differẽtiis subalternorum. Iuxta hunc aũt sensum oportet soluere obiectionem factam, vtẽdo illa regula (qñ aliquid nõ repugnanter cõuenit superiori absolutę, & repugnat inferiori ex propria rõne vel ex quacũq; alia additione, illud tale simpliciter non põt enunciari de inferiori, sed cũ specificatione superioris) verbi gratia, q̃titati nõ repugnãter conuenit diuidi in infinitum, q̃ tñ non potest absolute verificari de omni q̃to, vt patet in q̃titatibus pĥicis, sed verificatur de oĩbus quãtis cum ista specificatione in eo qd' q̃tum, q̃titas. n. humana nõ est indiuisibilis in infinitum, quia si in medio secaretur statim desineret esse humana, sed q̃titas humana inq̃tum q̃titas est diuisibilis in infinitũ. Ex hac inq̃ regula tradita a S. Th. in pĥicis soluitur pñs [Primo physic. Lect. 9. & Text. Com. 36.] quæstio, dicendo cũ Auic. & cæteris supradictis, q̃ dr̃iæ vltimæ non cõuenit ista diffinitio absolute, nec oportet q̃ sibi conueniat absolute, quoniã differentia vltima taliter contrahit differentiæ rationẽ, quod ex illo addito repugnat sibi, quod nõ repugnat differẽtiæ rationi, & hoc est dicere, quoniam differentia vltima non habet sim-

plicem virtutem differentiæ, & ꝙ non est differentia vere idest pure: sed conuenit differentiæ vltimæ ista diffinitio cum specificatione differentiæ: ista enim est vera. Differentia vltima (inquantum differentia est) est prædicabilis de pluribus differentibus specie quocunque modo præexposito, licet ista sit falsa differentia vltima est prædicabilis de pluribus differentibus specie: quocũque modo exponatur. Et quoniam hic sensus differentiæ naturam formaliter explanat: negatiue tamen, magis dignus tot peripateticis censeatur: si placet. Eo præsertim qđ hic modus exponendi conformis est Aristotelicæ doctrinæ in sexto & septimo physicorum: Tres ergo sustentabiles expositiones collige nouitiæ. prima est quod differentia nominata hic diffinitur. Secunda est quod differentia præcise seu pure. Tertia est quod differentia formaliter seu vt sic, secundum primas duas expositiones ly prædicabile de pluribus differentibus specie: positiue intelligitur. iuxta tertiam vero negatiuæ: seu non repugnanter prima facilior & intentioni diffinientium forte conformior secunda supradictorum virorum illustrium verbis magis consona. tertia ipsi rei naturæ magis propinqua videtur.

Circa alteram vero particulam. (.f. in eo quod quale) notanda sunt tria. Primum est: ꝙ cum prædicari in quale dupliciter contingat. .f. accidentaliter: sicut album dicitur de homine cigno, & essentialiter sicut rationale dicitur de homine differentia nõ prædicatur in quale accidentaliter sed essentialiter: quoniam res denominata differentia per se, de qua loquimur, est essentialis, & intrinseca ipsi speciei, & non est extra ipsam speciem aliquo pacto, nec secundum rem: nec secundum intellectum, quẽadmodum sunt illa quę prædicantur in quale accidentaliter. Non est autem explicata particula hæc in diffinitione differentiæ, quoniam hoc tanq̃ per se notum relinquebat. Auicenna autem integram diffinitionem adunauit dicens: differentiam esse vniuersale prædicatum essentialiter de pluribus differentibus specie in eo quod quale. Secundum est qđ differentia ideo prædicatur in quale essentialiter, quia est qualitas essentialis generis & speciei: (licet diuersimode) qualitas enim idem sonat qđ formalis determinatio. determinatur autem non solum subiecti potẽtia secundum esse accidentale: per formas accidentales, & materiæ potentia secundum esse substantiale, per formas substãtiales, sed et generis potentia secundum esse quidditatiuum, per differentias, sicut enim es est in potentia vt fiat talis vel talis figuræ, & postmodum figuratum per operationem artis Cæsaris similitudine: iam determinatum est per illam figuram: ac per hoc fit Cæsaris statua, ita genus pura animal secundum se indeterminatum est: & esse potest rationale & irrationale, sed cum animali cõiungitur rationale, iam posse eius determinatur ad hominem. Generis ergo qualitas est differentia, quia determinat eius potentiam, & quale sit significat. Speciei autem qualitas non prædicta ratione est, quoniam non est in potentia ad differentiam, sed quia constituendo spẽm ipsam vt formale eius principium determinat, forma enim (vt declarauimus & in textu dicitur) qualitas vocatur & eius rõnem habet inquantum formaliter determinat. Essentialis quoq; qualitas generis & speciei: differentia difformiter est. quoniam speciei iõ essentialis est quia eius est determinatiua. vt formale principium & intrinsecũ determinat compositum, generis autem iõ essentialis: quia ipsum non specificatum supponit. sed ita qualificat vt ad esse specificum trahat, accidentales siquidem qualitates rei aduenĩẽtes ipsam in specie completam præexigunt: nec reponũt rem subiectam in propria specie: differentia vero genus ipsum determinando diuersificat sic, vt in ꝓpria specie reponat eius substantiam, animal enim rationali determinatum in specie hominis est, adeo vt specie differat ab aiali in leone per irrationale posito &c. Tertium est ꝙ Porphyrius hanc particulam declarando notanter sub disiunctione dixit, rebus. n. ex materia & forma, vel ad similitudinẽ proportionemque materiæ & formæ, constitutionem habentibus &c. Videbat nãq; ꝙ genus nec differentiæ nec speciei materia est: similiter quod differentia nec generis nec speciei forma est, quoniam tam materia quam forma pars est rei, pars autem de toto cuius est pars non prædicatur in recto. non enim dicimus quod homo est anima: tam vero genus quam differentia de specie prædicatur: & secundum veritatem genus & differentia vna res sunt, qđ a partibus alienum est. Diligenter itaq; intuitus est, quod genus materiæ simile proportionaliter est, & differentia formæ: & species toti composito, quoniam sicut materia subiectum determinabile est, & forma eius informitatem amouendo determinat, & ex eis resultat compositum, sic genus substratum quid dicit essentialiter formabile, & differentia adueniens ipsum determinat, sicq; species vtrũq; complectens constituitur: & sic patet tota diffinitio cum eius declaratione Maior enim quæ a Porphyrio declarata non fuit ex dictis iam clara est. Nec fallaris putans Porphyrium voluisse dicere, quod forma prædicatur in quale, non hoc enim intendebat, sed qđ sicut forma est qualitas materiæ, quia determinat eam formaliter. ita prædicatum quod se habet vt forma, prædicatur in quale, quia actum formæ participat. .f. formaliter determinare. Illud postremo prætermittendum non est, quod differentia vt prædicabile ab aliis distinctum, nec genus, nec inferiora aliqua per rectam lineam respicit. sed species. de gẽnere. n. non prædicatur nisi per modum accidentis vel proprij. De indiuiduis vero suis, puta hoc rationali, & illo rationali per modum per speciei dicitur. De speciei autem vt differentia prædicatur, & propterea hic vbi differentia vt vnum speciale prędicabile diffinitum est, in ordine ad species diffinitionem sumpsit, & vt ex dictis facile declarari potest. singulæ particulæ ad differentiam aliorum prędicabilium positę sunt &c.

De hoc vide .l. de ente & essen. cap.4.

Describunt autem huiusmodi differentiam & hoc modo. Differentia est quod est aptum natum diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt. rationale. n. & irrationale hominem & equum, quæ sub eodem genere sunt diuidunt.

Hic ponitur tertia descriptio differentiæ, qua diffinitur secundum primum suum effectũ (diuidere .f.) & dicitur, quod differentia est quod aptum natum est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt, .i. species, quas superius dictum est esse ea, quæ sub genere ponuntur. Vbi notandum est primo, quod differentia dicitur esse id, quod est aptum natum diuidere, & non simpliciter dicitur, differentia est quæ diuidit, vt insinuetur, quod hic actus .f. diuidere, non qualitercũque conuenit ipsi differentiæ, sed ex ratione sibi propria, ita quod differentia, inquantum differentia est, adeo sibi appropriauit diuidere, vt ab ipsa inseparabile sit, & alteri communicari non possit, vt ex præcedentibus patet. Quia igitur non ex aduentitio accidẽte, aut alterius adminiculo, sed ex propria natura apta est differentia, vt diuidat sub genere illius species, ideo diffiniendo dictum est, quod est aptum natum diuidere. Secundo notandum est quod differentia diuidit non solum species sub genere, sed etiã ipsum genus. diuersimode tamen. diuisio enim aliquid respicit vt terminum a quo, & hoc est illud vnum, quod diuidendo scinditur, & aliquid vt terminum ad quem, & hoc sunt partes illius diuisi, ad quas diuisio terminatur, incipiens ab vno, q̃a vnitas principium multitudinis naturaliter est, vt in materiali diuisione ligni apparet: differentia ergo genus diuidit vt terminum, a quo diuidendo inchoat specierum separationem, ad quas diuisio vltimo terminatur Sed si sic est, inquirendum est, cur in diffinitione ista differentiæ a peripateticis prætermissum sit, ꝙ differentia diuisiua generis, & explanatum tãtum est, ꝙ sit diuisiuam specierum: vtrũq; enim complectendum erat, & primum magis. qm̃ rõ secundi est. Ad hoc quidem, etsi facile dici posset, ꝙ q̃a in posteriori includit prius, explicite ponendo posterius, .i. diuisionem spẽrum, implicite persuasum est prius, .i. diuisio generis. Ego aũt ipsam diffinitionem, et Peripateticos a quibus emanauit intuitus, altiori id factũ consilio arbitror. Ad cuius manifestationẽ scire oportet, ꝙ omne ꝙ diuiditur, cũ in partes diuidatur, totum aliquod est: genus autem,

sicut duplicem totalitatem habet, ita dupliciter diuidi potest: est siquidem totum essentiale, & est totum potestatiuum: inquãtum totum essentiale est, non diuiditur per differentias in species, quoniam partes essentiæ eius non sunt species, sed diuiditur per resolutionem in partes suæ rationis, genus s. superius, & differentia eius constitutiuam si habet &c. Inquantum vero est totum potestatiuum per differentias in species diuiditur, quoniam partes potentiales eius, ipsæ sunt species, quæ non nisi potestate in genere sunt. Et, quia genus secũdum quod totum essentiale est non diuiditur per differentias, ideo essentia generis est tota in omnibus speciebus, & tota in singulis nõ enim pars essentiæ animalis trahitur ad hominem per rationale, & pars ad brutũ per irrationale, sed tota ad vtrũque. Quia vero genus, secundum quod totum potestatiuum est, diuiditur per differentias, & qđ diuiditur post diuisionem non vnum remanet, sed partitum, ideo potestas generis non seruatur tota in qualibet specie, se pars potestatis eius ad vnam speciem, & altera pars ad aliam deuenit per differentias. animal enim, cum potestate sua se extendat ad rõnales & irrationales quidditates & proprietates &c. contractum ad hominem, ambitum suæ, potestatisq; amittit, per hoc, ꝙ potestas sua ad vnam partem eius coartata est, & non nisi rationali quidditate & proprietate & operatione gaudere potest, & similiter cõtractum ad bouem, bouinę quidditatis artatur terminis. Merito autem species ipsæ partes potestatiuæ generis appellantur, non ideo, quia potestas generis componatur ex speciebus, sicut totum integrale ex suis partibus: quoniam potestas generis in eo, ipsa sua essentia secundũ rem est, quæ ex speciebus non cõponitur: sed vel ideo, quia partes sunt potestatis eius ex parte obiecti, quia s. quælibet species est pars eorum, ad quæ potestas generis terminatur, potestas enim generis ad omnes sub se extenditur species, omniũ autem specierum, quælibet est pars. Vel ideo & subtilius, quia nulla species potest perficere totum id, qđ in generis natura radicaliter initiatum est, quoniam nulla res adęquat generis potentiam, ita quod sicut partes potestatiuæ animæ dicuntur vires sensitiuæ & vegetatiuæ, quia ex ea oriuntur, & nulla earum perficere potest omnia ad quæ radicaliter vis animæ se extendit: ita quidditates specificę, quia ex genere nascuntur, velut ex formali inchoatione earum, vt alibi declarandum est, & nulla species potest se extendere ad omnia, ad quæ natura generis radicaliter se extendit, partes potestatiuæ generis dicuntur. Et quamuis non sit similitudo simpliciter inter ista, quia ab anima vna numero effluũt potentiæ effectiuæ, & non sic oritur species a genere: est tamen similitudo proportionalis, quia sicut ab anima vna numero effluunt effectiuæ potentiæ: ita a natura gñis vna secundum genus effluunt formaliter quidditates specificæ, quarum quælibet partem potestatis illius perficiẽdo suscipit: animalitas enim, vt dictum est, ad omnium naturarum sensitiuarum perfectiones proprietates & operationes illimitata, & formale initium omniũ earum secundum se est: in boue aut posita velut ad partem suæ potestatis artata: ad bouina tantum se extendit, & similiter, est in aliis &c. Quoniam igitur, vt ad quæsitum redeamus, differentia non est diuisiua generis inquãtum est totum essentiale, sed est diuisiua eius in quantum est totum potestatiuũ, & taliter diuidere ipsum nihil aliud est q̃ ea, quæ sub ipso sunt diuidere, quoniã talia partes suæ potestatis sunt, & nihil aliud est diuidere aliqđ totũ quam eius partes separare: ideo peripatetici diffiniendo differentiam, vt diuisiuam, nõ dixerunt, ꝙ differentia diuidit genus, & ea quæ sub genere sunt, quia putasses ꝙ differẽtia ipsam generis essentiam scinderet, & species eius separaret: sed dixerunt, ꝙ differentia diuidit ea, quæ sub eodem genere sunt, vt intelligeres, ꝙ differentia partes potestatis generis secat, & consequenter, ꝙ ipsum genus secundum ꝙ totum potestatiuum est diuidat. vnde non simpliciter dixerunt, differentia est, ꝙ diuidit ea quæ sunt sub genere, sed apposuerũt, ly eodem, dicentes sub eodem genere sunt: adiectio enim illa (ea) denotat ꝙ differentia non diuidit species diuersorum generum: rationale enim nõ diuidit hominem ab albedine, sed a bruto: & denotat, qđ differentia diuidendo species, genus ipsum in sua vnitate relinquit, & idẽ perseuerare permittit. Notandum autem dico in vnitate sua, quoniam, vt supra tactum est, differentiam ipsam generis essentiam diuersificat secundũ vnitatem: & distinctionẽ specificam, ad quam trahit generis naturam: sed generis propriam vnitatem, quæ generica est, non violat &c. Et sic patet solutio quęstionis: & quomodo intelligendum sit commune dictum, ꝙ genus diuiditur per differentias non secũdum essentiam, sed secundum potestatem, quia s. nõ diuidit in partes suæ essentię: aliter tota essentia generis non esset in qualibet specie, sed diuiditur in partes potestatiuas, quæ species sunt, & ideo non tota potestas eius, secundum totum suum posse est in singulis speciebus &c.

Aßignant etiam hoc modo. Differentia est, qua differunt à se singula: nãque secundum genus non differunt. Sumus enim animalia nos & irrationabilia, sed additum rationale, disiunxit nos ab illis: rationales sumus & nos & dij, sed mortale appositum nobis disiunxit nos ab illis.

Hic ponitur quarta diffinitio differentiæ, qua describitur secundum effectum eius proprium ex suo nomine, quem ponit in singulis per differentias diuisis, i. differre. Vbi notandum est quid sonat ly differre, vt habetur ex primo Metaphysicæ, omne cuicũque comparatum, est idem vel diuersum, non autem idem vel differens i. diuersitas sonat alietatem inter quæcũque distincta, differentia autem non importat alietatem inter quęcũque distincta: sed inter illa tantum, quæ ita sunt distincta, vt tamen in aliquo vno conueniant: et ideo differre nõ dicuntur proprie loquendo nisi illa, quæ vnum diuersimode serunt: talia autem sunt, quæ sub vno genere sunt: & ideo res diuersorum generum vt lignum, & albedo non differunt, sed diuersæ sunt: & licet in frequenti vsu differentiæ nomen nõ ita proprie assumamus, sed extendamus ad omnem alietatem, in hoc tamen loco ꝓprie sumitur. Vnde Porphyrius volens declarare ꝙ differentia est id, quo singula differunt, incępit a conueniẽtia singulorum: dicens, ꝙ conuenimus secundum generis naturam cum brutis, sed differimus ab eis propter differentias additas s. rationale & irrationale: & similiter cõuenimus cum diis secundum subalternum genus. s. animal rõnale, sed differimus per mortale & immortale. Intellige autem per deos animalia illa platonica. Dicitur ergo, qđ differentia est, qua differunt a se inuicem singula: quia singula contenta sub genere naturam generis diuersimõde serunt ratione differentiarum: non enim ex genere est, puta animali, ꝙ natura sensitiua sit diuersimode in homine et equo, sed hoc ex differentiis est: rationali. s. & irrationali, quæ generis naturam secundum proprias modificantes, differentes constituunt species &c.

Interius autem perscrutantes & speculantes differentiam dicunt non quodlibet eorum, quæ sub eodem sunt genere diuidentium esse differentiã, sed quod ad esse conducit: & quod est pars eius quod est esse rei. Neque enim quod aptum natum est nauigare erit hominis differentia, etsi proprium sit hominis dicimus enim animalium hæc quidem apta nata sunt ad nauigandum, illa uero minime, diuidentes ab illis: sed natum esse & aptum ad nauigandum non erit completiuum substantiæ, nec eius pars, sed aptitudo quædam. Idcirco non est talis quales sunt differentiæ, quæ specificæ dicuntur. Erunt ergo specificæ differentiæ quæcunque alteram faciunt speciem, & quæcũq; in eo q quale est accipiuntur, & de differentiis quidem ista sufficiant. Alia differentia diffinitio.

Hic ponitur quinta diffinitio differentiæ tali ordine. primo proponitur eius subtilitas, quia ab interius prescrutantibus, & modificãtibus supradictas diffinitiones, data dicitur: deinde ipsa diffinitio recitatur, differentia, inquit, est ꝙ conducit ad esse, & eius ꝙ est esse rei pars est. profunditatemq; eius declarat exemplo ab opposito, ꝙ

supradictæ diffinitiones diminutæ insinuanẽ & hæc perfecta comprobatur. Vltimo concludit quæ specificę differentiæ sint. Vbi, quoniam textus clarus est, nõ nisi tria notanda occurrunt. Primum est, comparatio istius diffinitionis ad alias: quoniã aliud superficies verborum Porphyrij ostendit, & aliud intentio eorũdem supremit. Ex verbis quidem insinuatur, quod prçcedẽtes diffinitiones, & specialiter tertia, fuerint diminutæ, & quod cõueniant etiam his, quæ nõ sunt specificæ differentiæ: hoc enim insinuant illa verba, non quodlibet diuidentiũ eorum, quç sub genere sunt, differẽtiam esse: & exemplaria declaratio, quam postmodũ subdit, quasi illa diffinitio dixerit, omne diuidens ea, quæ sub eodem genere sunt, differentiam esse. Læduntur & pari rõne prima & quarta: quoniam nec quodlibet, quo spẽs abũdat a genere, nec quodlibet, quo vna spẽs differt ab alia, differentia est specifica. proprietas enim & diuidit genus, vt in textu declaraẽ, de aptitudine ad nauigãdum: & est, qua species abundat a genere: & per quam vna species differt ab alia. Intentio autem Porphyrij alio tendit: diffinitiones siquidẽ has iabefactare non intendit: quoniam ipsemet dixerat has esse descriptiones differẽtiarum specificarum, non a quibuscunque, sed peripateticis assignatas. nec latebat ipsum, ꝙ sicut in secunda diffinitione subintelligebatur ly essentialiter, ita in omnibus his diffinitionibus subintelligebaẽ (ly primo.) quo subintellecto, constat quod differẽtijs specificis tantum conueniunt diffinitiones istæ. differẽtia enim magis proprie & per se est, qua primo species abundat a genere: & qua primo diuiduntur ea, quæ sub eodẽ genere sunt: & qua primo differunt inter se singulæ species. Sed intendit magnificare & præponere hãc quintam diffinitionem omnibus aliis: quia, cũ diffinitio ad hoc inuenta sit, vt id, quod diffinitum implicite importat, explicite significet, & cætere differẽtiæ diffinitiones non explicite attigerint vsque ad differentiæ naturam, quoniã aliquo subintellecto egebant, ista autem imergat se vsque ad ipsius differẽtiæ intima explicite, ideo hæc diffinitio aliis merito anteponitur, & ab interius perscrutantibus & speculantibus data est. Secundum est (ly conducit ad esse) appropriato quippe vocabulo, differẽtiæ naturam declarauit. qui enim aliquid conducit aliquo, nõ præsupponit illud conductum esse illuc: sed ipse est, qui aliũde illud ducit illuc vsque: proprietates aut specierum, puta nauigatiuum & volatiuum, quæ sunt proprietates hominis & auis, & si genus ipsum, s. animal, diuidant, & partitum exigant, non tamen conducunt ipsum ab hominem & auem, sed conductum præsupponunt, quoniam fluunt a naturis specificis iam constitutis: differentiæ vero per se, puta rationale, & irrationale genus ipsum, scilicet animal, ad species conductum non supponũt, neq; supponere possunt, sed conducunt ipsum ab esse earum, ita quod absque differentiis conducẽtibus impossibile est genus trahi ad specificum esse. conducit autem differẽtia ipsum genus, non ad esse tale, vel tantum, qđ est esse secundum quid sed ad esse simpliciter, idest ad esse quidditatiuum: quoniam (vt pluries dictum est) genus non accidẽtaliter subdit esse specificum, sed essentialiter. Tertium notandũ est (ly & eius quod est esse rei pars est) potest siquidẽ nomine esse rei, intelligi vel ipsum esse essentiale speciei vel ratio eius. Si per esse rei intelligatur esse essentiale rei, tunc non est accipiendum quod differẽtia sit pars illius esse secũdum rem, quoniam formale significatum differẽtię, puta rationale, est totum esse speciei secundum rem, si esset nãque pars non prædicaretur de specie, nisi in obliquo &c. sed accipiendum est quod differẽtia sit pars secundum rationem, idest partialiter explicans ipsum esse essentiale rei, significat nãque differentia totum esse speciei, sed partialiter (vt alibi declarauimus.) Si vero per esse rei intelligatur cum
Super de ente & essentia in capi 4
Alberto ratio rei simpliciter, verificatur, quod differẽtia est pars esse rei, idest diffinitionis rei. Diffinitio enim ipsa componitur ex genere & differentia. Appellari autem non incongrue potuit, esse rei ipsa diffinitio: quoniam diffinitio nihil aliud est quam oratio explicatiua illius. Quo modo autem hæc intelligenda sint, ꝗ profundior sententia in hac diffinitione lateat diffuse in commẽtariis de esse & essentia prosecuti sumus. Tãgit igitur diffinitio ista naturam differentiæ intuitiue: quia eam conducere genus ad esse quidditatiuum dicit, non extrinsece, sed ita, quod est pars ipsius esse rei &c.

Proprium quadrifariam dici. Cap. 3.

PRoprium uero quadrifariam diuidũt. Nam & id, q. soli alicui speciei accidit, & si non omni, proprium est. ut homini esse medicũ, uel geometram. Et q. omni accidit & non soli, quẽadmodum homini esse bipedem. Et q. soli, & omni, & aliquando: ut homini in senectute canescere. Et q. soli, & omni, & semper: quemadmodum homini esse risibile. nam, etsi non rideat, tamen risibilis dicitur, non quod iam rideat, sed quod aptus natus sit ad ridendum. hoc autem ei semper naturale est, & equo hinnibile. Hæc aũt nominantur uere propria: quoniam conuertuntur: quicquid enim est equus hinnibile est, & quicquid est hinnibile est equus.

In hoc tertio capitulo de proprio determinat: ꝙ quartum locum inter prædicabilia iure retinet, eo ꝗ ex principiis speciei, genere scilicet & differentia post cõstitutam speciem immediate emanat. Determinat autem de eo diuisiue tantum nescio vero, cur non diffinitiue cum eius diffinitio a peripateticis non sit omissa, vt patet (in primo Topicorum.) Diuisio autẽ consistit in separatione trium conditionum simul requisitarum ad id, quod est proprie proprium. Cap. 4. Exigit siquidem quod conueniat omni soli & semper: omni indiuiduo illius speciei cuius dicitur proprium: & soli illi speciei & semper. ex harum enim separata participatione tripliciter aliquid proprium fit. Primum, quod conuenit soli speciei, sed non omni eius indiuiduo, vt habere actualiter artem medicinæ. hoc enim soli homini conuenit, sed non omnes homines habent hoc, vt patet. Secundum est quod conuenit omni indiuiduo speciei, sed non soli: vt habere duos pedes, hoc enim & aliis conuenit animalibus. Tertium est, quod conuenit soli speciei & omni eius indiuiduo, sed non semper: vt canos habere. hoc enim in senectute communiter accidit. hęc autem tria cum eo quod proprie proprium est quadrifariam proprium faciunt, vt in textu dicitur. Hoc in Cap. 4. loco notandum est, quod, vt ex primo Topicorum colligitur, proprium non secundum totum suum ambitum quartum esse prędicabile, sed quartum tantummodo sumptum. Probatur autem hoc primo ex diffinitione proprij ibi assignata, quæ est ista. proprium est quod non indicat quid est esse, soli autẽ inest, & conuersim de re prædicatur. Vbi tres particulas posuit: primam ad differentiam diffinitionis, & generis, & cõsequenter differentiæ, quæ indicant essentiam rei. Secundam ad differentiam accidentis & proprij secundo modo, quæ nõ soli insunt. Tertiam vero differentiam proprij primo & tertio modo, quorum neutrum cõuertibiliter prædicatur de eo cuius est proprium. Cõstat autem quod ibi diffinitur proprium vt prædicabile distinctum ab aliis: ergo. Secundo patet ex refutatione istorum trium modorum proprij: ibi nãque Aristoteles dicit, quod proprium simpliciter, idest absque additione aliqua, non est nisi quod diffinitum nunc est. illud vero, quod non soli inest, & quod etiam quandoque soli inest, proprium non est simpliciter, sed est proprium quando, vel ad aliud, idest sed est proprium cum aliqua temporis vel respectus additione. Nec est dubium quin sub istis verbis cõprehenderit tria prima membra diuisionis Porphyrij, propriũ enim tertio modo est proprium quãdo, idest secundum tempus, proprium autem tam primo ꝗ secundo modo est proprium ad aliud, quia nõ est proprium illius absolute, sed respectu eorum, qui illo carẽt. verbi grana, esse bipedem est propriũ homini respectu quadrupedum, & esse me-

dicum

dicum respectu eorũ, qui non sunt medici &c. vnde est coincidentia proprij secũdum tres primos modos, cum accidente: inquit ibidem Arist. ꝙ accñs nihil prohibet denominari proprium, qñ vel ad aliud, vt cũ aliquis solus sedet sedere illi, vt propriũ respectu nõ sedentis est. Est igit̃ proprium simplr̃ id, ꝙ quartũ prædicabile est ꝓprie loquendo, reliqui aũt ꝓprij modi reductiue huc accedunt, sicut & differentiæ per accñs, cum dr̃ia per se aliquo modo coordinentur, simplr̃ nõ reperiuntur. &c.

De Accidente. Cap. 4.

Accidens est q. adest & abest præter subiecti corruptionem. Diuiditur aũt in duo, in separabile, & in inseparabile. Separabile.n. accidens est dormire: nigrũ uero esse inseparabiliter coruo & æthiopi accidit. potest autem subintelligi & coruus albus, & æthiops nitens candore: præter subiecti corruptionem.

In hoc quarto cap. intendit Porphyrius tractare de accidente, q. vltimum remansit, eo ꝙ extraneũ & aduentitium est. Determinat aũt diffiniẽdo primo ipsum, deinde diuidendo, et tertio iterũ duas alias diffinitiones ponẽdo. Sed, qm̃ Auicenna Porphyrium reprehẽdit, ꝙ ad diffinitionem processerit accñtis non prędistincta æquiuocatione eius, iõ primo declarandum est quid nois ipsius accñtis. Accidens.n. dupliciter sumit̃. Vno mõ vt diuiditur cõtra substantiam in diuisione, qua distinguit̃ ens in subãm & accidens: & sic accñs est nomen primę impõnis, & sign̄at naturas nouem p̄dicamentorum, s. q̄ntatem, qualitatem, relationem &c. Alio mõ vt distinguitur cõtra genus, speciem, dr̃iam, & proprium, in diuisione qua p̄dicabile diuiditur in quatuor vel quinque p̄dicabilia, et sic accñs est nomen secundę impõnis, & non sign̄at naturam aliq̃, sicut nec genus, nec spẽs. &c. sed significat q̄dam relationẽ rõnis, sicut & cætera p̄dicabilia antedicta. Vocatur aũt cõplexo vocabulo relatio ista p̄dicatum accidentale. hoc igitur in loco nõ sumitur accidens secundum primã significationem, qm̃ sequeretur ꝙ nulla natura in p̄dicamẽtis accidentium esset genus, aut spẽs &c. ꝙ est manifeste falsum. patet sequela, qa secunda diffinitio accñtis dicet, ꝙ accidens neq; est genus, neq; spẽs, neq; dr̃ia, neq; ꝓpriũ, sed accipitur iuxta secundam sign̄ationem, qm̃ de secũdis intentionibus adiunctis primis sermo hic habet̃, & nõ de

Cap. 4 rerum naturis. Vñ & in Primo Topicorũ Arist. dicit, ꝙ oĩa ista prædicabilia in quolibet sunt prædicamento, res.n. non solum prædicamẽti substantiæ habet aliquod prædicatum vt genus, & aliqđ vt proprium, & vt accidens &c. sed etiam res in prædicamẽto q̄titatis, & qualitatis, & cæterorum hæc oĩa habet. Et hinc est, ꝙ accidẽs, de quo modo tractamus, nullã naturam sign̄at, sed sub eo omnia prædicamenta comprehẽdit: qm̃ sicut res prædicamentorum accñtium, puta qualitatis & vbi &c. accidentale prædicatum denoĩatur respectu substantiæ puta hominis, cũ dicit̃ homo est pallidus, vel est in foro &c. ita econuerso res prædicamẽti substantiæ denominatur prædicatum accñtale respectu rei exñtis in prædicamẽto accidentium, vt patet cũ dicitur, ꝙ triangulus est ligneus.

Tho. de spi. ritualibus creaturis, quæstione vltima in capit circa medium. Secundum veritatẽ ergo a sancto Thoma quoq; approbata in quæstione vltima de spũalibus creaturis, accidens quintum prædicabile sign̄at hoc ꝙ dico, prædicatum accidentale. Accidentale aũt, vt distinguitur contra prædicatum essentiale, nõ solum intrinsece vt genus, species, differentiam & diffinitionem, sed extrinsecæ vt propriũ. est enim proprium prædicatũ essentiale: quia a principiis & essentialibus subiecti fluit. Nec putet quispiã hanc accidentis significationem nouã aut contrariam antiquis esse, ꝓpterea quia cõmuniter ab eis dicitur, ꝙ accidẽs quintum prædicabile importat accidẽs indiuidui, proprium vero accidens speciei. Bene nãq; eos dixisse fateor: tum quia accidentia indiuidui accidẽtalia prædicata sunt speciei, quæ subiectum in omni problemate est. tũ quia ab accidentibus indiuidui ortum habuit distinctio inter hoc p̄dicabile, & alia: quoniam manifestũ valde est. ea neque vt genus, neque vt speciem, neque vt differentiã, neque vt ꝓprium, de his, quibus possint inesse & nõ inesse prædicari, sed vt accidentales denominationes. posset igitur ex dictis excusari Porphyrius a distinctione nõ præmissa, eo quod in Logica scribens, logicaliter intelligendos terminos tanq̃ per se notum dimisit.

Postq; igitur declarauimus quid importet accidentis nomen, ad diffinitionem declarationẽ procedendum est. *Diffinitionis declaratio.* Prima diffinitio est ista, accidẽs est quod adest & abest præter subiecti corruptionẽ. Vbi primo declarandi sunt termini, deinde dubia soluẽda. Adesse & abesse possunt accipi dupliciter. vno modo pro esse, q. est actus essendi; idest pro adesse reali, & abesse reali. sicut aquæ adest caliditas secundum realem inexistẽtiam, quando est calida, & abest, quãdo non est calida: & sic nõ sumitur hic. tum quia intentio nõ debet diffiniri per esse reale, tum quia impossibile est omni prædicato accidẽtali conuenire talem inexistentiam, cum multa sint prædicata accidẽtalia, quæ sunt entia rationis. Alio modo põt accipi pro eo quod significat veritatem propositionis, idest ꝓ affirmatione & negatione: ita quod adesse importet cõpositionem, quæ fit per affirmationem, & abesse diuisionẽ, quæ fit per negationem, & sit sensus, accidẽs est quod adest & abest, idest qđ affirmatur & negatur &c. & sic sumitur in hoc loco adesse & abesse, vt ex textu & dicẽdis in eius expositione, & glosa Auerrois euidẽter habetur. glosat nãque *Cap. 6.* Auerrois sic, accidens est quod adest, idest existimat̃ adesse, & abest, idest existimatur abesse. idẽ autem est dicere, existimari adesse & abesse, & dicere, quod affirmatur & negatur: quoniam affirmatio nõ nisi in existimatione intellectus est: & ecõuerso existimatio non nisi in affirmatione vel negatione existit. Ly &, nota est copulationis, non simul, sed successiue, nõ ordine aliquo, sed indifferenter, ita quod denotat indifferẽter affirmari & negari accidens de subiecto, & nõ quod simul affirmetur & negetur, quia hoc implicat. Ly præter subiecti corruptionem: dupliciter accipi põt, scilicet pro corruptione secundum rem. & de tali nõ est hic sermo. alio modo pro corruptione secundum intellectũ, eius idest pro defectu rationis ipsius subiecti: & sic sumitur hic, ita quod idẽ est dicere præter subiecti corruptionẽ, & dicere absque hoc quod subiecti ratio seu diffinitio deficiat, vel vtẽdo verbis Auer. absque hoc quod existimetur subiectum corrumpi. Et aduerte hic diligẽter, ꝙ ly præter subiecti corruptionem, potest dupliciter cõstrui, scilicet cum ly subiecto, quod subintelligit̃, & esset sensus, accidẽs est quod adest & abest subiecto, præter subiecti corruptionẽ, idest manenti. & hoc modo nõ est construenda dicta diffinitio: qm̃ superflue addita esset illa particula, præter subiecti corruptionem. in omni enim vera affirmatione & negatione de aliquo subiecto subintelligit̃ illius subiecti rationem manere, aliter nõ de ipso subiecto, sed de alio affirmatio aut negatio verificaret̃. Alio ergo modo potest construi cum ly adest & abest, tãq; copulæ verbalis modificatio, vt sit sensus, accidẽs est quod de subiecto affirmatur & negatur non quocũq; modo, sed tali modo, scilicet non destruendo eius rõnem, & hic sensus est in proposito. Et ponitur illa particula & ad differentiã aliorum prædicabilium, quorum negationes subiectorũ suorum rationes destruunt: & ad includẽdum omnia prædicata accidentalia: omnibus siquidẽ eis conuenit indifferenter de subiecto affirmari & negari. absq; subiecti destructione: non tamen omnibus indifferenter affirmari & negari de subiecto: vt patet de accidẽtibus inseparabilibus: quæ constat nõ sine additione aliqua a subiectis negari posse. Posita est igitur particula illa. s. pręter subiecti corruptionem: vt intelligeres quod nõ in hoc consistit natura prædicati accidentalis. s. quod subiecto adsit & absit simpliciter sed in hoc ꝙ subiecto adest & abest cũ ista modificatione. s. absq; eius destructione. Est ergo sensus totius diffinitionis: accidens. i. accidẽtale prędicatum est: ꝙ adest & abest. i. indifferẽter affirmatur & negatur præter subiecti corruptionem. i. absq; hoc ꝙ destruat subiecti rõnem: ꝙ sub

allis verbis breuius dici potest ꝙ accidēs est cuius nec affirmatio nec negatio subiecti rationē tollit. Et quoniam sermo diffinitiuus soluit oēs difficultates accidentes in re: ex eo magnificabitur istæ intellectus diffinitionis: ꝙ secundum ipsum omnia soluantur dubia: quæ etiam aliqui arabum: vt Albertus dicit soluere nescientes: hanc Porphyrij diffinitionem reprehenderunt.

1. Dub. Primum dubium est illud ꝙ Porphyrius in textu post diuisionem tangit: diuidit siquidē accidens diffinitum: in accidens separabile & inseparabile & statim dubiū tangit dicens. potest aūt subintelligi & coruus albus: & intendit talem soluere obiectionē: nullum membrum alicuius diuisionis debet repugnare diffinitioni rei diuisæ sed huius diuisionis alterum mēbrum. s. inseparabile repugnat diffinitioni accn̄tis diuisi: quia in diffinitione eius dr̄: ꝙ potest adesse & abesse. si. n. est inseparabile abesse non pōt: & si abesse pōt inseparabile non est: ergo vel diffinitio vel diuisio mala est &c. Huic inquam obiectioni rn̄det Porphy. non aliter q̄ dicendo: ꝙ pōt subintelligi coruus albus & æthiops candore nitens: præter subti corruptionem, ac si dixisset, ꝙ licet accn̄s aliqđ sit inseparabile secundū rem, potest tn̄ abesse secundum intellectum. Et insinuauit per hoc formalem rn̄sionem, s. ꝙ difformiter accipitur esse in diffinitione, & in diuisione: cū. n. diuiditur accn̄s in separabile & in inseparabile est sermo de separabilitate & inseparabilitate secundum rē, vel quia oīno sit inseparabile, vel quia valde difficile sit separabile: vtroq; . n. mō inseparabile dr̄. sicut & inuisibile dicitur vel ꝙ oīno non potest videri, vel ꝙ difficile videri posit. Cū vero in diffinitione accn̄tis dicitur adest & abest, intelligit de esse & abesse secundum intellectū: & itā licet coruus non posit secundum rē fieri de nigro albus, pōt subintelligi albus: quia rationi diffinitiuæ corui nō repugnat albi denoīatio. Et sic patet, ꝙ glosa supra posita ex textu sumpta est: & ꝙ ex illo sensu difficultas hæc soluta est Et forte pp inaduertētiā illius sensus repræhēsus est ab arabibus Porphyrius: dicētibus eum in æquocationem lapsum: dū de inseparabilitate accn̄tis disputans, ad separabilitatē s̄m intellectum confugit: qm̄ æquiuoce dicitur esse: de esse secundū rem, & esse secundū intellm̄. procedit. n. hæc obiectio ex malo intellectu diffinitionis accn̄tis, quia creditū est, ꝙ ibi esset sermo de adesse & abesse secundum rē soluitur ergo primum dubiū ex diffinitione mō supradicto exposita &c. Sed aduerte hic duo. Primū est ꝙ nullū inconueniens est accepisse difformiter esse in diffinitione, & in diuisione: gn potius necessariū est sic fecisse. qm̄ si vniformiter esse acceptum fuisset: vel diffinitio vel diuisio mala fuisset. Si. n. inseparabile est secūdum rē abesse non pōt s̄m rem: & si abesse non pōt s̄m intellectū inseparabile erit secundū intellectum, difformiter aūt accipiendo oīa consona inueniuntur. vt ex dictis patet Secūdm notandum propter importunitates arguentiū est: ꝙ subm̄ intelligi sine albedine aut nigredine: vel quocūq; alio prædicato potest intelligi dupliciter. Vno mō secundum primam operationē intellectus. Alio mō secūdum secūdam opationem intellectus: intelligi subm̄ sine tali prædicato per primam opationem intellectus, nihil aliud est q̄ ipsum subm̄ intelligi p̄dicato non intellecto: sicut color pomi vr̄ non viso eius odore, & si nō accipitur hic cum dicit̄, ꝙ coruus potest intelligi absq; nigredine. sic nāq; subm̄ potest intelligi non solum sine accn̄te, sed etiam sine proprie pprio, vt patet qn̄ diffinitur homo: sufficit. n tunc intelligere genus & differētiā eius: & nō oportet intelligere propriū. Intelligi aūt subm̄ sine tali prædicato p secundam opationem intellectus, est formari ppōnem negatiuam illius p̄dicari de illo subto. verbi gratia dicendo coruus nō est niger, & hoc mō accipitur hic, cum dr̄ ꝙ subm̄ potest intelligi sine accn̄te inseparabili, & cū eius opposito: quia. s. pōt formari enuntiatione negatiua vera, i qua accn̄s inseparabile negat̄ a subiecto, vt dicēdo coruus nō est niger, & pōt formari affirmatiua vera, in qua oppositū accn̄tis inseparabilis p̄dicatur de subto, vt dicēdo coruus est albus, aut coruus nō est niger. Nec inuadet te dubium qūo istę ppōnes sint veræ, & tn̄ in rerum natura nullus inuenit̄ coruus albus aut non niger. Si memor eris eorū, q̄ diximus glosando diffinitionem accn̄tis, ex dictis siquidē habetur, ꝙ dupl̄r contingit dicere aliq̄ ppōnem esse veram. s. simpl̄r. vel sic. i. cū alia additione, & cōstat ꝙ ista nō est simpl̄r vera, coruus non est niger, qa ab eo ꝙ res est vel non est oīo dicitur vera vel falsa simpl̄r. Est tn̄ vera sic. i. præter subti corruptionem. i. nō prohibetur esse vera ex subti corruptione. non. n. iō est falsa ista, coruus nō est niger, quia negatio nigredinis inferat negationē naturæ coruinę, sed aliunde, puta quia cuilibet coruo cōiuncta est secundum rē nigredo. vnde non intēdunt peripatetici dicere, coruū vere intelligi nigrum & non nigrum simpl̄r, sed cū ista clausula præter subiecti corruptionem, ac per hoc, vt dictū est, valde subtiliter naturam accn̄tis diffinierunt tradendo accn̄s esse id ꝙ vere affirmat̄, & negatur de aliquo præter illius corruptionem i. accn̄s est cuius nec affirmatiua cōpositio nec negatiua diuisio. si ponatur vera, cū subiecti destructione exercet̄: ꝙ nulli alij prędicabili cōuenit, vt patet inducendo, ppter ꝙ signanter Porphyrius nō dixit posse subintelligi coruum album simpl̄r, sed addidit, p̄ter subti corruptionem, intellectione siquidē complexa & vera, de qua loquebatur, non intelligit̄ coruus albus absolute, qm̄ albus non est, sed sic, i. absq; hoc ꝙ sequatur subiecti negatio, seu absq; repugnantia intellectuum.

Secundum aūt dubium principale est hoc, mors & cōbustio siue denoīatiua ab his sumpta sunt accn̄tia, & tn̄ non adsunt præter subti corruptionē, ergo diffinitio mala. Soluitur nāq; hoc dubium ex intellectu diffinitionis accidentis supradicto duabus viis, ex qd nominis. s. accidentis, & ex illa particula, præter subiecti corruptionem. Ex quid noīa accn̄tis quidem, qm̄ huiusmodi denoīatiua non sunt p̄dicata accn̄talia respectu eorū, quæ morti vel cōbustioni subiacēt, sed sunt p̄dicata opposita subiectis, vt declarabit̄ Ex illa vero particula, s. præter subti corruptionem: quia hic nō est sermo de quocūq; subto, sed de subiecto prędicationis. nec de quacūq; eius corruptione, sed ea, qua rō eius non potest stare cum p̄dicato: ista autē denominatiua a morte & cōbustione et hmōi deriuata talia sunt, ꝙ subiecta illa, puta hoīem, vel bouem, de qbus in ppōnibus prædicantur, destruūt, ita ꝙ diffinitio eorū non est cōpossibilis diffinitioni talium subtorū, nec econuerso: & ꝯn̄r prædicata hæc non sunt accn̄talia, sed remota Ad cuius euidentiā est sciendum, ꝙ ppōnum triplex est materia, s. necessaria, cōtingens, & remota. in materia necessaria sunt omnes ppōnes, in quibus genus spēs. differentia, diffinitio, & propriū prædicantur de suis subtis. In materia aūt contingenti sunt illæ in quibus accn̄s prædicat̄ de eo cuius est accn̄s. In materia vero remota sunt, in quibus repugnātia alicui enunciātur de illo. Ad videndum aūt quæ sint prædicata necessaria, & q̄ contingētia, & quę remota nō oportet vagari, sed sufficit rōnes terminorum intueri. ex ipsorū. n. rōnibus consurgit connexio & modus cōnexionis, & repugnātia inter se, ad hoc qđ adueniatur in vno. Constat aūt ex rōnibus mortui & hominis, vel cuiusq; alterius rei viuæ, ꝙ impoſſe est eorum rōnes in vnum tertium simul cōuenire: qm̄ si aliquid homo est, corpus animatū est, & si corpus animatum est, iam mortuū non est, & econuerso, si aliqd mortuum est, corpus aiatum non est, & si corpus aiatum non est, homo non est: & similis rō est de cōbusto & domo, vt patet: & ꝯn̄ter denominatiua a morte: & hmōi sumpta non sunt accn̄talia prædicata, sed repugnantia. Et si cōtra hoc instetur) quia lex ppōnum in materia remota hæc est, ꝙ affirmatiua semper est falsa, & negatiua vera in hmōi aūt & affirmatiua & neg. est vera, sunt n. ambæ istæ verę, homo est mortuus & hō non est mortuus. Rn̄dendum est: ꝙ illa regula intelligit̄ seruata idētitate subiecti, nō secundum vocē, sed secundum rē: cuius oppositū in opposito accidit: qm̄ ly mortuus, in affirmatiua ppōne non denominat hoiem, sed ratione ampliatur vis q̄ habet, quia est participium præteriti tp̄is verificatur de eo q fuit homo, & in negatiua verificat̄ de eo q est homo. ampliat. n. ad eos q sunt vel fuerunt hoīes. (Et si vlterius inquirat̄) eo modo quo veræ sunt hmōi affirmationes qd prędicant, 2. Dub.

accidentale prędicatum an proprium. Dicendũ est, ꝙ prædicationes huiusmodi in sensu vero sunt per se pertinẽtes ad quartum & secundum modum perseitatis reductiue, ideo prædicant proprium & non accidens ꝙ autem huiusmodi propositiones in sensu vero sint per se patet ex ipso sensu: cum enim dr̃ homo est mortuus, subiectum pro quo verificatur est hoc qd' dico. olim hõ seu homo præteritus, est mortuus. Constat autem ꝙ fuisse hominẽ ratio est ꝙ mortuus sit, qm̃ ex præteritione vitæ causaẽ mors. (Nec obstat) ꝙ subiectum talis propositionis est totum disiunctum s. quoniam est, vel fuit hõ: de quo nõ prædicatur per se mortuum esse, hoc inquã non obstat: qm̃ non simpliciter diximus eam esse per se, sed diximus eam, in sensu vero, i. comparando prædicatum ad illam partem subiecti ratiõe cuius verificatur propositio. sunt ergo denominatiua a morte & cõbustione, & huiusmodi sumpta respectu eorum, quæ viuentia sunt &c. nõ prædicata accidentalia, sed repugnantia absolute loquendo. Nec diminutus fuit propterea Porphyrius non ponens sextum prædicabile, scilicet repugnans, tum quia prædicabilia, quæ vera affirmatione enunciari possunt, tradebat: tum, quia oppositorum eadem est disciplina repugnantia autem alicui sunt opposita vel generi, vel differentiæ, vel speciei, vel proprio eius: & ꝓpterea sat fuit de illis dedisse cognitionem, præsertim quia priuatio per habitum, & malum per boni rationem cognoscitur naturaliter. Et sic patet solutam dubitationem hanc esse ex ipsa accidentis expositione.

Ne me putes tu Thomista immemorem doctrinæ sancti Thomæ in secundo contra Gentiles cap 81. dixisse, ꝙ
a cõtra gẽ. cap. 81. in ista diffinitiõne ly subiecti, sumitur non pro quocũq; subiecto sed subiecto ꝓpositionis. Noui. n. ꝙ ipse ibidẽ glosat, ꝙ accidens est quod adest & abest præter corruptionem subiecti i. cõpositi ex materia & forma: & qd' subdit per subiectum nõ posse intelligi materiam primã, quæ principium subiecti compositi est. Sed mens eius contraria nostris dictis nõ est, quia non intendit ibi glosare hanc diffinitionẽ ad literam, sed quoniam arguendo diffinitio hæc applicata est ad realem vnionem formæ in suo susceptiuo. propter proportionalem similitudinem quæ est inter prędicationem prædicati accidentalis de subiecto, & vnionem formæ accidentalis cũ subiecto, ideo respondendo, acceptata applicatione istius diffinitionis ad formam accidẽtalem, glosat modo supradicto, & causam assignat vt patet ibi. Vnde glosa sua optima est applicata hac diffõne ad discernendas formas quæ accidentaliter vniuntur, & nostra imo sua, quæ diffinitionem ipsam simpliciter respicit vera nihilominus est &c.

Diffinitur etiam sic quoque. Accidens est quod contingit eidem inesse & non inesse. Et quod neq; genus neque species: neq; differentia: neque proprium: semper autem est in subiecto subsistens.

Hic ponuntur due reliquę diffinitiones accidentis, circa quarum primam. Notandum est de ly inesse, potest dupliciter accipi, sicut in prædicta diffinitione distinctum est. si accipiatur in esse pro affirmatione, & nõ inesse pro negatione, hæc diffinitio in hoc differt a prima, ꝙ hęc magis explicite accñtis nãm declarat, quia potentiam logicã explicat in ly contingit. quam diffinitio præcedens non explicauit. Si autem ly in esse, sumatur secundum rem, tunc ista diffinitio differt a prima, quia illa conuenit accidenti tam separabili q̃; inseparabili, ista autem separabili tantum, & hoc placet Auerro. Mihi autem magis placet
cap. 4. primum, quoniam ista diffinitio est sumpta ex primo Topicorum de verbo ad verbum, vbi expresse Aristoteles diffinit vniuersaliter accidens, prout est prædicabile ab aliis distinctum, sub quo claudi etiam accidens inseparabile non est dubium. Et confirmatur, quia ibi Aristote. duabus accidentis diffinitionibus datis, s. hac & sequente hãc laudat. Circa vltima vero diffinitionem nihil notandum occurrit: nisi ꝙ vltima particula, scilicet semper autem est in subiecto subsistens, non solum ea ratione addita est, quia diffinitio per puram negationem dari nõ debet, sed etiam ad differentiam prædicatorum repugnantium, quæ in subiecto nunquam subsistunt, sed semper procul a subiectis, quibus repugnant, sunt: intelligẽdũq; est accidens semper in subiecto non inhæsionis vniuersaliter, sed prædicationis oportere subsistere, quoniã sicut accñs secundũ rẽ nõ nisi subiecto inhæsionis sustentatum inuenit, ita ꝓdicatũ accidentale, vt sic, sustẽtãte eget subiecto aliter accidentale non esset, sicut adiectiuum, si substantiuo, non egeret, adiectiuum non esset &c. Cap. 5.

OMnibus igitur determinatis quæ ꝓposita sunt. dico autem genere: specie differentia: proprio et accidente: dicendum est quæ eis propria sunt & communia. Commune quidem omnibus est de pluribus prædicari. Sed genus quidem de omnibus speciebus & de indiuiduis & differentia similiter prædicatur. Species quidem de his quæ sub ipsa sunt indiuiduis. At uero proprium de specie cuius est proprium: & de his quæ sub specie sunt indiuiduis. Accidens autem & de speciebus & de indiuiduis. nanq; animal & de æquis & bobus & de canibus prædicatur quæ sunt species: & de hoc æquo & hoc boue quæ sunt indiuidua. Irrationabile uere de equis & bobus & de his quæ sunt particulares prædicatur. Species autẽ ut homo, de inferioribus & de his qui sunt particulares prædicatur. Proprium autem: quod est risibile: de homine & de his quæ sunt particulares prædicatur. Nigrum autem de specie coruorum. & de his qui sunt particulares: quod est accidens inseparabile & mouere de homine & de æquo: quod est accidens separabile: sed principaliter quidem de indiuiduis. secundario uero & de his quæ continent indiuidua. Commune est autem generi & differentiæ continentia specierum: continet enim & differentia species & si non omnes quot genera. rationale enim etsi non continet irrationabilia ut genus quemadmodum animal: sed continet hominem & deum, quæ sunt species. & quæcunque prædicantur de genere ut genus & de his quæ sub ipso sunt speciebus prædicantur. quæcunque de differentia prædicantur ut differentia: & de his quæ sub ipsa sunt speciebus prædicabuntur. Nam cum genus sit animal non solum de eo prædicantur ut genera, substantia & animatum: sed etiam de his quæ sub animali sunt speciebus omnibus prædicantur usque ad indiuidua. Cũq; sit differentia rationale: prædicatur de ea ut differentia id quod rationale uti. & non solum de eo quod est rationale: sed etiam de his quæ sub rationali sunt speciebus prædicabitur ratione uti. Cõmune autem est & perpetuo genere uel differentia simul perimi quæ sunt sub ipsis quemadmodum si non sit animal non est æquus neque homo: at si non sit rationale nullum erit animal quod utatur ratione. Proprium autem generis est de pluribus prædicari quam differentia & species & proprium & accidẽs animal enimue homine & equo & aue & serpente prædicatur. quadrupes uero de solis quatuor pedes habentibus: homo uero de solis indiuiduis: & hinnibile de equis & de his qui sunt particulares & accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere quibus diuiditur genus. non eas quæ complent substantiam generis. Amplius genus continet differentiam potestate. animalis enim hoc quidem rationale est: illud uero irrationale. Amplius genera quidem priora sunt his quæ sub se sunt positæ differentijs: propter hoc quidem q. simul eas auferunt: non autem simul auferuntur. sublato enim animali auferunt rationale & irrationale. Differentiæ uero non auferunt genus: nam si omnes interimantur: tamen substantia animata sensibilis subintelligi potest: quæ est animal. Amplius quidem genus in eo quod quid est. differentia uero in eo q. quale est prædicatur: quemadmodum dictum est. Amplius genus unum

quidem est secundum unamquamq; speciem: ut est hominis id qd animal differentiae uero plurimae: ut rationale: mortale: mentis & disciplinae perceptibile: quibus ab alijs differt. & genus quidem consimile est materie. formae uero differentia. Cum autem sint & alia communia & propria generis & differentiae nunc ista sufficiant. Genus autem & species commune quidem habēt de pluribus praedicari: quemadmodum dictum est. Sumatur aūt species ut species: non autem ut genus, si fuerit idem species & genus. Commune autem his est & priora his esse de quibus praedicantur, & totum quoddam esse utrunq;. Differunt autem eo q; genus quidem species continet. species uero continetur & non continet genera, in pluribus enim est genus quam species. Genera quidem praeiacere oportet, & informata differentijs specificis perficere species. unde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimentia sed quae simul non interimantur, & species quidem cum sit est genus. genus uero cum sit non omnino erit species. Et genera quidem uniuoce de speciebus praedicantur, species uero de generibus minime. Amplius genera quidem abundant earum, quae sub ipsis specierum sunt continentia. species uero de generibus abundant proprijs differentijs. Amplius nec species fiet unquam generalissimum, nec genus fiet unquam specialissimam. Generis autem & proprij commune quidem est sequi species. Nanque si homo est animal est, & si homo est risibile est. Et aequaliter dicitur praedicari genus de speciebus, & proprium de his quae participant illo. aequaliter enim & homo & boe animal est, & Cicero & Cato sunt risibiles. Commune autem est his uniuoce praedicari, genus de proprijs speciebus, & proprium de his quorum est proprium. Differt autem genus & proprium, quoniam genus prius est. posterius uero proprium, oportet enim esse prius animal de hinc diuidi differentijs & proprijs: Et genus quidem de pluribus speciebus praedicatur, proprium uero de una sola specie cuius est proprium, & proprium quidem conuersim de eo cuius est proprium praedicatur. Genus uero de nullo conuersim praedicatur, nam nec si animal est, homo est, nec si animal est risibile est. si uero risibile est homo est, & econuerso. Amplius omni speciei inest proprium cuius est proprium & soli & semper. genus uero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus, et semper, non autem soli. Amplius autem species quidē interempte non simul interimunt genera quorum sunt species, propria uero interempta interimunt ea quorum sunt propria, & his interemptis ipsa simul interimuntur. Generis uero & accidentis commune est de pluribus, quemadmodum dictum est praedicari, siue separabilium sit accidens, siue inseparabilium. etenim moueri de pluribus, & nigrum de coruis & de omnibus aethiopibus & aliquibus inanimatis praedicatur. Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante species est: accidentia uero spēbus posteriora sunt nā etsi inseparabile accidens sumatur tamen prius est illud cui accidit quam accidens, & genera quidem quae participant aequaliter participant, accidentia uero non equaliter. Intensionem uero & remissionem suscipiat accidentium participatio, genera uero minime. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter consistunt genera uero & species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs. Et genera quidem in eo q; quid sit praedicantur de his quae sub ipsis sunt, accidentia uero in eo q; quale aliquid sit, uel quomodo se habet unumquodq;. qualis est enim aethiops interrogatus, dicis niger, & quomodo Socrates se habet, dicis quoniam sedet uel ambulat. Genus ergo quomodo ab alijs quatuor differat dictum est. Contingit autem etiam unumquodq; aliorum differre ab alijs quatuor, ut cum quinq; quidem sint, unūquodq; autem ab alijs differat, quater quinque uiginti fiunt omnes differentiae, sed semper posterioribus enumeratis, & secundis quidem una differentia superatis, propterea quia iam sumpta est, tertijs uero duabus, quartis uero tribus, quintis uero quatuor, decem sunt omnes, quatuor tres due una. Genus etenim differt a differentia & a specie & proprio & accidente. quatuor ergo sunt omnes differentiae, Differentia quo differt a genere dictum est: qñ quo differret genus ab ea dicebatur. relinquitur ergo quo differat differentia a specie & proprio accidenti dicere, & sunt tres. Rursus species quo quidem differt a differentia dictum est quando quo differret a specie differētia dicebatur. Quo autem differat species a genere dictum est, quando quo differat genus a specie dicebatur. Reliquum est igitur ut quo differat species a proprio & accidēti dicatur, & sunt due. Quo autem differt proprium ab accidenti relinquitur. Nam quo a genere & specie differat praedictum est in illorum ad ipsum differentijs. Quatuor igitur sumptis generis differentijs ad alia, tribus uero differentie duabus speciei, una autem proprij ad accidens decem erunt omnes, quarum quatuor que erant generis ad reliquas superius demonstrauimus Commune igitur est differentiae & speciei aequaliter participari. Homine enim aequaliter participant particulares homines, & rationali differentia. Commune uero est semper adesse his quae eorum participant, semper enim Sor. rationalis est, & semper Sor. homo est. Proprium autem est differentiae quidem in eo q; quale sit praedicari speciei, uero in eo q; quid est. Nam si homo uelut qualitas accipiatur non erit tamen simpliciter qualitas, sed secundum id quod generi aduenientes differentiae eam constituerunt. Amplius differentia quidem saepe in pluribus speciebus consideratur quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus, species uero in solis his quae sub una specie sunt indiuiduis. Amplius differentia quidem prima est ab ea specie quae est secundum ipsam, simul enim ablatum rationale interimit hominem, homo uero interemptus non aufert rationale, cū sit deus. Amplius differentia quidem componitur cum alia differentia rationale enim & mortale compositum est in substantia hominis. species uero speciei non componitur ut gignat alteram speciem, quaedam enim equa cuidam asino permiscetur ad muli generationem, equa autem simpliciter asino nunquam conueniens est perficere mulum. Differentia uero & proprium communē quidem habent equaliter participari ab his quae eorum participant. aequaliter enim & rationalia, rationalia sunt & risibilia sunt risibilia. & semper et omni adesse commune utriq; est. si enim curretur qui bipes est non substantia perit, sed ad id ad quod natum est semper dicitur, nam & risibile ad id quod natū est semper dicitur, sed non in eo quod semper rideat. Proprium autem differentiae est, q; haec quidem de pluribus speciebus dicitur saepe ut rationale de homine & de deo, proprium uero de una sola specie cuius est proprium, & differentia illis est consequens quorum est differentia, sed non conuertitur. propria uero conuersim praedicantur de his quorum sunt propria. Differentiae autem & accidenti commune quidem est de pluribus dici. commune uero ad ea quae sunt inseparabilia accidentia semper & omnibus adesse bipes enim semper adest omnibus coruis, & nigrum similiter. Differunt autem q; differentia quidem continet & non continetur, continet enim rationalitas hominē accidentia uero quodammodo continent, eo q; in pluribus sunt quodammodo continentur, eo q; non unius accidentis susceptibilia sunt subiecta, sed plurimorum. Et differentia quidem intensibilis & irremissibilis est, accidentia uero minus & magis recipiunt & impermiste sunt quidem contrarie differentiae, mi-

sta uero contraria accidentia. huiusmodi quidem communiones & proprietates differentiæ & cæterorum sunt: species uero quo quidem differat a genere & differentia dictum est in quod dicebamus quo genus differat a cæteris: & quo differentia differt a cæteris. Species uero & proprij commune est quidem de se inuicem prædicari. Nam homo risibile est, & risibile homo est. risibile uero quoniam secundum id quod natum est dicitur. sæpe iam dictum est. Equaliter enim sunt species his quæ eorum participant: & propria quorum sunt propria. Differt autem species a proprio: quoniam species quidē potest & alijs esse genus: proprium uero aliarum specierum esse impoßibile est & species quidem ante subsistit quam proprium, proprium uero post fit in specie, oportet enim ante hominem esse: ut sit risibile. Amplius species quidem semper actu adest subiecto, proprium uero aliquando actu potestate uero semper: homo enim semper actu est Socrates: non uero semper ridet quāuis sit natura semper risibilis. Amplius quorum termini differentes sunt et ipsa sunt differentia, est autem speciei terminus esse semper sub genere: & de pluribus differentibus numero in eo quid sit prædicari & cætera huiusmodi: proprij uero est soli & semper & omni adesse. Speciei uero & accidentis commune quidem est de pluribus prædicari. raræ uero aliæ sunt communitates: propterea quoniam quam plurimum distant a se accidens & id cui accidit. Propria uero utriusque sunt speciei quidem in eo quod quid est prædicari de his quorum est species: accidentis autem in eo quod quale quiddam est uel quomodo se habens. & proprium est unamquamque substantiam una quidem specie participare, pluribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Et species quidem ante subintelligi potest quam accidentia: uel si sint separabilia, oportet enim ante esse subiectum ut illi aliquid accidat, accidentia uero posterioris generis sunt, & aduentitiæ naturæ & speciei quidem participatio æqualiter est: accidentis uero uel si inseparabile sit non æqualiter. æthiops enim cum alio æthiope habebit colorem uel intensum uel remissum secundum nigredinem. Restat igitur de proprio & accidente dicere: quo enim proprium a specie & differentia & genere differt dictum est. Commune autem proprij & accidentis inseparabilis est, quòd præter ea nunquam consistant ea in quibus considerantur. quemadmodum enim præter risibile non subsistit homo, ita nec præter nigredinem subsistit æthiops, & quemadmodum semper & omni adest proprium, sic & inseparabile accidens. Differt autem, quoniam proprium uni soli speciei adest, quemadmodum risibile homini: inseparabile uero accidens, ut nigrum non solum æthiopi, sed etiam coruo adest & carboni et ebeno & quibusdam alijs, quia proprium conuersim de eo cuius est proprium prædicatur & qualiter, inseparabile uero accidens conuersim non prædicatur. Et proprij quidem æqualis est participatio, accidentium uero hic quidem magis illa uero minus. Sunt quidem & aliæ communitates uel proprietates eorum quæ dicta sunt: sed sufficiant quidem hæc ad descriptionem eorum quæ dicta sunt communitatisque traditionem.

THOMAE DE VIO

CAIETANI

IN LIBRVM PRAEDICAMENTORVM

CLARISSIMA COMMENTARIA

PROOEMIVM.

CONSVETVM Auerrois (in procemio physicorū) est, vt expositores in principio librorum octo ꝑlibēt, s. intentionem, vtilitatem, ordinem, diuisionem, proportionem, viam doctrinæ nomen libri: & nomen auctoris: & ideo morem hunc seruare intēdentes, hoc in loco vbi principium doctrinæ peripateticę est, ab operis huius intentione exordiamur, qm̄ autem difficile admodum est finem ꝓprium tractatus huius clare inspicere. ex totius Logicæ fine tentandum est inuenire illum. Logica cum nihil aliud sit q̄ ars actuum rationis directiua, ordinatur ad ipsum rationis opus, vt ꝓprium finem ita q̄ Logici negocij intentio primaria est reddere operationes rationis rectas faciliter & prōpte, sicut finis effectus artis cuiusq; est, rectitudinē in operationibus suis ponere, faciliter et prompte. Operationes autem rationis cum tres sint, s. simplex apprehensio compositio, & diuisio, & discursus: tres quoque esse partes logicæ necesse est, & vnaquæq; operatio recte exerceri possit. At regulandum aūt discursum inuēta est ars tradita in libro priorum, & cōsequentibus vsq; ad finem logicæ. Ad cōpositionem vero & diuisionem ars tradita in libro Peri hermenias inuenta est Ad dirigendam autem primam operationem, quæ indiuisibilium intelligentia dicitur, prædicamentorum liber nunc exponendus, inuentus asseritur: sufficienter tamen id per hoc opus fieri nequaquam affirmatur. Quia vero in prima operatione intellectus nec falsitas nec veritas inueniri potest, quoniam intellectus tunc non affirmat aut negat, & operatio rationis ideo regula eget: quia a propria perfectione, quæ veritas est, deficere potest, non facile est intelligere. quomodo operatio prima intellectus regulatur a logica Singularis etiam difficultas est, quomodo ab arte hic tradita dirigatur. Sciendum igitur est, q̄ prima operatio intellectus, etsi ad incōplexum terminetur, quod vt sic, nec verum nec falsum est, multipliciter tamen contingit admisceri sibi verum vel ac per hoc dupliciter de ea loqui possumus. Vno modo per se, i. in sua puritate. Alio mō per accidens, i. vt ei admisceatur aliquid alterū, puta cōpositio vel applicatio. Si loquamur de prima operatione intellectus per se, sic ex parte sui regula non eget dante ei rectitudinē, qua ad obiectum absq; errore pertingat: qm̄ intell's secundum primā operationē aut totum, aut nihil attingit, qm̄ ad incōplexum vt sic quod indiuisibile sonat, tendit, simplicia autē, vt in nono metaphysice dr̄, aut nō attingunt, aut sm̄ totum attinguntur: & cōsequenter, cū omnis error in cōponendo vel diuidendo, vel discurrendo &c. contingat, prima operatio intellectus per se expers est erroris. Eget tamen regula ex parte obiecti, dante ipsi intellectui facilitatem & promptitudinem ad attingendū suum obiectum & hoc fit per librum istum. Erat siquidem ens incomplexum, quod est obiectum primæ operationis, confuse dispersum & obscurum in vniuerso, ita vt simplex puta albedo præsentata esset, quod quid est eius intueri difficillimum, foret, qm̄ confusione quadam albedinis natura cū figuris, cum quantitate, cum substantia, cū relatione mista est: mō aūt distinctis eerum ordinibus & adunatis, cuiusq; ordinis rebus, ad decem incomplexa, insignita suis ꝓprietatibus, velut quibusdā figuris, facile ac prompte circa quodcunque incomplexū audemus intellectus

In principio.

Tex com. ultimi.

aciem figere. Tollitur siquidem ex adunatione oium incomplexorũ ad decem capita vagatio intellectus ad incomplexorum notitiam habẽdam: ita φ sicut discursus argumentationis finibus concludit, & sicut intellectus cũ discurrendo aliquid quærit, certis modis discurrẽdi assumptis, securus incedit, ita, cum simplr aliqđ apprehendere volumus, decem hæc incomplexa circũspicimus, & non oportet nos vagari p res dispersas in toto vniuerso, cum infinitate quo ad nos, & pñr in certitudine. Tollitur quoque ex distinctione & ordinatione horũ decem incomplexorum confusio, qua limpide inspici ab intellectu ꝓhibebantur. Tollit vltimo ex assignatione ꝓprietatum eorũdem obscuritas, qua occultata manebãt, dum quæ ea præferrent signa nõ haberent. Certe igit & faciliter ac prompte, simplicia apprehẽsibilia fiunt a nobis p prædicamentorum doctrinam. Si aũt loquamur de prima operatione intellectus per accñs, sic regula eget: et eius regula est ars diffinitiua, sicut regula discursus est ars syllica. Ars autẽ diffinitiua adhuc ab antiqs vel tradita non est, vel ad nos non puenit. esset aũt illius artis determinare quid sit diffinitio, & ex quibus cõstat, & qualibus, & de passionibus eius, & partibus subiectiuis, sicut de demõstratione tractatur in lib. poster. In hac quoq; arte determinãdum esset qd genus & quid spẽs &c. qm̃ diffinitionis natura sine his intelligi non põt: & ante librum Topic. hæc ars locum habet, qm̃ regulatiua est intellectus ad notitiã incõplexi, dialectica vero regulat ad notitiã cõplexorum problematum &c. Et quis hæc ars nõ habeatur, præsens tñ liber eius inchoatio quædam est, qm̃ cum tripl' errare contingat diffiniẽdo, s. in applicatione partiũ diffinitionis ad diffinitum: & in coniunctione partiũ diffinitionis inter se, & in applicationis totius diffinitionis ad diffinitũ. primus error ex hoc libro quõ vitandus sit habetur inchoatiue, qm̃ hic docemur cui prima pars cuiuscũq; diffinitionis recte aut nõ recte applicetur, dum per ꝓprietates cuiusq; gñalissima discernimus oĩa contenta sub vno gñe, a contentis sub alio gñe. Est ergo præsentis opis intentio adunare ad decẽ gña oĩa entia dispersa & infinita, ordinareq; distinguere, ac sigillata suis ꝓprietatibus clarificare, vt sic primam operationem intellectus & p se & p accñs sumptam dirigere queat: sed dirigere primã opationem puram est finis ꝓprius & adeptus, dirigere aũt eam admistam est finis cõis etiam arti diffinitiue, & hic tantũmodo inchoatus cõsumandus in arte diffinitiua. Et qm̃ res incõplexę, nõ adunantur et distinguuntur cum condõnibus, quas habent in rerũ natura, sed vt sic acceptæ, p intellim, .i. vt stant sub simplici apprehẽsione intellectus, .i. vt obiectę simplici apprehẽsioni intellectus, & res sic acceptæ nihil aliud sunt q̃ res dictæ verbis interioribus. vel (qđ idem est) q̃ res cõceptæ conceptibus simplicibus, & res hmõi nihil aliud sint q̃ res signatæ vocibus incomplexis, qñ voces sunt signa conceptuũ & conceptus rerũ, ideo dicitur etiam ab illustribus viris, φ intẽtio huius libri est tractare de vocibus incõplexis vt signatiuæ sunt rerũ incomplexarũ. idẽ.n. est tractare de rebus vt conceptis simplici apprehẽsione, & de vocibus vt signãt illas sic conceptas, qm̃ quicquid attribuitur vni attribuit reliquo seruata tñ proportione, quia rei sic cõceptæ, & signãte attribuitur vt rei. voci, vero vt signo. hõ.n. reponitur in pdicamento subę vt res ibi posita, ly vero hõ, vt signũ illius rei, quæ est hõ. Quãuis aũt sic intellecta intentio ista sustinẽda sit, memores tñ esse oportet eius φ optime ab Aui. in principio sue logice dr. s. φ considerare de vocibus nõ est logicę negociũ ex intẽtione, sed necessitas ad hoc compulit, qm̃ res sic conceptas non nisi v̈bis exprimimus, docemus, adunamus, & ordinamus. Si n. absq; v̈bis exterioribus hæc oĩa explere possemus, solo sermone interiori contẽti, aut aliis signis hæc fierent, de vocibus tractandum non esset. Et ꝓpterea si quæratur de vocibus an de rebus principalr hic tractetur, rñdendum est, φ de rebus non absolute, sed incõplexe cõceptis, & cõsequenti necessitate significatis. Cum aũt audis res sic cõceptas adunari & reponi in pdicamentis, non arbitreris φ aggregatũ ex re & sic concipi, sit id φ adunatur & reponit &c. sed intelligas φ res habens secum sic cõcipi, vt condiõnẽ sine qua non, est id φ reponit, colligitur & significat, sicut cũ audis, ignis approximatus cõburit, nõ intelligis φ aggregatum ex igne & approximatione cõburat, sed φ ignis non cõburit, nisi sit approximatus. Est.n. incõplexũ concipi cõdnio rei ad supradicta, sicut approximatio est condnio ignis ad cõburendum. Et sic patet intẽtio operis, & φ conuenĩetius ponitur subm huius libri (sc subiectum aliquod sibi assignandũ est) ens proponibile primæ operationi interius q̃ ens ordinabile sm sub & supra, hoc.n. ad secundam spectat opationem, ad q̃ hic liber nõ primo ordinatur. Vtilitas aũt ex eo perueniẽs valde magna est, non.n. soli logicæ prodest doctrina hæc, vt pars eius, sed aliæ sciæ siue doctrinæ absq; hac expleri nõ possunt. qm̃ demõstrationum principia sunt diffinitiones, quas absq; hac cognitione pficere est impõe. Vñ in. 3 phys. Arist. quærens q̃ qd est motus, ad pdicamenta recurrit, & in secundo de aĩa quærens, φ quid est aiæ idem facit, nisi n. esset doctrina pntorum, cum quæritur alicuius φ qd est, oporteret vagando p totum vniuersum discurrere, φ illius genus primũ sit, nunc autem (vt dictũ est) limitibus positi sunt, infra quos oĩa distincte continent insignita p prietatibus suis, vt statim collatis ꝓprietatibus eius cuius quæritur φ qd est, cum proprietatibus cuiusq; decẽ generum, reponere & applicare sciamus singula singulis. Sumit quoq; peri her. doctrina, & syllica hinc vtilitatem nõ paruam, qm̃ hinc habetur essentialis ordo terminorũ incomplexorum, ex qbus fiunt ꝓpões, & ꝓcedunt demonstrationes &c. Ordo huius operis inter alia logicalia est, φ sibi debetur primus locus simplr, ita φ nõ solum pcedit artem enuntiatiuam & syllicã, sed etiam diffinitiuam, qm̃ id, φ est per se, prius est eo φ est per accñs. Dictum est aũt φ pręsens opus ordinatur ad pfectionem primæ operationis p se sumptæ, ars aũt diffinitiua ordinatur ad pfectionem eius admistæ. Erga (vt ex dictis patet) diffinire genus, spẽm &c. diffinitiue artis opus est: iõ liber iste naturalr præcedit librum Porph. ꝓpter φ consulto princeps pborum logicam ab hoc ope inchoauit. 2. Vtilitas. T. com. [illegible] T. com. [illegible] 3. Ordo.

Diuisio pñtis operis in tres tractatus sit in antepræedicamenta, prædicamẽta, & post prædicamẽta, quorum rõ cum ad textus expõnem peruentum fuerit dicet. Proportio huius libri ad ipsam logicã est ꝓportio partis ad totum, ad alios vero libros logicæ est ꝓportio ianue ad intrinseca domus. Via doctrinæ nũ est demonstratiua, sed potius diffinitiua et inductiua: vt et modus docẽdi rei q̃ docemus consonet. Nomen libri est categoriæ. i. pdicamenta. i. coordinationes decẽ generum, vel ipsa decẽ genera, q capita sunt coordinationũ. de his n. tractat liber hic. Nomen aũt auctoris est Arist. peripateticorum pñ: qui non solũ auctor sed inuẽtor huius mirabilis doctrinę fuit: vt Themistio & Auer. placet, licet Iamblicus (vt testatur Boetius) Architętarentino hũc deferat honorẽ &c. 4. Diuisio. 5. Proportio. 6. Via doctrinæ. 7. Nomen libri. 8. Nomen auctoris.

De Aequiuocis.

Equiuoca dicuntur, quorum solum nomen cõe est, secundum nomen uero substantiæ rõ diuersa. ut aĩal homo & quod pingitur: horum.n. solum nomen cõe est, secundum nomen uero substãtiæ rõ diuersa. Si quis.n. assignet quid sit utrũq; eorum quo sint animalia, proprium assignabit utriusq; rõnem.

Dicendum esset hic, quare inceperit librũ istum ab istis diffinitionibus & diuisionibus & regulis sequẽtibus antepræedicamenta, & qs inter hæc ordo sit. Sed, qm̃ rõ ordinis absq; ordinatorũ notitia nõ percipitur, et notitiis loquimur, iõ differremus hæc vsq; ad finẽ huius primę partis, interim aũt singula exponere sufficiat. Et, qm̃ a Tanto philosopho diffinitiones istæ datæ sunt, singula notãda sunt verba antiquos expositores imitãdo. Equoca ergo diuersis respectibus, & noĩa, & res signãte dicuntur. Dr enim nomen aliqđ æquiuocum, quia signãt plura secundum diuersas rões, vt ly canis, signãt cælestem, marinũ, atque terrestrem canem. Ipse vero res signãte dñr æquiuoce, nõ quia signãt, sed quia signantur vnico vocabulo diuersis rõnibus. vt sydus illud, & piscis, & aĩal latra-

bile æquiuoca appellantur. Vnde ipsum nomen appellari consueuit æquiuocum æquiuocãs, res vero æquoca ęquiuocata & quia Arist. res adunãturus, vt stant sub incomplexis cõceptibus vt dictum est, iõ a rebus incæpit, intendens per æquiuoca, æquiuoca æquocata, vnde & coactus est in numero plurali æquoca diffinire, eo q res vna ęquiuocationis capax nõ est sine altera, oportet.n. ad minus duas res significari vno noie, vt æquiuocatio esse posset. Signanter quoq; dixit dñr, & non dixit sunt: qa rebus non cõuenit æquiuocari vt sunt in rerum natura, sed vt sunt in vocibus nostris. æquocari.n. præsupponit vocari, q rebus ex nobis accidit. Ly nomen, nõ accipitur hic prout est vna pars orõnis distincta contra verbũ, participium &c. qm etiam in verbis & participiis &c. æquiuocatio inuenitur, sed sumit nomen pro voce signatiua ad placitum, quæ dr nomen quasi notamen i. mentis nota. Verbum.n. & vlter oĩs huiusmodi vox, inqtum absolute significat rem aliq; nomen dr ab Arist (in primo Peri herme.) Ly solum non excludit oĩa alia in nomine, sed rõnem eius tantum, de qua subdit, q est diuersa: nihil siquidem obstat æquocis, si eis & nomen cõe, & multa alia cõia sint, dummodo rationem noĩs communem nõ habeant. Ly rõ, licet multiplr sumi possit, hic sumitur nõ pro diffinitione, qm res gñalissimæ, æquiuoca dici non possent, eo q diffinitione carẽt, sed sumitur pro cõceptu significato p nomen, qui in habentibus diffinitionẽ est diffinitio ipsa, in non hñtibus vero diffinitionem rõ, q; significat nomen, vocat: & nihil aliud est q id q directe significatur p nomen. Ly substantiæ, sumitur p quidditate, ita q idem est dicere ratio subæ, & rõ quidditatis. Ly secundum illud nomen, determinat ly ratio subæ, qm non de quacũq; ratione substantiæ ipsorum æquocorum sermo est, sed de ea rõne subę, quę significatur in eis per illud nomen cõe, in quo ęquiuocantur: & qm illa est, quæ responderur ad interrogationem factam p quid est, quæuis illarum rerum, vt signatur: nomine illo cõi. ver. gra. quid est animal latrabile, inqtum canis: qd est piscis ille inquãtum canis &c. iõ talis ratio dicta est ratio subæ, idem quidditatis illorum æquocorum non absolute, sed secũdum illud nomen. Rñsio nãq; ad quid, quidditatis ratio recte dicit. Ly diuersa, non coartatur ad diuersitatem simplr, sed cõmuniter accipit, vt comprehendit sub se diuersitatẽ simpliciter vel secundũ quid, totaliter vel partialr: ita q ęquiuoca dñr & illa, quorum rõ secundum illud nomen cõe est penitus diuersa, & illa, quorum rõ secundum illud nomen cõe est aliquo modo diuersa. Et propter hoc caue ne dixeris hic esse diffinita tm pure æquiuoca, q alio vocabulo dñr æquiuoca a casu, sed dicito æquiuoca in cõi, vt cõprehendunt analoga, q æquiuoca a consilio sunt, & pure æquiuoca diffiniri: & q puræ æquocis conuenit hre rationem subæ diuersam penitus, analogis vero diuersam aliquo mõ. Suadetur autem hanc esse mentẽ Arist. tum ex exemplo subiũcto, qm homo verus & hõ pictus, modo non pure ęquiuoce dñr animal, sed æquocatione a cõsilio, seu analogicæ, vt patet ex rõnibus eorũ secundum illud nomen, qm non sunt penitus diuersę, sed aliquo mõ eædem. Quærenti.n. qd est homo secundum q aĩal, respondetur q est suba animata sensibilis. Quęrenti aũt qd est homo pictus secũdũ q aĩal, rñdetur q est imago subæ animatę sensibilis: vbi expresse apparet rõnes non esse penitus, sed aliquo mõ diuersas. Tum ex intentione operis, qm ad quodcũq; ordinetur cõiter asseritur q intendit diffinire hic res vt adunantur sub vocibus transcẽdentibus, quas constat nõ pure æquiuocas, sed analogas esse. Quot autem modis cõtingat variari analogiam & quõ, nunc, qm summarie loquimur, silentia pertransibimus, specialem de hoc tractatum si Deo placuerit cito cõfecturi. Est igitur sensus totius diffinitionis, q æquiuoca æquocata dicuntur illa entia, quæ significãtur vno quidem nomine, sed secundum illud vnũ non habent vnum conceptũ, sed diuersos simpliciter vel secundum quid &c.

De Vniuocis.

Vniuoca dicuntur, quorum nomen commune est & secundum nomen eadem rõ substantiæ. ut animal homo, atque bos: communi.n. homine utraq; animalia nuncupantur, & est substantiæ ratio eadem. Si quis enim aßignet utriusque rationem quid utrunque sit, quo sint animalia, eandem aßignabit rationem.

Tota ista diffinitio intelligẽda est sicut præcedens, excepta vltima particula. Est siquidẽ duplex vniuocum, s. vniuocans vniuocatũ: & de vniuocatis est modo sermo. & in numero plurali &c. sicut superius exposuimus. vltima autem particula. (s. ly eadẽ) non dicit idẽtitatem simpliciter, vel secundum qd sed idẽtitatem simplr, ita quod licet ad æquiuocationẽ sufficiat qualiscũq; diuersitas rõnis sm illud nomen, ad vniuocationem tñ non sufficit qualiscũque idẽtitas rationis secundum illud nomen, sed exigitur q rõ vniuocatorum, quę attenditur penes illud nomen in quo vniuocãtur, sit totalr eadem, & nihil plus aut minus includat vnum q reliquum in rõne illius nominis. Fundamentalis vero rõ huius est, quia malum contingit omnifariã, ex particularibus defectibus, bonum aũt vno modo ex cã integra, vt Arist. & Dionysius docent. Ad pulchritudinem siquidẽ hominis requiritur, q oĩa membra consonẽt, ad turpitudinem vero sufficit vnius mẽbri, puta oculorum deformitas. æquocatio aũt ex parte mali se tenet, qm diuersitatem sequitur, q in astrologia malorum est: & iõ siue sit diuersitas simplr, siue aliquo modo, æquiuocatio fit. Vniuocatio vero, qm vnitatem sequit, quę in bonorũ coordinatione est, non cõsurgit nisi omni diuersitate ablata totalr eadem sit rõ vniuocatorũ secundum vniuocum nomen. vt aĩal nomen cõe & vniuocum est homini & boui: qm tam homo q; bos aĩal vocat, & rõ eorum, inqtum animalis nomen habẽt, eadem totaliter est. Quærenti.n. qd est homo, sm q est aĩal, respondetur substantia aĩata sensibilis. Quęrẽti quoq; qd est bos sm q est aĩal, rñdetur suba aĩata sensibilis. Vbi apparet oĩno eã reddita rõnem sm vniuocũ nomen. Aduerte hic ne imbuaris ignorãtia prauæ dispõnis, q glosa ista, quæ vnde venerit nescio, s. vniuoca dñr, quorum rõ ea eadem & æqualr participata, destruit textum: qm vere vniuoca sub æquocis ponit, & a logica veritate aliena est: qm ad vniuocationem sm veritatẽ & Albertum hic & S. Tho. quarto metaph. lectu. prima, sufficit oĩmoda indistinctio vniuocatorum in conceptu noĩs vniuoci: et in hoc oẽs antiqui, quos vidi, cõsentiunt nec puto aliũde ortam glosam hanc q; ex in cõprehensione vnitatis analogicæ. Dicito ergo tu, analoga sub æquocis cõprehendi, & his chimeris mentẽ ne impleas. Aduertendum quoq; diligẽter est, q stantibus oĩbus supradictis, adhuc diffinitio illa habet duplicem habitudinẽ, quæ intelligi põt esse inter vniuocata, per ly subæ, positum in diffinitione eorũ. Potest enim intelligi primo, vt ly subæ denotet substantiã, i. qdditatem ipsorũ vniuocatorum, ita q ad vniuocationẽ requiratur, q rõ significata per illud nomen cõe, sit ratio, i. conceptus, nõ eorum quæ sunt extra qdditates vniuocatorum, sed sit ratio subæ, i. quidditatis eorũ: & sic ly ratio conditionatur hinc & idẽ. ex parte siquidẽ nominis, quia debet esse signata directe, & primo p illud nomen cõe, & propter hoc apponit ly secundum nomen, ex parte vero rerum. qa debet esse intrinseca seu essentialis illis: & ppter hoc apponitur ly subę. Alio mõ potest intelligi vt ly substantię nõ denotet quidditatem rerum vniuocatarũ in se, sed quidditatem earum vt hñt id, q per illud cõe nomen significatur, siue illud sit subale siue accñtale illis vniuocatis, & sic non solũ ly ratio, sed hoc totũ, q. dico, ratio substantiæ, cõditionatur per ly secundum nomẽ, & ad vniuocationem sufficit, q aliqua duo cõueniant in aliquo nomine, & q, vt induunt illud nomen, habeant eũdem oĩno conceptũ, siue ille conceptus sit essentialis illis, siue accidentalis: istæ secũdus sensus extendit diffinitionẽ hanc ad omnem vniuocationẽ, ita q sm eum boui & leoni, animal est vniuocum, & coloratũ & magnum & pulchrũ, & videri & audiri: & breuiter cõprehenditur sub ista diffinitione vniuocatio essentialis, & accñtalis, per se & p accidens, intrinseca et extrinseca. primus vero sensus diffinitionẽ hanc extra essentialr vniuoca nõ trahit, qualia sunt gña, differentiæ, spẽs. Secundus rursus sensus dignus Arist. in-

Bonum cõstat ex integra causa: in actionem vero omnem, fortiam.

Patet primo meta.

4 metaph. & primo ce. com. 2.

tentione videtur: quia vſr comprehendit vniuoca. Sed mihi apparet, ꝙ primus ſenſus ſit ſecũdum intentionem eius: qm̄ infra, in prædicamento ſubſtantiæ, dicet, accñtia non prędicari ſecundum nomen & rõnem de ſubſtantia, ꝙ nihil aliud eſt ꝙ̃ dicere ꝙ nõ prædicantur vniuoce per locum a diffinitione ad diffinitũ: & rurſus ponet, proprietatem ſubſtãrum ſecundarum & differentiarum earũ, vniuoce prædicari de primis: ꝙ falſum eſſet. ſi vniuocatione ſic amplo vocabulo vteretur: & p̃ſertim, quia ibi meminit ſe ad hanc diffinitionẽ. Accedit ad hęc, ꝙ vniuoca cõi vocabulo non cõſueuimus dicere niſi eſſentialr̃ vniuoca, ꝙ ex hoc vno percipi põt, quia diſputantes vtrum prædicamenta habeant aliqđ cõe vniuocum, abſq; diſtinctione intelligimus de vniuocatione eſſentiali, qm̄ de accñtali nullus dubitat, quaſi vniuoca accñtaliter nõ niſi ſint vniuoca niſi ſecundum quid. Vnde dicẽdum eſt, ꝙ primus ſenſus eſt intentus ab Ariſt. nec tñ erat opus aliter diffinire vniuoca accñtaliter, quia ex iſta diffinitione faciliime ſumitur omnium vniuocorũ ratio. diffinitis enim vniuocis ſimplr̃, facile eſt determinare quid ſint quodãmodo, ſeu ſecundum quid vniuoca &c.

De Denominatiuis.

Denominatiua uero dicuntur, quæcũque ab aliquo ſolo differentia caſu ſecundum nomen habent appellationẽ. ut à grammatica, grammaticus: & à fortitudine fortis.

Tria ſunt in denominatione. ſ. forma denoĩans, res denominata, & ipſum denoĩatiuum. forma a qua res denominatur, eſt vt albedo, a qua res illa dr̃: & grammatica a qua homo grammaticus dr̃, & huiuſmodi. Res denoĩata eſt ſubiectum ꝙ ab illa forma dr̃ tale, vt hõ, lignum &c. Denominatiuum aũt eſt illud met ens, ꝙ eſt forma denomina. vt ſignificatum noĩe deſcendente a noĩe proprio formę denominantis, vt albũ, fortis grãmaticus. Dimiſſis ergo denominantibus, & denoĩatis, denominatiua diffiniuit: pluraliter quidem, non qa denoĩatio in vno nõ ſaluetur, ſed ad multitudinẽ eorũ deſignandam, ab vna forma denoĩante orientem: & a iuſtitia iuſtus iuſti iuſtũ &c. (Dicuntur vero) addidit eadẽ qua ſuperius rõne: quia. ſ. entia denominatiua nõ ſunt, ſed dicuntur. Tribus aũt conditionibus diffiniuit denoĩatiua. Prima eſt, ꝙ hñt appellationem ſecundum nomen ab aliquo. Scđa eſt, ꝙ differãt caſu ab illo. Tertia eſt, ꝙ ſolo prædicto. caſu differãt ab illo. prima nihil aliud ſonat, niſi ꝙ denoĩatiuum debet deriuari ab illa forma denoĩante ſecundum nomen: non ita ꝙ nomen denoĩatiuum oporteat formari ſecundũ vocẽ, a nomine formæ denoĩantis, cum hoc plerũq; falſum ſit: qm̄ iuſtitia a iuſtus venit ſecundum eius formationẽ, & non econuerſo, & grãmatici negocij eſt tractare de hmõi nominum deriuationibus: puta ꝙ a genitiuo huius noĩs iuſtus, addito tia. formatur iuſtitia et hmõi ſed ita, ꝙ oportet nomen denoĩatiuum deriuari a noĩe formæ denominantis ſecundum naturã. ſicut. n. prius naturalr̃ res eſt ſecundum ſe, q̃ ſm ꝙ alteri adiacet, quia adiacere alteri nõ poteſt ꝙ in ſe non eſt, ita prius nãlr̃ eſt nomen formæ denominantis, puta albedo, ꝙ ſignãt ipſam albedinem ſecundum ſe, q̃ nomen denoĩatiuum: puta album q. ſignãt albedinem, vt in ſubto poſitam: & ſicut a cauſa nãlr̃ deriuatur ſuus ꝓprius effectus, ita a noĩe formæ denominãtis, ꝙ ſignificat cãm, naturaliter venit denoĩatiuum, ꝙ importat eius effectũ. albedo. n. cauſa formalis eſt eius, ꝙ eſt eſſe album. albedo. n. non cauſatur ab albo, ſed album aliquid iõ & eſt & dicitur, quia albedinem habet: ꝓpter ꝙ denominatiuum merito dr̃. non. n. aliunde habet a noĩe, ꝙ ſubſtratam rem noĩet talem, niſi quia ab ipſo denominante cuius effectus ꝓprius eſt, illud eſſe tale naſcitur ſecũdum naturæ ordinẽ. Secunda vero cõditio, ſ. ꝙ differant caſu: inſinuat. ꝙ denoĩatiua debent differre a noĩe formæ denominãtis caſu in fine vocis, i. in trãſfiguratione ſeu flexione vocis, vt ly albũ differt a ly albedine, & ly grãmaticus, a grãmatica &c. Tertia aũt conditio, ſ. ꝙ non aliter differant, ſed caſu ſolo, oñdit ꝙ non debet denoĩatiuum differre a noĩe formæ denominantis in ſignãtione hoc. n. eſſet differre nõ ſolo caſu, ſed ſignificatione etiã: & conſequenter diffinitione & eſſentia idẽ ſignificat album & albedo: qm̄ (vt infra dicet Ariſt.) album puram qualitatẽ ſignificat. differentia aũt in modo ſignãndi inuenta inter denominatiuum & denoĩans, non excluditur ꝑ ly ſolo caſu: qm̄ talis differentia comes eſt differentiæ ſecundum caſum. regula autem gñalis eſt, ꝙ dictio excluſiua nõ excludit a concomitãtibus. dicendo. n. ſolus ſortes currit, non excludit hoc riſibile a curſu. Nec ocioſe has adunauit conditiones Ariſt. ſed ſingulas ad dr̃iam aliquorum poſuit. defectu. n. primæ, ſtudioſus non dr̃ denominatiuum virtutis, licet ſecundum rẽ a virtute veniat. Defectu vero ſecundæ ly grãmatica, cum de aliqua muliere dr̃ ꝙ eſt grãmatica denoĩatiuum non eſt a grãmatica veniens vt Boetio placet, licet denoĩatiuum concedi poſſet vt per accñs non inueniri dr̃iam caſus, Ariſtotelem vero docuiſſe id, ꝙ per ſe denoĩatiuis conuenit. defectu aũt tertiæ virtuoſus non eſt denoĩatiuum virtutis. Et intelligẽda ſunt hoc de denoĩatiuis proprie & ſtrictæ. i. formalr̃ & ſimplr̃ ſumptis: quibus Ariſt. hæc ſufficere putauit, licet poſteriores non ignobiles addendũ putauerint. ꝙ illud, a quo denominatiua hñt appellationem ſecundum nomen ſit aliud a re denoĩata: quorum ſñiam propterea libenter ſequor, quia cõis vſus prædicationem denominatiuã contra idẽticam diſtinguere vr̃: & quia in Ariſt. ipſe in. 7. Metaph. textu com. 8. ex natura prædicationis denoĩatiuæ mãm diſtinctam cõcludit eſſentialiter ab oĩbus prędicamentorum naturis, vt expreſſe ibi a. S. Th dr̃. Ne aũt fateamur Ariſtotelẽ diminutũ in hac diffinitione eſſe, vel dicamus, ꝙ quaſi per ſe notam hãc particulam ſubintelligẽdam reliquit, propterea, ꝙ ly denoĩatiua, ſonat quaſi noĩs datiua, non rõnis. denominatiua. n. nomen ſolũ dant denominato, non rõnem: qm̄ prædicantur tantum ſecũdum nomen, & nõ ſecundum rationem de eis: vel gloſemus, ly habent appellationẽ non ſolum paſſiue, ſed etiã actiue. i. ꝙ appellentur ab aliquo &c. & appellẽt aliud ſ. denoĩatum. appellare aũt, cum idem ſit ꝙ nomen dare, oportet ꝙ appellans ſi pure appellans eſt, ꝙ nomen tm̄ det ei, ꝙ tali noĩe appellatur: & conſequenter oportet ꝙ ſit aliud ab eo. Qđ. n. dat nomen & rõnem alicui intimum eſt illi (vt inferius qñ hi termini declarabuntur patebit.) Vel ſecundum Albertum habẽt appellationem, i. ad aliud applicationem. Verũ ne fallaris cum audis denoĩatiuum a forma denominãte oriri, & credas propter formæ vocabulum, ꝙ res denoĩans debeat eſſe forma eius ꝙ denoĩatur. Scito, ꝙ formæ noĩe in hac materia intelligimus omne id, quo aliquid dr̃ tale, ſiue illud ſit ſm rem accñs, ſiue ſubſtantia, ſiue materia, ſiue forma nõ. n. eſt minus denominatiua prædicatio iſta, ſ. triangulus eſt ligneus, vel vas eſt terreum, q̃ iſta, homo eſt albus: venit ſiquidẽ a ligno ligneum, & a terra terreum, ſicut ab albedine albũ. Aduerte quoq; hic, ꝙ licet denoĩatiuum infra latitudinẽ vniuocorum & ęquiuocorũ nominum materialr̃ claudatur, quia differt tñ ab eis ſecundum rõnem formalem, iõ diſtincta ſunt denominatiua cõtra æquiuoca, & vniuoca: album. n. inq̃tum ab albedine venit, differens ſolo caſu, denominatiuum eſt: inquãtum in pariete & ligno eſt ſecundum vnam rationem vniuocũ eſt, licet accidentale: & ſimiliter ridens, inquãtum a riſu venit &c. denominatiuum eſt, inquantum vero ſecundum diuerſas rõnes de homine & agro florente dicitur, æquiuocum &c.

In prædicamento ſubſtantia.

T. com. 8.

De duabus diuiſionibus.

Eorum, quæ dicuntur, alia quidem ſecũdum complexionem dicuntur, alia uero ſine complexione: & ea, quæ ſecundum complexionem dicuntur, ſunt, homo currit, homo uincit: ea uero, quæ ſine complexione dicuntur, ſunt: ut homo, bos, currit, uincit.


Diffinitionibus tribus p̃ponendis iam complexis, diuiſiones inchoat. Quarũ prima eſt eorũ, quæ dicuntur. i. entium, quæ intellectu & voce dicunt, quædam dicuntur ſine complexione, & quędã cum cõplexione. Vbi nota, q. dici cum cõplexione contingit duplr̃. vno modo cum verbo, vt hõ currit, homo eſt albus, alio mõ ſine verbo, vt homo albus: & licet dici cũ complexione principaliter ſonet complexionem verbalẽ, quia verbum ipſam com-

poſitionem importat, extẽdendum tñ eſt complexionis nomen in hoc loco ad cõplexionem & nominalẽ abſque verbo.qm̃, vt expoſitores teſtantur, hæc diuiſio ſeparat ea, quæ per ſe ſunt in p̃dicamentis, ab his, quæ non niſi p partes ſunt in eis: album aũt ſunt & complexam verbali & ſine verbo. nihil.n. horum vnicũ locum habet ſecundũ ſe totum in prædicamẽto: homo.n. albus in duobus locatur gñibus, & animal rationale duo loca in prædicamẽto ſubſtantiæ habet: gñis, ſ. & differentiæ, ſi vt complexũ ſumatur: ſi autẽ circũlocutiue ad deſignandum innoiatum genus, tunc vocalis tantum cõplexio eſt non conceptuũ, et iõ interdicta ſine complexione numeratur. cõplexio.n. iſta & incõplexio, ſm conceptus, quibus ante dicuntur res q̃ vocibus, conſideranda eſt Dictũ.n. eſt iam, q̄ entia, vt incomplexe concepta, p̃dicamenta ingrediunt̃. Eſt ergo ſenſus diuiſionis, q. entium, q̃ intellectu & voce dicũtur, quædam dicuntur ſine cõplexione conceptuum, & conſequenter vocum, niſi adſit impedimẽtum: quædam vero cum complexione cõceptuum, & conſequenter vocum, niſi per accñs ſimplici vocabulo reſpondendo, ſiue verbaliter, ſiue ſine verbo hæc fiat complexio &c.

Diuiſio eorum quæ ſunt. Cap. 2.

EOrum quæ ſunt, alia de ſubiecto quodam dicuntur, in ſubiecto uero nullo ſunt. ut homo, de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine, in ſubiecto autem nullo eſt. Alia aũt in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicuntur. In ſubiecto aũt eſſe dico, q., cum ſit in aliquo, non eſt ſicut quædam pars, & impoſsibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt. ut quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt in anima, de ſubiecto uero nullo dicitur, & quoddam album in ſubiecto eſt corpore, omnis, n. color in corpore eſt. Alia uero de ſubiecto quodam dicuntur, & in ſubiecto ſunt: ut ſcientia, in ſubiecto quidem eſt in aĩa, de ſubiecto uero dicitur, ut de grammatica. Alia uero neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto dicũtur. ut aliquis homo uel aliquis equus. nihil.n. horum neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto dicitur. Simpliciter aũt quæ ſunt indiuidua & numero ſingularia de nullo ſubiecto dicũtur, in ſubiecto autem nihil prohibet ea eſſe: quædam.n. grammatica in ſubiecto eſt, de ſubiecto autem nullo dicitur.

Complexionum conſiſtentium & inconſiſtentium deſcriptio.



ad seipsum: quoniam licet sit eiusdem ad se secundū rem, non tamen secūdum rationem, quæ vtitur vno vt duobus, vt fundamento, scilicet & termino (vt patet in quinto metaphysice.) Tertium est, quod sub disiunctione dif *Infra. T.com.15. & 16.* finitionem compleuit dicens, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: propter diuersum modū, quo ad aliquid exercetur: & licet diuersitas ista sit multiplex, & vt dicetur in textu tangatur exempla inducendo hæc tamen disiunctio diuersitatem illam designat: qua alia dicuntur ad aliud secundū casum genitiuum; & hoc membrum insinuauit per ly aliorum dicuntur. alia vero dicuntur ad aliud, quomodolibet aliter, i secundum quemcūque alium casum, & quouis alio modo. Proposita ergo diffinitione statim declarat eam exemplariter quo ad vtranque disiūctionis partem & primo quo ad primam dicens, vt maius minore maius, duplum dimidij duplum dicitur & sic de aliis huiusmodi. Nec turberis quod maius dicitur ad aliud secūdum ablatiuum, quoniam græco idiomate scripsit Aristoteles, quod genitiuo pro ablatiuo vtitur: deinde adhuc subdit exempla ad idem dicens. at uero sunt etiam hęc ad aliquid, vt habitus affectus &c. quæ clara sunt, nisi quod ostendendum restat, cur hæc exempla a primis separauit. Deinde volens declarare diffinitionem quo ad secundam partem concludendo repetit eam, & statim exempla subdit secundæ partis dicens, vt mons magnus ad alium, & simile simili dicitur &c. & vltimo alia quædam ad aliquid enumerat, ex eo qd' species positionis sint vt sessionem, stationem &c. & separat denominatiua eorum ab illis dicens, accumbere autem & stare positiones non sunt, sed denominationes a positionibus sumptæ: sicut nec album est albedo, sed denominatiuum eius. Aduertendum hic est, quod, quia multipliciter exercetur relatio inter correlatiua, ideo tres distinctiones assignantur ipsorum relatiuorum. Prima est, ꝙ quædam referuntur sola flexione casuum, vt dominus serui dominus, & simile simili simile: quædam non nisi addita præpositione vel aliquo ęquiualente, vt magnum non dicitur paruum, aut paruo magnum, sed ad paruum magnum. Secunda est, quod eorum, quæ referuntur flexione casuum, alia vniformi flexione hinc & inde referūtur, vt duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidiū: alia difformi, vt scientia scibilis scientia, scibile autem non dicitur scientiæ. sed scientia scibile, vt patet difformitas casuum. Tertia est, quod eorum, quæ sola flexione casuum referuntur, siue vniformiter, siue non, alia secundum genitiuum referuntur, alia secundum alios casus, vt patet.

Quia vero non omnia nomina, quæ significant ad aliquid, ęqualiter significant relationem, ideo consueuit fieri alia distinctio, scilicet quod quædam sunt relatiua secundum esse, vt dominus duplum &c. quædam secundum *Materia se primo q.7. ad vndecimum.* dici, vt scientia sensus &c. Quæ distinctio, vt S. Tho. (in quæstionibus de potentia Dei) docet, non est intelligenda secundum distinctionem relationis realis, & rationis, ita quod relatiua secundum esse sint quæ important relationem realem, secundum dici vero, quæ important relationem rationis, quoniam patet manifeste falsitas talis intellectus, ex eo quod sensus realiter refertur ad sensibile, & scientia ad scibile: sed intelligenda est secundum distinctionem significationis nominum: ea enim vocantur relatiua secundum esse, quæ imposita sunt ad significandum primo relationem, siue realem, siue rationis, vt dominus, duplum, genus, species, prædicatū subiectum &c. Ea autem vocantur relatiua secūdum dici, quæ primo quidem significant rem absolutam, & ex consequenti important respectum, siue realem, siue rōnis. & talia alio vocabulo dicuntur significare non tam respectum q̄ absolutum respectiue, vt scientia sensus & hmōi. scientia.n. formaliter importat id quo scimus, ꝙ qualitas est: sed importat hoc adiuncta relatione ad scibile &c. & ideo ad aliquid secundum dici vocatur, omnes aūt has distinctiones Aristo. in textu tetigit. Et hāc quidem vltimo dictam signanter notauit per ly, at vero sunt etiam & hæc ad aliquid, vt habitus, adductis.n prius relatiuis secundū esse, s. maius & duplum connumerauit cū distinctionis tamen nota & relatiua secundum dici: licet per ly (at vero) posuit etiā denotari secunda distinctio, qm̄ habitus sensus scientia &c. non simili flexione conuertuntur, sicut maius & duplum. vt patet. primam autem & secundam & tertiam in declaratione illius particulæ, vel quōlibet aliter ad aliud, expresse tetigit. primam quidem in exēplo de magno, tertiam autem in exemplo de simili, licet hāc in ipsa diffinitione positam esse dictum sit, ꝙ iō euenisse creditur, quia genitiuus præcipue possessionem ostendit: & cōsequenter naturam ad aliquid ꝙ eius ꝙ dicit non est, sed alterius &c.

Inest autem & contrarietas in relatione. ut uirtus uitio contrarium cum sit, utrūque ad aliquid est: & disciplina ignorātiæ. Non autem omnibus relatiuis inest cōtrarietas: duplici.n. nihil est contrarium, neque.n. triplici, nec ulli talium.

Hic incipit secūda pars huius capituli diuisa in quatuor *Prima proprietas.* partes s̄m numerum proprietatum, quas assignat: q̄ suis patebunt locis. Prima ergo ꝓprietas, si proprietas vocari potest, quia nec omni, nec soli cōuenit, imo nulli conuenit, inquātum est ad aliquid, vt patebit, est habere contrarium. virtus n. contraria vitio est: & scīa ignorantię paruę dispositionis: et tn̄ vtrūq; est ad aliquid. Non conuenit autem omnibus relatiuis &c. & est snīa clara. Sed vnum dubium commune restat: quō verificetur in ad aliquid reperiri contrarium, & id ꝙ dictum est in prædicamento q̄ntitatis, s. ꝙ ei, ꝙ ad solam alterius relationem dicitur, quō aliquid contrarium erit. Ad hoc dr̄ ꝙ relatiua secundum id, quo relatiua sunt, contrarietatem nō habent: vt in prædicamento q̄titatis dictum fuit. vnde signanter ibi dixit Arist. ꝙ.n. non secundum se dicitur, sed ad solam alterius relationem, quō habebit contrarium: secundum illud autem ꝙ alterius generis cōcipiunt, contrarium habere possunt, vt dicitur hic. virtus.n est contraria vitio nō ratione relationis, sed qualitatis, q̄ in anima ponit. duplum autem nec ratione relationis, nec q̄titatis q̄ sequitur: q̄a q̄titati nihil est contrarium, contrarietatem patitur. vnde potest breuiter dici, ꝙ relatiua formalr̄ non habent contrarium, sed materialiter: vel relatiua secundum esse carent contrario, relatiua autem secundum dici possunt habere contrarium. vnde dedit exemplum Arist. de virtute & scientia, quæ sunt relatiua secundum dici &c.

Videntur autem magis & minus relatiua suscipere. simile enim magis & minus dicitur, & inequale magis & minus: cum utrūque sit relatiuum. simile enim alicui simile dicitur: & inequale alicui inequale. Non autem omnia relatiua suscipiunt magis & minus. duplex etenim non dicitur magis & minus duplex, nec aliquid talium.

Hic ponitur secunda quorūdam relatiuorum cōitas, s. *Secunda.* suscipere magis & minus. circa q̄ ꝓcedit, sicut circa pręcedentem dicens. primo ꝙ hoc cōuenit relatiuis, vt simili & dissimili &c. & subdēs secundo ꝙ non conuenit hoc omnibus relatiuis. non.n dr̄ magis aut minus duplū, aut triplum &c. & textus quidē clarus est. Sed vnum relinquit dubium, an suscipere magis & minus cōueniat relatiuis ratione relationis, an rōne fundamenti, sicut hr̄e contrarium. Si.n dicatur, ꝙ rōne relationis, quæ erit maior rō de vno relatiuo q̄ de alio non apparet. si rōne fundamenti, tunc sequeretur, ꝙ, si fundamentū non suscipit magis & minus, nec ipsum relatiuū suscipiet magis & minus: ꝙ est manifeste falsum. æquale.n. & inæquale suscipiunt magis & minus: & tn̄ q̄titas, supra q̄ fundantur, non suscipit magis & minus, vt dictum fuit. Ad hoc dr̄, ꝙ suscipere magis & minus conuenit relatiuis rōne fundamenti: sed hoc contingit duplr̄. Vno modo ita, ꝙ ex magis & minus in fundamento relatiuū dicatur magis & minus. vt summo calido q̄nto aliquid est magis calidum, tanto est magis simile. Alio mō ita ꝙ ex aliqua varietate seu alteritate fundamenti relatiuum dicatur magis et minus: & hoc modo inæquale dicitur magis & minus. ex eo, ꝙ q̄tū variatur s̄m maius & minus. hoc etiā mō simia dicitur aīal magis simile hmōi q̄ asinus propter varietatem aīalis s̄m diuersos modos essendi in hoc & in illo: & non quia aīal suscipiat proprie magis et minus. Nec est mirum, si relatiuum suscipit magis & minus rōne fundamenti: & fundamentum non suscipit magis et minus: qm̄ sermo iste de magis

& minus logice intelligendus est, i. de prædicatione cũ ly magis, aut minus. physice enim loquendo constat ad relatiua non posse motum aliquẽ terminari: & consequenter nec motum intensionis & remissionis: quo sit magis, aut minus physice. Nec te moueat quod in textu dicitur, æquale dici magis aut minus: accipiendum est enim hoc de æquali secundum reputationem. reputãtur enim equalia non solum quæ nullo modo se excedunt, sed quæ parum quid excessus habent, & infra illam paruam latitudinem magis vel minus æquale dicitur. sicut etiam virtus quæ consistit in attingendo medium, si circa mediũ attingit virtus nihilominus est &c.

Omnia autem relatiua ad conuertentiam dicuntur. ut seruus domini seruus dicitur, & dominus serui dominus: & dupli dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium: & maius minore maius, & minus maiore minus. similiter autem & in aliis. Sed casu aliquoties differunt secundum locutionem. ut disciplina disciplinati disciplina, & disciplinatum disciplinæ disciplinatum: & sensus sensati sensus, & sensatum sensu sensatum. At uero non aliquoties uidebitur conuerti, nisi conuenienter ad quod dicitur aßignetur. Si enim peccet is qui aßignat, ut ala si aßignetur aui, non conuertitur, ut sit auis alæ. neque enim prius conuenienter aßignatum est ala auis: neque in eo quod auis est, in eo auis ala dicitur, sed in eo quod alata est. Multorum enim & aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues. quare si aßignentur conuenienter & conuertitur: ut ala alati ala, & alatum ala alatum. Aliquoties autem forte & nomina fingere necesse erit, si non fuerit positum nomen, ad quod conuenienter aßignetur. ut remotus si nauis aßignatur nõ erit conueniens aßignatio. neque enim in eo quod est nauis, eius remus dicitur sunt enim naues, quarum remi non sunt: quare non conuertitur. nauis enim non dicitur remi nauis, sed forte conuenientior aßignatio erit, si sic quodammodo aßignetur, remus remitæ rei remus, aut aliquo modo aliter dictum sit. nomen enim non est positum. conuertitur autem si conuenienter aßignetur. remitum enim remo remitum est. Similiter autem & in aliis, ut caput conuenientius aßignatur capitati, quam si animali aßignetur. neque enim in eo quod animal est caput habet. multa enim sunt animalia capita non habentia. Sic autem facilius fortasse sumetur, quibus nomen non est positum si ab his quæ prima sunt, & ab his, ad quæ conuertuntur nomina ponantur. ut in his, quæ dicta sunt ab ala alatum, à remo remitum. Omnia ergo, quæ ad aliquid dicuntur, si conuenienter aßignentur, ad conuertentiam dicuntur. Nam, si ad quodlibet aliud aßignentur & non ad illud dicantur, non conuertuntur. Dico autem, quoniam neque horum, quæ indubitanter conuertibilia dicuntur, & nomina eis posita sunt, nihil conuertitur, si ad aliquid eorum, quæ sunt accidentia, aßignentur, & non ad ea, quæ dicuntur. ut seruus si domini non aßignetur seruus, sed hominis uel bipedis, aut alicuius talium, non conuertitur. non enim erit conueniens aßignatio. Alius si conuenienter aßignetur ad id, quod dicitur omnibus aliis circumscriptis quæcunque accidentia sunt, relicto solo illo, ad quod aßignatum est, semper ad ipsum dicetur. ut si seruus dicatur ad dominum circunscriptis omnibus, quæ sunt accidentia domino, ut esse bipedem, uel scientiæ susceptibilem, uel hominem. relicto uero solo domino, semper seruus dicetur ad ipsum. seruus enim domini seruus dicitur. Si autem non conuenienter dicatur ad id, ad quod dicitur, circunscriptis omnibus aliis, relicto illo solo, ad quod redditum est, non dicitur ad illud. aßignatur enim seruus hominis & ala auis: circumscribatur ad hominem esse dominum, non iam seruus ad hominem dicitur. cum enim dominus non sit, seruus non est. Similiter autem & de aue, adimatur ab ea alatam esse, & amplius non erit ala ad aliquid, cum non sit alatum, nec ala erit alicuius. quare oportet aßignari ad id ad quod conuenienter dicitur: & si sit nomen positum facilis erit aßignatio, si autem non sit, fortasse erit necessarium fingere nomen. si autem sic reddantur, manifestum est quoniam omnia relatiua conuersim dicuntur.

l.in c.græ. loco remi, remo.

Hic ponitur vera relatiuorũ proprietas, s. dici ad conuertentiam: quã, quia Aristoteles in textu clare & diffuse pertractat, non oportet textum glosando declarare, sed tantummodo distinguere textus particulas: & quid nominis conuertentiæ aperire. Proponit ergo primo relatiuorum proprietatem dicens, omnia aũt relatiua ad conuertentiam dicuntur. & exẽplariter declarat, vt duplum dimidij duplum dicitur, & cõuertitur: quia dimidium dupli dimidium dicitur &c. Et, quoniam non eodem modo omnibus hoc conuenit relatiuis, ideo ostẽdit secundo ibi (sed casu) duos esse modos, quibus relatiua dicũtur ad cõuertentiam. Primus est secundũ similem casum, cuius exẽpla posita sunt. Secundus est secũdum dissimilem casum, de quo dicit. sed casu aliquoties differũt secundum locutionem, vt scientia scibis, in genitiuo, sciẽtia dicitur, scibile autem dicitur scientia in ablatiuo scibile &c. Quia vero hæc proprietas cõuenit his, quæ vere relatiua adinuicem sunt, & non aliis, ac per hoc nõ conuenit alicui relatiuo, nisi respectu sui proprij correlatiui: oportet diligẽter attendere, vt vnũquodque relatiuum ad suum proprium correlatiuum referamus. si.n. hoc non fecerimus, continget, quod videbitur proprietas ista nõ vniuersaliter conuenire relatiuis: quoniam, qñ relatiuum non assignabitur ad suum proprium correlatiuum, non dicetur ad conuertentiam. Sed hoc accidet non ex defectu istius proprietatis, sed ex errore nostro, ex quo processit incompetens assignatio eius, ad quod dicitur relatiuum. relatiuum.n. non dicitur ad conuertentiam cuiuscũque, sed eius tantum, ad quod proprie terminatur. i. correlatiui. Ad explicandum ergo hæc duo, s. quod relatiuum dicitur ad cõuertentiam non cuiuscũque, sed termini conuenienter assignati: & qũo in hoc contingat errare & cauere, totum residuũ sermonis facit. Vñ tertio ibi. (At vero non aliquoties videbitur conuerti.) ostendit qũo contingat apparere falsam dictam proprietatem. propter peccatum, quod fit in assignatione eius, ad quod dicitur relatiuum. & dat exemplum de hoc relatiuo ala respectu auis, cui male assignatur: q̃a debet assignari alato. ala enim, alati est ala. vnde & conuertitur, alatum ala alatũ: & quia prædictus error ex duplici causa nasci potest, s. ex ignorãtia applicationis vt dictum est de ala, & ex penuria vocabulorum: ideo necessariam cautelam contra hanc secundam causam, Quarto apponit ibi. (Aliquotiens aũt forte & nomina fingere) & omnia clara sunt in textu: nisi qđ curioso nouitio dicendum est, animalia sine capite esse conchylia: habentia autẽ alas & non aues, esse muscas apes vespas &c. Et vt facilius possit quis sibi ab hoc errore cauere. In quinto ibi. (Sic aũt facilius.) clarum documentum fingendi nomina, quæ sint propria correlatiua eorum, quibus volumus recte ea, ad quæ referuntur assignare, tradit sexto ibi. (Oĩa ergo quæ ad aliquid dicuntur.) excluso iam errore, & cautelis adhibitis, reddit ad ostendendum supradictũ sensum assignatæ proprietatis, s. q̃ relatiua dici ad cõuertentiam non intelligitur cum quocũq;, aut cuiuscũq;, sed sui proprij termini ad quem dicitur: & simul ostẽdit q̃ necessaria sit conueniens assignatio eius ad qđ dicitur. Et ostendit hæc per locum a maiore, ex eo, s. qđ in his, quæ indubitanter ad conuertentiam dicũtur, & nomina impośita habent, non inuenit̃ dici ad conuertentiã, nisi conueniens sit assignatio eius ad qđ dicitur. Vbi tria tacta relatiuorum gña insinuauit: quædã, de quibus dubitatur an sint cõuertibilia, vt ala, de qua dictũ est, q̃ videbatur non conuerti: quædam innominata quo ad terminum vt remus: quædã & nominata & ab oĩbus confessa absq; dubio cõuertibilia, vt dñs duplum maius &c. Si ergo in istis oportet cõuenientem terminũ assignare ad saluãdam conuertentiã, a fortiori et in aliis oportet hic fieri. 7. ibi. (Amplius si cõuenientia.) tradit canonem vl̃em, quo absq; errore semp cognosci possit cõueniens, cuiq; relatiuo terminus: et est talis, ille est terminus cõueniens, quãdo illo solo relicto ceteris circunscriptis

Duobus modis ad conuertentiam dicuntur.

Quæ animalia sine capite, & aues sine alis.

conscriptis est ad qd' dicitur relatiuum: & per oppositū. Tunc non est cōueniente terminus assignatus, qn̄ cęteris circūscriptis & illo solo relicto, non est id ad q dr̄, exempla clara sunt in textu. Intendit aūt per iy accidentia tam in hac quā in immediate præcedente particula, non accidentia, i. q̄titatem, qualitatem, & cætera accidentium genera: neque accidentia, i. prædicata accidētalia, sed accidentia, i. omnia illa coniūcta, quæ sunt extra rōnem formalem illius, siue illud coniunctum sit substantia, siue proprium &c. Vnde accidentia serui sunt esse hominem, esse album, bipedem, q̄tum, quoniam nihil horum est in ratione serui vt sic. Vltimo ibi. (Quare oportet assignari ad id &c.) epilogando cōcludit principale intētum. s. omnia relatiua dici ad conuertentiam.

Conuertentia quid. Pro declaratione aūt illius termini conuertentia, notandum est ex magno Alberto q hic tria, s. cōuersio, conuertibilitas, & conuertentia sic differūt apud Logicos, q cōuersio passio est propositionum & consistit in transpōne subiecti & prædicati: & distinguitur in tres spēs, s. simplr, per accidens, & contrapōnem, vt patet in Priorum. Conuertibilitas autem est passio terminorū, & consistit in mutua consecutione eorū: & diuiditur in duas species, s. substantialem & non substātialem (vt patet in primo Topicorum.) Conuertentia aūt consistit in mutuo aliquorum respectu. & ideo est passio relatiuorum: & hic ab Aristo. quot modis fiat ostensum est. Relatiuum ergo dici ad cōuertentiam est ipsum ita dici ad aliud, q conuertat aliud ad dicendum ad se. Dominus. n ideo dicitur ad conuertentiam serui, quia se uum cōuertit, vt dicatur domini seruus: & similiter ex parte serui &c.

1. Priorū cap. 3. — Cap. 2. — Cap. 4.

Videntur autem ad aliquid simul esse natura & in aliis quidem pluribus uerum est. simul. n. duplum est & dimidiū: & cum sit duplum dimidium est: & cū sit seruus, dominus est. Similiter autem bis similis. simul. n. auferunt sese inuicem. Si. n. non sit duplum, non est dimidium: & si nō est dimidium, non est duplum. similiter autem & in aliis quæcūque talia sunt.

Hic ponitur alia vera relatiuorū proprietas, s. esse simul natura. Circa q̄ Arist. sic procedit, quia primo proponit proprietatem, et declarat ita esse in multis relatiuis. secūdo dicit, q ista proprietas nō videtur conuenire omnibus relatiuis. Notandum est hic pro noticia terminorū, q esse simul natura, licet superficietenus loquēdo, importet aliqua esse simul in esse & nō esse, seu in ortu & occasu, & p hoc importet, q, si vnum illorū sit, reliquum quoq; sit, & si alterum perimitur reliquū perimi, & ista declaratio huic loco satisfacere videatur, qm, vt patebit, ex his procedetur tam pro q̄ contra: sm̄ tm̄ veritatem plus significat. vt enim patet ex Postprædicamētis, esse simul natura *Capitu. de simul.* importat duo, s. simultatem ꝯñtiæ supradictam, & negationem causalitatis, i. q neutrū alterius causa sit. homo. n. & risibile & si sint simul secūdum ortum & occasum, nō tamen sunt simul natura, quia vnū est causa alterius: duplum autem & dimidiū & consequuntur se in esse & non esse, & neutrum est alterius causa: & iō merito simul natura sunt. Et hoc est attente notandū, quia non est ab omnibus perceptum. Ly vero ad aliqd, siue relatiua, potest accipi dupliciter, s. mālr pro re illa, quæ relatiua vel ad aliqd denominatur: & formalr pro ipsa relatione, seu re vt habet relationem. ver. gra. dominus pōt accipi pro illo homine, qui denominatur dominus, & pōt accipi pro illo, inquantum dn̄ium habet: in præsenti autē litera sicut & in præcedente nō est sermo de relatiuis materialiter, sed formaliter: qm̄ relatiua materialiter relatiua nō sunt, sicut nec statua materialr est statua. Et hoc est valde & nouitiis aduertendum, qm̄ ex hoc soluuntur omnes obiectiones, de priori & posteriori, cā & causato &c. hęc. n. omnia formaliter sunt simul natura, licet m͠ lr vnum eorū sit alio prius tempore, aut natura. Est ergo sensus ꝓprietatis, q relatiuis formaliter seu inquātum relatiua sunt, conuenit esse simul natura, i. consequi se in esse & nō esse, ita q neutrum causa alterius sit. Declarat ergo Aris. propositā proprietatem, ex prima tantum condōne simultatis, naturæ, s. qd' ponunt se inuicem, & q auferunt se inuicē. Vnde quo ad positionem dicit, cū duplum est, dimidium est &c. quo ad ablationem vero subdit, & si nō sit duplum non est dimidium &c. est sententia clara &c.

Non autem & in omnibus relatiuis uerū uidetur esse simul esse natura. scibile enim scientia prius naturaliter esse uidetur. Nāq; in pluribus rebus subsistētibus scientias accipimus. In paucis uero uel nullis hoc quis reperiet simul cum scibili scientiam esse? Amplius scibile sublatum simul aufert sciām, scientia uero non simul aufert scibile. nam si scibile non sit, non est sciā, scientia uero si non sit nihil prohibet esse scibile. ut circuli quadratura si est scibilis, scientia quidem eius nondum est, illud uero scibile est. Amplius animali quidem sublato non est scientia, scibilium uero plura esse contingit.

Hic secundo proponit, q dicta proprietas nō videtur conuenire omnibus relatiuis. & intēdit hoc ostendere in duobus partibus relatiuorū, s. in scientia et scibili: & in sensu & sensibili & in scientia & scibili tribus rōnibus. Quarum prima statim subditur, & est huiusmodi. Sciā vt plurimum fit nobis rebus scibilibus iā prçexistentibus: ergo scibile est prius scientia, & non simul cum ea. antecedens est euidens, subsistentibus nāque prius in seipsis rebus venamur scientiam: & quia in antecedēte dixerat non vniuersaliter qd' scientia fieret rebus præexistentibus, sed vt in pluribus, ideo ad declarationē illius particulæ subdit, in paucis vero vel nullis reperiet quis scientiam simul factam cum scibili. Qd' a diuersis diuersimode exponitur, a Boetho quidem sic, in paucis, i. in chimericis vel nullis, quia ipsa chimerica nulla scibilia sunt. Ab Alberto autē, in paucis, i. in moralibus: vel nullis, quia ipsa moralia vt concepta præcedunt sciētiam, licet non præcedant ipsam inesse, sed potius sequantur: secundum vtrāque ergo expositionem dixit pauca, propter ea, quæ ex nostri intellectus opere fiunt. Et addidit nulla, correptiue, i. ad corripiendum, licet pauca. Posset aūt non incongrue eandem constructionem seruādo dici, q pauca retulit vniuersaliter ad omnia practica vt sic quoniam sine intellectu non sunt, & nulla propter esse obiectiuum eorum addiderit. vt Albertus dixit. Secunda vero ratio posita ibi. (Amplius scibile sublatum) est talis, scibile peremptum perimit scientiam, & non econuerso. ergo scibile nō simul natura cum scientia. antecedētis declaratio quo ad primam partem in textu non ponitur, sed iā posita est in capitulo de substantia vbi dictum est, q ab eo qd' res est vel non est *Capitu. de substan.* oratio dicitur vera vel falsa. & consequenter scientia, quæ de oratione est, scientia aūt falsa scientia non est. sicut nec aurum falsum aurum est. Quo ad secūdam vero partem declaratur, quia quadratura circuli non aufertur, ex eo q scientia de illa non est. Tertia posita ibi. (Amplius animal quidem sublato.) est talis, sublato genere animalium sublata est omnis scientia: & tamen remanet scibile. ergo scibile non est simul cum scientia. antecedēs euidens est quo ad omnia, quia omnis sciētia est in aliquo animali: & animalia non sunt omnia entia mundi, remanent enim lapides & elementa &c.

Similiter aūt his habent sese & ea, quæ de sensu sunt. Sensibile. n prius q̄ sensus uidetur esse: sublato. n. sensibili simul aufertur sensus, sensus uero sensibile nō simul auferunt. sensus. n. circa corpus & in corpore sunt, sensibili aūt perempto peremptum est & corpus. sensibile. n corpus. cū uero corpus non sit, sublatus est sensus. Quare simul aufert sensibile sensum, sensus uero sensibile non. animali. n. perempto sensus quidem peremptus est, sensibile autem permanet, ut corpus calidum dulce amarum & omnia alia quecūq; talia sunt. Amplius sensus quidem simul cū sensitiuo fit, simul. n. animal fit & sensus. Sensibile. n. ante est q̄ sensatum esset. Ignis. n. & aqua & alia huiusmodi, ex quibus ipsum animal constat, ante sunt q̄ animal sit omnino uel sensus, quare prius sensibile q̄ sensus esse uidetur.

Ostenso, qd' scientia & scibile non sunt simul natura, ostendit hic, q sensus & sensibile non sunt simul natura: duabus rationibus. Prima est, sensibile sublatū aufert sen- *1. Ratio.*

sum & non ecõuerso: ergo sensibile est prius sensus. & declarat antecedens quo ad vtrãque partem. & primo quo ad primam sic: perẽpto sensibili perimitur corpus, quia omne corpus est sensibile, perẽpto corpore perimitur sensus, quia omnis sensus est in corpore tanq̃ in subiecto, & circa corpus tanq̃ obiectum. ergo perempto sensibili perit sensus. Deinde quo ad secũdam: quia ablatio sensus nõ aufert nisi animal. ablatio aũt animalis non aufert omne sensibile. remanent.n. corpora calida & frigida quæ sensibilia sunt. Secunda autẽ ratio posita ibi. (Amplius sensus quidem) est talis, sensibile est prius animali. ergo est prius sensu. consequentiã probat: quia sensus simul fit & est cũ sensato. i. cũ animali, in quo est sensus generantur.n. vires sensitiuæ quando generaẽ ipsum animal. Et puto ꝙ litera sit corrupta: & debeat legi cũ sensitiuo. antecedens autem probat: quia corpora sensibilia, s. ignis aqua & alia huiuscmodi priora sunt q̃ animal qm̃ sunt ea, ex quibus cõponitur animal: cõstat siquidem ꝙ partes, ex quibus cõponitur aliqd' totum, sunt priores naturaẽr ipso toto.

Sed occurrit hic dubium an ita sit secũdum veritatem, .s. non omnia relatiua esse simul natura, & si verũ non est, cur Aristoteles tam accurate partẽ falsam prosecutus fuerit, & absq; veritatis decisione reliquerit. Ad hoc dicitur, ꝙ vniuersaliter verum est oĩa correlatiua esse simul natura, si formaliter, i. inquãtum relatiua sunt, considerentur, non autem si materialiter: & quia rõnes Aristo. in textu non concludunt nisi de relatiuis materialiter cõsideratis, ideo non curauit soluere. vñ res sensibilis est prior sensu, sed sensibile inquãtum sensibile non est prior sensu, & similiter de scibili. Sed hęc rñsio puerilem perscrutationem solicitudini Aristote. attribuit. tũ quia nullus est ita rudis, quem lateat relatiua materialiter sumpta nõ esse simul natura. Tum, quia maior erat inducẽdi campus, & manifestior, s. de patre & filio, causa & causato &c in qbus clare liquet vnum præcedere reliquũ. Tum, quia relatiua materialiter, vt dictum est, relatiua nõ sunt: & consequenter vanum aut puerile est relatiuorum ꝓprietates scrutando, illa relatiua asserere. constat autẽ quod Aristoteles asserit scibile & scientiam relatiua. Vnde prædicta respõsio Porphyrio & Alberto attribuẽdo non videtur, vt sonat, sed exposita vt dicetur: quoniam nõ est verisimile Porphyrium hæc non aduertisse, & Albertum cõstat, quæ dicemus, tetigisse in hoc loco. Dicẽdum ergo est ad hoc duabus propositionibus. Prima est, omnia relatiua si vere & proprie asignentur sunt simul natura. Secunda est, quædam relatiua non sunt simul natura, quia nõ sunt proprie asignata, vt scibile & sciẽtia, sensibile & sensus &c. Prima probatur sic, omnia relatiua recte asignata dñr ad conuertentiam. ergo omnia talia sunt simul natura. deducitur consequentia, omne relatiuum dicitur ad conuertentiam eius, ad quod dicitur: ergo posito quocũque relatiuorum ponitur id ad quod dicitur, & nõ solũ ponitur, sed conuertitur sua relatione ad illud, aliter relatiua nõ dicerentur ad conuertentiam: tunc vltra, posito quocũque relatiuorum reliquum ponitur & cõuertitur ad ipsum: ergo sunt simul natura. hoc.n. est esse simul natura, vt patet ex dictis, prçsupposito semper ꝙ neutrum sit cã alterius vnde Albertus hic dicit, ꝙ ex illa ꝓprietate fluit ista. Amplius vnum relatiuorũ clauditur in rõne sui proprij correlatiui et econuerso, ergo sunt simul natura, antecedẽs a Porphyrio habitum est & inferius habebitur. consequẽtia patet, quoniam diffinitum non põt absque diffinientibus esse, ꝙ accideret si relatiua non essent simul natura, quoniam vtrũque alterius est diffinitiuum. Ad euidẽtiam autem secundæ propositionis, sciẽdum est, ꝙ defectus in asignando relatiua prouenit ex eo, ꝙ ea, quæ dicuntur secũdum potentiam asignãtur referri ad ea quæ dicuntur in actu, aut habitu, vel ecõuerso. debet.n. relatiuum, q; attenditur secundum potentiã dici ad alterum secundum potẽtiam, vt calefactiuum nõ debet dici ad id ꝙ calefit, sed ad calefactibile, & econuerso & similiter id, ꝙ attenditur secundum actum, ad alterũ secundum actum, vt calefaciens ad calefactum, i. ꝙ calefit dicitur & econuerso. & similiter est in his, quæ attenduntur secundum habitum, qui medius est inter potentiam & actum. Vnde, quia scibile attenditur secundum potentiam. nõ recte asignatur si ad scientiam asignatur, quæ actũ, aut habitum nominat: sed scibile ad scitiuum asignari debet, scitum autẽ ad scientiam: sed quoniam caremus nominibus ꝓpriis & simplicibus singulorum statuum, s. rei secundum potẽtiam, habitum, & actum, & ideo vtimur vno loco alterius. quia enim caremus nomine significante scibile in habitu vocamus illud quandoque scibile & quãdoque scitum, medium ex extremis appellando, quoniam vtrunque extremorum quodammodo est: ex hac inquam penuria, & accõmodatione vocabulorum factũ est, vt aliqua relatiua priora aliis, sint non simul cum eis, illa. s. quæ dicũtur secundum potentiam illis quæ dicuntur secundum actum, aut habitum: qd' vt patet ex dictis nõ eueniret si bene & proprie asignata relatiua essent. Si.n. conueniens asignatio fieret, vnum prius alio non esset. Scibile n. scitiuo prius non est, licet sit prius sciẽtia. & similiter sensibile sensitiuo prius nõ est, licet sit prius sensu: qui actũ aut quasi habitum nominat. Quia ergo non solum res scibilis, sed etiam ipsum scibile est prius scientia & similiter non solum res sensibilis, sed ipsum sensibile est prius sensu. Et secundum communem vsum correlatiua dicuntur. ideo Aristoteles dixit ꝙ non videtur cõuenire omnibus relatiuis esse simul natura.

Quia vero perscrutatio declaratæ nũc veritatis dependet ex natura potentiæ & actus, quorum intẽtio famosa non est, sed occulta valde: ideo Aristoteles famoso sermone contentus hic, absq; subtiliori perscrutatione pertransijt (vt Auer. optime dixit) & hæc est responsio ab antiquis expositoribus data, vt Auer testatur. & hãc credendum est Porphyrium & Albertum breuiter protulisse: quoniam qd' dicunt, s. rem scibilem præcedere scientiam, non autem ipsam rẽ, vt stat sub forma scientiæ, sensus huius capax est: quoniã glosabitur sic, res scibilis vt stat sub forma scientiæ in potentia, nõ est prius scientia in potentia: & vt stat sub forma scientiæ in actu est simul cũ scientia in actu: & vt stat sub forma scientiæ in habitu non est prius scientia in habitu: & sic proportionaliter intelligendo, nihil aliud q̃ sententiam declaratam dixerunt expresse quoque sententiam hanc S. Tho. in prima parte. q. 13. ar- 1. par. q. 13. art. 7. ad vltimum.
ticu. 7. ad vltimum dixit, vbi vltra prædicta, tradidit regulam ad discernendum relatiua, quæ nõ sunt simul natura, ab his. quæ sunt simul natura dicens, ꝙ simultas aut prioritas naturæ in relatiuis nõ attenditur secundum ordinem, aut simultatem rerum, quæ dicũtur relatiue, sed secundum mutuam, aut nõ mutuam inclusionem ipsorum in significando. si.n. vnum claudat in suo intellectu alterũ & econuerso, tunc sunt simul natura, vt dominus & seruus &c. Si autem vnum includat in suo intellectu alterum & non econuerso, tunc nõ sunt simul natura, sed id, quod non includit alterũ est prius, vt scibile & scientia. scientia enim includit scibile: quia non est scientia nisi eius qd' sciri potest scibile autem non includit scientia: quia scibile est absque eo quod scientia sit. Nec turberis audiens aliqua esse relatiua, quæ nõ se mutuo in suis rationibus claudũt: quoniam de relatiuis secundum communem famam & vsum etiam sapientum sermo est, & appellãtur relatiua, quæ proprie relatiua nõ sunt, i. scibile & scientia &c. Nec mouearis quia dixit scientiam includere scibile in suo intellectu & non econuerso: propterea quod vnicunt relatiuum non includit in suo intellectu duo correlatiua, & consequenter, cum habeat proprium correlatiuum, s. scitum in habitu, non includet scibile. Scire.n. oportet, ꝙ includere in suo intellectu aliquid nõ vno, sed pluribus modis dicitur: & scientia quidem includit proprium correlatiuum primo, includit autem scibile præsuppositiue. scientia enim primo est sciri secũdum habitum i. eius, ꝙ cum volumus contẽplari possumus: & quoniam nihil est tale nisi sciri possit, quoniam non scibile nullus nosse potest. ideo sciẽtia præsuppositiue includit scibile, scibile autem, quoniam dicitur secundum potentiã neutro modo includit scientiam: sed scitiuum, ꝙ est prius sciã. Omnia ergo relatiua, quę secundum veritatẽ sunt proprie asignata, sunt simul natura: & nihilominus relatiuorũ, quibus vtimur, quędã non sunt simul natura. Sed dignum qõne remanet si Arist. intendebat non solũ rem scibilẽ, sed scibile oppo-

nere

nere relatiuis, quod non sint simul natura, cur in rationibus, quas adducit, nõ loquitur nisi de rebus scibilibus, & sensibilibus: & eas probat esse priores scientia & sensu, cũ debuisset ex eorũ potius significationibus & rationibus procedere. Ad hoc dicitur, q̃ Aristo. ex rerum quidem ordine processit, non ad cõcludendum rem scibilem esse prius scientia, sed ipsum scibile: & in primis quidem duabus rationibus hoc vere cõclusit, & in tertia autem & illis duabus de sensibili & sensu nõ conclusit, sed soluendæ sunt solutione Porphyrij & Alberti. Cõueniunt. n. in hoc omnes adductæ rões, q̃ loquuntur de scibili & sensibili formaliter, & in hoc qđ idem supponunt iudiciũ quo ad esse & non esse de scibili & re, quæ est scibilis: & sensibili & re, quæ est sensibilis. & hoc propterea: quia ad hoc qđ aliquid possit sentiri, aut sciri nihil exigi videtur, nisi qđ ipsum habeat talem naturã, puta calidam vel frigidã &c. Sed differunt secundum efficaciam primæ duæ rões ab aliis in hoc, qđ in primis secũdum veritatem non solum res scibilis, sed scibile remanet: vt patet de rebus scibilibus speculatiuis, quæ ante acceptam scientiam sunt scibiles, de quibus est sermo in prima ratione: & quadratura circuli nondum scita, de qua loquitur secunda ratio. est enim & quadratura, & scibilis absque sciẽtia: in reliquis vero quoniam non solum sciẽtiam, sed sciuum destruunt, & non solum sensum, sed sensitiuum, stãtibus casibus non remaneret nisi res scibilis: scibile autem simul periret cũ sciuo, puta animali: & similiter sensibile cũ sensitiuo. Dicendum ergo est, q̃ processit Aristoteles ex rerum ordine non sistendo in rebus, sed ad relatiua formaliter dirigẽdo sermonem: quoniam quandoque idẽ est iudicium de re & scibili quo ad esse & nõ esse. Miscuit autem rationes habentes aliqđ falsum, vt persuaderet, q̃ non asserendo loquebatur, propter quas rationes viri illi illustres dixerunt, q̃ scibile materialiter remaneret & nõ formaliter. & ideo rationes non concludere &c.

Habet autem quæstionem, utrum nulla substãtia ad aliquid dicatur quemadmodum uidetur, an hoc contingat secundum quasdam secundam substantias. nam in primis substantiis necessarium est. nam neque totæ, neque partes ad aliquid dicuntur. nam aliquis homo nõ dicitur alicuius aliquis homo, aliquis bos, alicuius aliquis bos. Similiter autem & partes. quædam enim manus non dicitur alicuius quædam manus, sed alicuius manus: & quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secundis substantiis. atq; hoc quidem in pluribus, ut homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestum est, quoniam non est ad aliquid. In aliquibus uero secundis substantiis habet aliquam dubitationem, ut caput alicuius caput dicitur: & manus alicuius manus dicitur, & singula huiusmodi: quare hæc fortasse ad aliquid esse uidentur.

Hæc est tertia pars huius capituli, in qua dubitat vt Platonis suprapositam diffinitionem emẽdet, & quatuor facit quæ suis locis patebunt. Primo ergo dubitationẽ mouet, an aliqua substantia sit ad aliquid, & in quibus substantiis locum habeat ambiguitas hæc subsequẽter declarat enumerando substãtias omnes, & primo primas substantias distinguẽdo eas in totas et partes. deinde secundas substantias, distinguẽdo similiter eas in totas & partes: & est sentẽtia clara in textu cõsistens in hoc, q̃ neq; in primis substantiis, aut earum partibus, neque in secũdis substantiis, quæ totæ sunt, vt homo, & bos locũ habet hæc quęstio, sed in partibus tantum secũdarum substantiarum. vt caput manus pes &c. Accidit hic dubiũ, quomodo caput sit ad aliquid, & hoc caput nõ sit ad aliquid, cũ quicquid conuenit spẽi conuenire inueniatur eius indiuiduo. Ad hoc dicitur, q̃ cũ dicitur hoc caput, duo signantur, s. caput, & eius indiuiduatio: & licet rõne primi relationem importet, rõne tñ secundi extra relatiua est: & quia Arist. hoc caput considerabat sm q̃ indiuiduũ est, prout distinguitur a capite in cõi. iõ dixit q̃. non est ad aliquid. Rõni vero in oppositũ adductæ, in calce huius capituli plene satisfiet, vbi Arist. ipse tractabit, qũo in aliquid sit relatiuũ sm superius & non secundum inferius &c.

Si igitur sufficienter eorum, quæ sunt ad aliquid, diffinitio assignata est, aut nimis difficile, aut impossibile est soluere, quoniam nulla substantia eorum, quæ sunt ad aliquid, dicitur. Si autem non sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere, fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior uero diffinitio sequitur quidem omnia relatiua, non tamen eis hoc est esse, quod sint ad aliquid, quod ea ipsa, quæ sunt, aliorum dicuntur.

Hic secundo comparat diffinitionem Platonis, & suam quæstioni propositæ, ex qua earũ possit, aut non possit solui dicta difficultas. & ponit duas differẽtias inter prædictas diffinitiones. Prima differẽtia est, q̃ si sufficiens est diffinitio Platonica, difficile, aut impossibile est soluere p̃dictam quæstionem. si aũt vera est diffinitio sua aliquid, potest respondere eidem ex illa. Secũda vero differentia est, q̃ Platonica diffinitio conuenit quidẽ omnibus, quæ sunt ad aliquid, sed excedit illa, sua autem diffinitio conuertibilis est cũ diffinito. Notanda sunt hic tria. Primum est, quod caute Aristoteles dixit, si sufficienter diffinitio ad aliquid assignata est. poterat enim quispiam Platonis sectator facile euadere dicendo, diffinitionẽ illam logicam esse, & ad aliquid comprehendere logice consideratum, idest secundũ dici Vnde & notanter diffiniendo dictum est ad aliquid talia dicuntur, & nõ est dictum ad, aliquid talia sunt: quia inquam secũdum hanc interpretationem. Diffinitio ad aliquid nõ est simpliciter sufficiens, sed logicalis, ideo Aristoteles dixit, si sufficienter assignata est diffinitio difficile nimis aut impossibile est euadere, quin aliqua substantia sit ad aliquid Dixit vero secundum Alexandrum & Porphyrium, difficile aut impossibile, exponendo difficultatem illam impossibilitatem importare. Secundum notandũ est, diffinitio ad aliquid ab ipso Aristotele subiuncta cum dixit, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. Vbi tria aduertenda sunt. Primum est, quod Aristoteles ad aliquid secundum eius naturam, qua esse habet, diffiniuit, & non secundum quod stat sub cognitione, aut dictione. & ideo dixit, ad aliquid sunt, & non dixit ad aliquid dicuntur. Pluraliter autem diffiniuit ea ratione, qua Plato. Secundum est, quod ly esse, cum dicitur, quibus hoc ipsum esse, stat pro esse quidditatiuo relatiuorum, & non pro esse actualis existentiæ. Esse siquidem existentiæ, cuiuique rei absolutum est saltem permissiue, & secũdum rationem: quoniam vt sic, est id, quo res est, aut inest. Esse autem quidditatiuum relationis necessario & secundum rem & rationem in ipsa habitudine ad aliud consistit. Tertium est, quod Aristoteles nõ solicitus de vocabulis visus est in diffinitione diffinitum repetere dum dixit, ad aliquid quodammodo se habere: quod ad circũloquendum quomodo quidditas relatiõis in ipsa habitudine ad aliud cõsistit, factum esse creditur. quod vero dixit quodammodo comprehendendo multos modos, quibus relatiua referuntur inseruit. Tertium notandum est, q̃ in secunda differentia Arist. diffinitionem Platonis iõ arguendam censet, quia ex illa non habetur quidditas relatiuorum, quæ ex sua diffinitione clare relucet.

Ex his ergo manifestum est, q̃ si quis aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, diffinite sciet, & illud ad quod dicitur diffinite sciturus est: quoniam eorum esse, quæ sunt ad aliquid, est ad aliquid quodammodo se habere. Si. n. non nouerit omnino ad quod hoc quodammodo se habet, nec se aliquid, ad quod hoc quodãmodo se habet sciturus est, sed in singulis palam hoc est, ut hoc si quis nouit diffinite quod est duplum, & cuius duplum est mox diffinite nouit. si uero nihil diffinite nouit: ipsum cuius duplum est, ne que si est omnino nouit. Similiter aũt & hoc ad aliquid si nouit aliquis quod melius est diffinite, & quo melius est necessarium est nosse. Indiffinite aũt si sciat, quia est peiore melius opinione id

quidem tale est sic, non disciplina. non enim scivit subtiliter quo est peiore melior. si enim sic contingit nihil est peius eo propter hoc. Quapropter palam est & necessarium quod si noverit quis aliquid relativorum diffinite, necessarium est & illud, ad quod dicitur diffinite nosse.

Hic tertio concludit quãdam relativorum proprietatem deducens eam ex assignata nũc diffinitione. Vñ ait, ꝙ ex his manifestum est, ꝙ si quis diffinite novit eorum, quæ sunt aliquid, diffinite etiã novit & reliquum: & subdendo principium & rõnem sequelæ ait. quoniam, si ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse cõsistit in ad aliud se habere necesse est, ꝙ si quis novit hoc quod ad aliud quodammodo se habet quidditative, qđ & illud cognoscat, ad quod hoc quodammodo se habet. & est ratio evidenter cogens non enim est intelligibile quod ab aliquo intellectu cognoscitur quidditas, quæ est ad aliud se habere, & non cognoscatur ly aliud.

Sed occurrit dubium circa assignatã proprietatem, an intelligatur de cognitione ipsius ad aliquid diffinitiva, vt In hoc loco Auer. & Alberto placet, an intelligatur de cognitione eius quantum ad actualem existẽtiam. vt Boethus sentire videtur. Ad hoc dicitur, ꝙ secũdum veritatem intelligitur de vtraq; cognitione, & de diffinitiva quidem: quoniam, cum essentia vnius relativi formaliter sit ad aliud, impossibile est diffinire sine correlativo ad quod est: aliter diffinitio naturæ diffinitæ conformis nõ esset, nec explicaret eam secundum propriam essendi rõnem: & sic oportet consequenter, ꝙ vno relativorum noto quidditative, alterum sit cõnotum. De cognitione autem quo ad actualem existentiam relativi, veritatẽ habere ex eo percipitur: quod si quis nõ vaga, aut incerta opinione, sed cognitione evidenti cognoscat alterum relativũ existere, oportet ꝙ cognoscat reliquum per certitudinẽ existere, aliter simul cognosceret & nõ cognosceret ipsum existere. Si quis enim certe novit hunc patrẽ esse, necesse est eum nõ latere eum filium habere, aliter si vage credat eũ filium habere absq; certitudine sciet hunc patrẽ esse. Sequitur etiam sensus iste ex assignata diffinitione: quoniã ex quo ad aliquid essentia consistit in ad aliud, impossibile est aliqđ ad aliquid vt sic cognoscere esse, & nõ cognoscere ad quod illud est esse sicut vniversaliter impossibile est scire aliquã rem esse, & ignorare quidditatem illã existere. Et si secundo modo glosetur subsequẽs inductio valde apta est, præintelligendo quod ly diffinite, i. determinate, stat ꝓ determinatione vtriusque correlativi proportionabiliter, i. qđ si cognoscitur patrem esse determinate ad hũc hominem, oportet cognosci filium esse determinate ad illũ hominem, & si cognoscitur quod pater sit determinate ad hominẽ, i quod homo sit pater, oportet cognoscere in cõmuni, ꝙ homo sit filius, & sic de aliis. ait ergo, qđ in singulis, i. singularibus, manifestum est, ꝙ si quis novit vnũ relativorum, ꝙ novit & reliquum. & dat exẽpla de duplo et meliore, vbi aperte dicit, ꝙ si quis novit illud relativũ melius, determinatũ ad A, puta ꝙ A, est melius, oportet eũ scire correlativum, s. peius determinatũ esse ad B nam si novit qđ A est melius peiore indefinitæ, i. absq; determinatione ad B non sciet, i non certa cognitione tenebit, ꝙ A est melius, sed opinione quadã hoc cogitabit. non n. scivit subtiliter subtilitate perveniente ad determinationẽ, ꝙ A est peiore melius. Et rationem subdit, quia si sic cõtingit, scilicet haberi vnum tantum relativũ determinate in rerum natura, aut in intellectu, nullum sequetur ex hoc poni correlativum: sicut si A ponitur melius, & nõ ponitur B vel C eo peius, nihil sequetur esse peius A. Qđ enim nullo peiore est, aut intelligitur melius nihil peius se ponit. Palam ergo est, ꝙ si quis definite, i. determinate novit esse vnum relativorum, ꝙ definite, i. determinate novit esse reliquum. Si autem primo modo glosetur vel eodem nihilominus modo inductio exponatur. Nec obstat qđ cognitionem diffinitivam in assignatione ꝓprietatis propositam, ex cognitione actualis existentiæ inducẽdo declaret, quoniam hoc consulto factum est, vt a notioribus nobis conveniens fieret disciplina. Vel exponatur inductio de cognitione quidditativa, ita qđ ex singulis relativis, i. duplo, meliore &c. procedat: & sermo de duplo manifestius est per se. De meliore aũt expositione aliquali eget. est enim sensus, ꝙ si quis novit melius quiditative oportet eũ nosse, quo est melius, i. peius. indiffinite autem, i. absq; diffinitiva autem cognitione melioris nõ scietur melius esse peiore melius, licet opinione aliqua teneri possit. quia nõ subtiliter notum est. si diffinitio absit, qđ melius est peiore melius, subtilis siquidem huius cognitio diffinitiva notitia est, & huius probationem subdit. si enim sic, i. absque diffinitione contingit nosse melius, nihil erit peius, eo propter hoc .i ex tali relativo sic noto, non sequetur suũ correlativum .s. peius, & consequenter nullum aliud.

Caput vero & manus & horũ singula, quæ substantiæ sunt hoc ipsum quod sunt potest sciri diffinite. Ad quod vero hæc dicantur, non est necessarium scire. cuius enim caput hoc, vel hæc manus, non est dici diffinite. quare non erunt hæc aliquid. Si vero non sunt relativorum, verum erit dicere, quod nulla substantia relativorum est. Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare, nisi sæpe pertracta sint, dubitare autem de singulis non erit inutile.

In quarto ex prædicta proprietate respõdet quæstioni motæ: & primo applicat ꝓprietatem ipsam ad partes secundarum substantiarum negative dicẽs, ꝙ capiti & manui & aliis huiusmodi nõ convenit hæc proprietas, s. qđ si quis diffinite noscat manũ, oporteat ꝙ diffinite cognoscat cuius est manus. possunt enim caput & manus & alia huiusmodi hoc ipsum qđ sunt diffinite sciri. absque notitia eorum ad quæ dicuntur. Et hoc patet in singularibus. scitur enim evidẽter hoc esse caput, & tamen cuius est hoc caput non est necesse diffinite scire, vt clare liquet. si quispiam solo capite patens videatur, & similiter de manu. Deinde ex negatione ꝓprietatis prædictæ a partibus secundarum substãtiarum infert, ꝙ huiusmodi partes non sunt ad aliquid dicens. Quare nõ erunt hæc ad aliquid, & ex hoc formaliter respõdet quęstioni motæ, subdens, ꝙ, quia hæ secundæ substantiæ, de quibus erat dubiũ, an essent ad aliquid, nõ sunt de numero relativorũ, verum erit vniversaliter, ꝙ nulla substãtia est ad aliquid. Et sic soluta est quæstio mota: quia tamen relativorũ natura valde difficilis est, propter eius minimã entitatem, ideo subdit, qđ fortasse difficile est cõfidenter de his determinare, nisi sæpe &c. conducit autem plurimũ scientiæ dubitare de singulis. quia (vt in primo Topicorum dicitur) potentes ad Cap. 2. vtrãque partem arguere facile verum conectant. Ad clariorem notitiam huius solutionis sciẽdum est, ꝙ quia cũ de aliquo sermo simpliciter fit, intelligitur de eo quo ad rem significatam: ideo, quãdo de relativis secundum dici locutio simpliciter est, accipiẽda est quo ad rem significatam per ea, & non quo ad rem cõnotatam. significant autem huiusmodi relativa cõnotata relatione rẽ alterius generis, ex qua, quia non habẽt qđ ad aliquid sint: ideo merito absolute loquendo relativa esse negãtur, & cognosci possunt diffinitive absque cognitione eius ad qđ ex connotata relatione referũtur, & quoniam caput & manum & alia huiusmodi cõstat relativa secũdum dici esse, & substantiam consequenter signare, cuius intellectus non pendet ad aliud, sed ex substantiis cõsurgit. ideo Aristo. simpliciter dixit, hæc non esse ad aliquid: & cognosci posse diffinite absque eo ad qđ dicuntur. non enim simpliciter non sunt relativa, sed secundum dici.

De qualitate & quali. Cap. 4.

Qualitatem autem esse dico, secundum quam quales quidem dicimur.

In hoc capitulo quatuor fiunt principaliter. Primo tractatur de qualitate. Secundo de quali. ibi. (Qualia vero.) Tertio assignantur proprietates. ibi (Inest autem & contrarietas.) Quarto excluditur quædam obiectio. ibi (At vero non decet.) Tractatus autem de qualitate primo diffinit ipsam, deinde dividendo eius species determinat. Ait ergo. Qualitatem autem dico &c. Vbi advertenda

sunt

Hæc est secunda pars huius capi. in qua intẽdit determinare de quali, & circa hoc duo facit. Primo diffinit quale dicens. Qualia sunt, q̃ fm hæc, i. qualitates dictas, denoĩatiue dñr, vel quomodolibet aliter ab his. s. qualitatibus. Secũdo declarat datam diffinitionẽ. & primo quo ad primam partem, s. denoĩatiue dñr, dicens, qd' pene in oĩbus qualia denoĩatiue deriuantur a qualitatibus, vt ab albedine albus &c. deinde quo ad alteram partẽ, s. vel quomodolibet aliter ab his. ostẽdens duobus hoc modis contingere: vel quia qualitas ipsa nomen proprium non habet, vnde denoĩatiuum dicatur: & hoc maxime apparet in secunda spẽ qualitatis, vt potentia naturalis ad percutiendum & currẽdum &c. ostendit pugillator. n. fm illam potentiam dictus ab illius potentiæ noĩe non venit, sed ab

Lect. 5. in T. cõ. 16

Cap. de positione.

Prima secũdæ. q. 49 artic. 2. c.

Nota hic sectionem qualitatis numerum atque ordinem.

A. T. c. 14 vsque ad T. cõ. 21.

De Quali.

artis pugillatoriæ noïat: & simile est de cursore & aliis huiusmodi. Vel q̃a ipsum quale a qualitate noïata non habetur denoïatiue, vt a virtute habetur studiosus & nõ virtuosus, his ergo duobus modis quale inuenitur nõ denominatiue, sed quomodolibet aliter a qualitate dictum. Dubium hic accidit ex eo q̃ Arist. quale p̃ qualitatem diffiniuit, & superius qualitatẽ per quale, qđ absurdum vr̃: quia circularis doctrina vr̃. Ex dictis hic soluiť, qualitatis siquidem descriptio a posteriori data est, qualis autẽ a priori talem autem circulum difformem cõmittere vitiosum non est, dummõ semper id, a quo procedimus, tunc sit nobis notius (vt in posterioribus diximus &c.)

De proprietatibus qualitatis.

INest autem contrarietas secũdum quod quale est, ut iustitia iniustitiæ contraria est, & albedo nigredini & alia. similiter autem & ea, quæ secũdum eas qualia sunt, uel dicuntur, ut iustum iusto, & album nigro. non aũt in omnibus hoc est. rubro enim uel pallido, aut huiusmodi coloribus nihil contrarium est qualitatibus existentibus.

Hæc est tertia pars huius cap. tradens proprietates qualitatis: diuisaque in quatuor partes iuxta p̃prietatum numerum, quæ suis locis patebũt. Assignans igitur primo primam proprietatem, s. q̃ qualitas habet cõtrarium, tali ordine procedit. primo exẽplariter declarat qualitatẽ habere contrariũ, deinde quale quoq; habere contrariũ, demum hoc nõ conuenire oĩbus qualitatibus aut qualibus ostendit: & verba quidẽ textus satis clare hęc oĩa manifestant, adeo vt expone non egeant. Notanda tñ duo exigunt. Primũ est, q̃ hic est sermo de contrarietate simpl̃r, & non secũdum quid. dupliciter .n. aliqua vocantur proprie contraria a p̃bis, s. simpl̃r, & sic vnum vni tantũ contrarium ponũt, sic .n. contraria sunt extrema vnius gñis, quæ maxime distant, & nõ nisi duo esse pñt, vt albedo & nigredo in gñe coloris, & dulcedo & amaritudo in genere saporis. Vel secundum q̃d, & sic vnum pluribus cõtrariatur. sic .n. contraria dñr media, sub aliquo gñe, tam inter se, q̃ relata ad extrema. vt pallidũ contrarium dr̃ & rubro & albo & nigro, & ecõuerso quodlibet horũ pallido quodãmodo contrariatur. Sed contrarietas hæc est secundum quid: pallidũ siquidem vt sapit albedinẽ contrariatur nigredini: vt aũt sapit nigredinem cõtrariatur albedini &c. (vt dicitur in .5. physi.) quia igitur est contrarietas est secundum q̃d contrarietas, & non simpl̃r, eo q̃ sic non sunt cõtraria secundũ se, sed rõne alterius, vt patet ex dictis, iõ Arist. absq; additione cõtrarietatem hic proferens, de contrarietate simpl̃r intelligendũ se voluit. propter qđ subiũgendo dixit, in mediis coloribus cõtrarietatem non esse, q̃ verũ non est nisi contrarietatem simpl̃r accipiendo &c. Scđm est, q̃ notanter Arist. exẽpla ponens contrariorũ in moralibus, dixit, vt iustitia iniustitię: iustitia nãq;, vt in .5. Ethic. ipse docet, nõ est virtus media inter duas malitias, quẽadmodum aliæ virtutes morales, vt liberalitas inter prodigalitatẽ & auaritiã, & fortitudo inter timiditatẽ & audaciam &c. sed opponiť iniustitię, vt vnũ extremũ alteri extremo, sicut ęgritudo sanitati &c.

Amplius, si ex contrariis unum fuerit quale hoc palam est quoniam reliquum erit quale, proponenti ex singulis alia prædicamenta. nam, si est iustitia iniustitiæ contrariũ, quale autem est iustitia: quale igitur est iniustitia. nullum .n. aliorum prædicamentorum aptabitur iniustitiæ, nec q̃titas, nec ad aliquid: nec ubi, nec omnino aliud quicq̃ nisi quale: sic autem & in aliis, quæ secundum quale contraria sunt.

Hic secundo non ponit secũdam proprietatem, sed vicem secundæ proprietatis. cũ .n ad hoc ponantur hic proprietates vt insignitũ eis illucescat prædicamentũ quo ad contenta & nõ contenta: & hoc in loco documentũ, quo discernere discimus qualia a nõ qualibus tradatur, merito vitam proprietatis dictũ est. Et aũt documentum tale, q̃, si vnum contrariorum est quale reliquum etiã est quale, q̃ satis aperte in litera declarať inductiue, ostendẽdo q̃ nihil contẽtorum in aliis generibus qualitati contrariať. Ex ex eo habemus viam faciliorẽ ad discernẽdum qualitates ab aliis. statim .n. vt vnum cõtrariorum in qualitatis gñe posuimus, scimus ex hoc q̃ reliquũ in eodem genere est, & non oportet vagando quærere cuius naturę sit.

Suscipit autem qualitas magis et minus, album .n. magis & minus alterum altero dicitur, & iustum alterum altero magis & minus dicitur, sed & ipsa crementum suscipiunt, cum candidum nãque fit: amplius contingit candidum fieri, non tñ omnia: sed plura. Iustitia nãq; à iustitia si dicatur magis & minus potest quilibet ambigere, similiter & in aliis affectibus. quidam .n. de talibus dubitant, iustitiam nãque à iustitia non multum aiunt magis & minus dici: nec sanitatem a sanitate. Minus aũt alterum altero habere sanitatem aiũt, & iustitiam minus alterum altero habere, sic aũt & grammaticam & alios affectus, sed tamen ea quæ secundum eos affectus dicuntur indubitanter recipiunt magis & minus. & grammaticior .n. alter altero dicitur: & iustior & sanior, similiter & in aliis. Triangulus uero & quadrangulus nõ uidetur magis & minus suscipere, nec aliquæ aliarum figurarum. Quæcũq; .n. diffinitionem trianguli suscipiunt & circuli omnia similiter triãguli uel circuli sunt. Eorum uero quæ non suscipiunt nihil magis alterum altero dicitur. nihil .n. quadratum magis q̃ parte altera longior forma: circulus est, nullum .n. ipsorum recipit circuli rationem. Simpliciter autem si utrũq; non recipiunt huius propositi rationem non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. horum itaque prædicta sunt nihil est proprium qualitatis.

Hic ponitur tertia proprietas qualitatis. s. suscipere magis & minus: vbi ipsa proposita tria facit Primo declarat qualitatem suscipere magis & minus ex duobus. s. ex hoc q̃ vnum est magis tale altero: & ex hoc q̃ idẽ est magis tale se successiue, vnde quo ad primũ dicit. album .n. magis & minus alterum altero dr̃. quo ad secundum vero post subdit. sed & ipsa. s. qualia cremẽtum suscipiũt candidum nãque cum sit: contingit fieri amplius candidũ. Deinde cum subdit. (Non tñ omnia.) ostendit q̃ in aliq̃bus qualitatibus vertitur in dubiũ. an suscipiant magis & minus: & intẽdit q̃ apud multos dubitatur, an qualitatibus secũdum se seu in abstracto sigñatis conueniat suscipere magis & minus, puta iustitiæ sanitati: & cæteris affectibus. i. habitibus vel dispõnibus. & simile dubiũ est de albedine & nigredine & aliis, indubitanter tñ tenent prædicti: qđ qualia s̃m qualitates prędictas suscipiũt magis & minus, vt iustus sanus albus & alia hm̃oĩ. Ratio aũt huius diuersitatis nõ alia assignatur in litera nisi modus loquẽdi: quia non diciť magis aut minus iustitia aut sanitas aut albedo, sed dicitur magis & minus iustus vel sanus aut albus. Tertio cum subdit (triãgulus vero &c.) ostendit q̃ absq; dubio non conuenit oĩbus qualitatibus suscipere magis aut minus, & circa hoc duo facit primo, p̃ponit q̃ figura quę est quarta spẽs qualitatis non recipit magis & minus: dicens, triãgulus vero & quadrangulus quæ sunt spẽs figure, nec aliqua aliarum figurarum vñr suscipere magis & minus. Deinde declarat tali rõne. Si in figuris inueniretur magis & minus, aut hoc esset quo ad ea de quibus non prædicatur diffinitio illius figurę. aut quo ad ea de q̃bus prædicatur, sed nec in illis nec istis inuenitur figura aliqua cum magis & minus. ergo figura nõ suscipit magis & minus. minor in textu quo ad primã partem sic declaratur, quia quęcũq; diffinitionem trianguli vel circuli suscipiũt, omnia simĩr et nõ magis aut minus triãguli aut circuli sunt. Quo ad secũdam vero subditur. Eorum, vero q̃ non recipiunt trianguli aut circuli rõnem nihil magis alterũ altero triangulus aut circulus est, & subdit exẽplum huius. figuram .n quadrata nõ est magis circulus q̃ figura altera parte longior. quia neutra est circulus, seu circuli diffinitionẽ recipit & simpl̃r ac vĩr, constat q̃ verum est nihil esse magis tale nisi sit tale, seu vt in textu dr̃: & idem est, nihil dicĩ magis tale q̃ p̃positi talis diffinitionem non recipit, q̃m comparatiuum p̃supponit suum positiuum, nõ ergo oĩa

Marginal notes: Proprie et contraria dupliciter sumuntur. — T. com. 6 — Cap. 9.

qualia recipiunt magis & minus, horum itaq; quae dicta sunt nihil est proprie propriũ qualitati, quia nihil horum conuenit omni qualitati, vt ex dictis patet. Notandũ est circa hanc partẽ, ꝙ praedicta dubitatio dupl'r intelligi potest, s. phice & logice: & siquidem intelligatur phice per iustitiam & sanitatẽ intelligendae sunt qualitates in seipsis, per qualia aũt intelligendae sunt participationes ipsarũ in subiectis. seu ipsae vt participãtur a subiectis: & est dubitationis sensus, an qualitates suscipiant magis & minus in suis essentiis, cum tñ indubitanter constet, ꝙ suscipiũt magis & minus in earũ participationibus in subiectis: prout magis aut minus participantur ab hoc vel ab illo v'.gra. constat colorẽ magis et minus participari a diuersis aquis calidis, vel ab vna successiue: & ɔñe calidum suscipere magis & minus. Dubium eñ est, an illa res, quę est caliditas, p hoc in seipsa augeatur, an sola eius participatio augeaᶩ. Et haec qõ vsq; in hodiernum diem habet diuersos opinãtes: & quia phica est derelicta hic ab Aristot. eam tñ determinauit S. Th. dicens, qñ calidum intenditur, etiam caliditatem ipsam intendi. Si vero intelligaᶩ logice tunc per iustitiam & sanitatẽ intelligenda est vt significatur in abstracto. per qualia autem qualitas vt significatur in concreto, ita vt diuersitas ſm modum significandi difficultatem hanc ingesserit, & est sensus dubitationis cũ constet cõcreta qualitatis, s. iustum, album, grãmaticum &c dici cum magis & minus. Dubium tñ apud quosdam est an abstracta earũdem qualitatum dicantur cum magis & minus, puta an iustitia, aut sanitas dicaᶩ cũ magis & minus. Et haec dubitatio magis logica est, & facile soluiᶩ dicẽdo, ꝙ abstracta non dñe magis & minus, qm̃ imitantur substantiam in modo signãdi subę siquidem adeo propriũ est non suscipere magis & minus, vt non solũ ipsa his careat, sed etiam omne illud, ꝙ modum subae sapit, vt sic a magis & minus susceptione immune reddaᶩ. clarum aũt est ꝙ res, cum signãtur in abstracto, per modum subae significatur: quia signãtur vt per se stans, ꝙ est propriũ substantiae. Vnde & a grãmatico substantiua dicuntur haec nomina. Vna ergo met res diuersimode signãta dicitur suscipere magis & minus, & nõ suscipere, propter diuersos modos significãdi, quorum alterum repugnat cũ magis & minus praedicari propter ꝙ & apud grammaticos abstracta comparatiuis nominibus carent &c.

Similia uero & dißimilia secundum solas dicuntur qualitates. Simile enim alterum alteri non est secundum aliud, nisi secundum illud. quod quale est, quare proprium erit qualitatis secundum eam simile & dißimile dici.

Hic quarto ponitur proprie propriũ qualitatis, s. secundum eã simile & dissimile dici: ꝙ nõ aliter in textu declaratur nisi ex hoc ꝙ ſm nullum aliorum generũ vnum altero simile dr̃, sed secundum quale tantum. Vbi notandum est primo, ꝙ ly (ſm) nõ denotat habitudinẽ causae formalis, sed fundamẽtalis. non. n. est sensus, ꝙ proprium est qualitati ſm eam formalr̃ simile & dissimile dici, quia falsum est. dicitur siquidem simile ſm similitudinem formaliter, & dissimile ſm dissimilitudinem, quae relationes sunt, & non ſm qualitatem aliquã. Sed est sensus, ꝙ proprium est qualitati ſm eam fundamentalr̃ simile & dissimile dici. & hoc verum est, qm̃ fundamentum causa, & ratio ꝙ aliquid dicaᶩ dissimile est qualitas, sicut fundamẽtalis rõ ꝙ aliquid dicatur aequale est q̃titas. Notandum est secundo, ꝙ sicut superius distinctũ est de aequalitate, ita in proposito distinguẽdum est de similitudine, s. ꝓprie & similitudinarie, seu sub aliis verbis formalr̃ & modalr̃, & sicut ibi dictũ est, aequalitatem proprie sequi q̃titatem proprie dictã & ęqualitatem metaphorice sequi q̃titatem metaphorice dictã, ita nunc dicimus similitudinẽ proprie seu formalr̃ esse proprietatem qualitatis, q̃ vere est qualitas. similitudinem aũt modaliter esse proprietatẽ qualitatis secundum modũ, i. ei sumptae per modum qualitatis. Appellatur aũt similitudo proprie relatio cõuenientię inter duo qualia rõne illarum qualitatum, vt albũ albo, & calidum calido simile dr̃. Similitudo autẽ modaliter dicitur relatio conuenientiae inter duo quaecũq; sint illa, vt induunt rõnes qualium, seu vt habent modũ qualis, vt homo homini similis dr̃ secundum humanitatẽ: quia hic talis est qualis ille, cum sñ secundum rem hmõi conuenientia idẽtitatis non similitudinis relatio sit, & sic est in aliis, vt pater patri similis dr̃, ſm paternitatem & q̃tum q̃to ſm q̃titatem &c. quia. s. hoc est tale quale illud est &c. Dixit ergo proprie propriũ esse qualitati ſm eã simile & dissimile dici, quia quocũq; modo silitudo capiatur, ꝓportionaliter comitatur qualitatem. Scd̃m. n. vere qualitatem vere simile aut dissimile dr̃, & ſm rem habẽtem modum qualitatis, simile aut dissimile modaliter dicitur &c.

In capi. de quātitate. (left margin, beside "talis rõ ꝙ aliquid dicatur aequale")

At uero non decet conturbari ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes, multa de relatiuis interposuisse. Habitus. n. & dispositiones horũ, quae ad aliquid sunt esse dicebamus. pene. n. in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur, nihil autem horum quae singula sunt. Nam cum disciplina genus sit, hoc ipsum quod est alterius dicitur. alicuius enim disciplina dicitur, Eorum uero, quae singula sunt, nihil ipsum quod est alterius dicitur. ut grammatica non dicitur alicuius grammatica, nec musica alicuius musica, sed forte secundum genus haec ad aliquid dicuntur, ut grammatica dicitur alicuius disciplina, non alicuius grammatica: & musica alicuius disciplina, nõ alicuius musica. Quapropter quae per se quidem singularia sunt non sunt ad aliquid. dicimur. n. secundũ singulas quales. haec. n. habemus. scientes enim dicimur quod habemus singulas scientias, quare haec erunt & qualitates, quae singularia sunt, secundum quas quales dicimur, haec aũt non erunt eorum, quae sunt ad aliquid. Amplius si contingat hoc ipsum quale & relatiuum esse, nihil est inconueniens in utrisq; haec generibus enumerare.

Haec est quarta pars huius cap. in qua Aristo. excludit quãdam obiectionem; et tria facit. Primo ipsam obonem proponit, q̃ est talis In gñe qualitatis non debent reponi relatiua (qm dictum est) qd' diuersorum generũ & non subalternatim positorum diuersae sunt spẽs & drĩae: ergo habitus & dispõnes, cum in prędicamento ad aliqd numerati sint, nõ debent nunc inter qualitates poni. Secũdo ibi. (Pene. n. in oibus talibus.) r̃ndet huic obiectioni dicens tria, s. ꝙ huiusmodi, s. habitus & dispõnes ſm sua genera dicuntur ad aliquid & qd' ſm singula i. spẽs non dñe ad aliquid: & qd' praedicta singula, i. spẽs qualitates sunt. Ex quibus tribus confici põt r̃nsio dicens, ꝙ nõ est idem positum in praedicamẽto ad aliquid et qualitatis: sed gñа habituum sita sunt in ad aliqd, quia ad aliquid dñe: species vero in qualitate, quia qualitates & nõ ad aliquid sunt. Huius r̃nsionis prima propositio clare patet in textu. & ponitur ibi exẽplum de disciplina. Scd̃a quoq; clare subditur cũ dicitur: eorum vero, q̃ singula sunt, nihil ipsum ꝙ est alterius dr̃: vt grammatica & musica. haec n. non dicuntur ſm se ad aliquid, licet p aliud, i. per sua genera dñr ad aliquid: & iõ subditur, sed forte tñ genus haec ad aliquid dñr: & est snĩa plana: vbi distinctionem q̃ (in. 5 metaphy.) posuit, inter ad aliqd secundum se, & ſm aliud tetigit. Vocatur siquidẽ ad aliquid secundum se, ꝙ sui rõne refertur, vt pater Scia &c. Secundum aliud vero ꝙ cõne alterius: vt in proposito grãmatica ſm se non refertur, sed vt scia vel disciplina dicitur. Tertium autem ꝓpõnem ab eius probatione inchoãdo subdit dicens, dicimur aũt ſm singula quales: & intẽdit talem rõnem, ea ſm quae dicimur quales, sunt qualitates: sed ſm spẽs habituum dicimur quales, ergo spẽs habituum sunt qualitates, ꝓbatio minoris. ſm ea q̃ habemus dicimur quales: sed spẽ habitus habemus ergo ſm eas dicimur quales Declaratur minor huius prosyllogismi: quia iõ scientes dicimur: qm̃ singulas scias habemus: & non quia genus sciarum habeamus, oĩs. n. sciens dr̃ sciens vel quia habet phiam, aut geometriam, aut astronomiã, aut aliq̃ singularem sciẽtiam. Appellauit aũt species singula, eo ꝙ cõparãtur ad genus vt singularia eius, & singulas naturas singulae spẽs important gñe, nulla vnam naturam dicente. Tertio ibi. (Amplius si cõtingat.) Alio modo r̃ndet eidem obiectioni: & sendit ad hoc r̃nsio, ꝙ nõ inconuenit idẽ collocari in duobus praedicamẽtis: relationis, s. & qualitatis. si cõtingit idẽ

In antepredicamentis regula secunda. (right margin, beside "proponit, q̃ est talis")

T. c. 30. (right margin, beside "ad aliquid: & iõ subditur")

esse relatiuū & quale: ꝙ sine dubio contingit, ipse tñ sub dubio protulit, quia nõ determinauerat sic esse (vt moris sui est.) quia ergo habitus & dispões & qualitates sunt, & ad aliquid dñr, ideo in duobus poni gñibus nullum inconueniens est. Ad euidētiam dictorum primo notandum est, ꝙ prima rñsio dicens, genera habituū esse ad aliquid, & spēs qualitates: potest habere duplicē sensum. Primus est vt sit sermo de ad aliqd seu relatiuis secūdum esse, & hic est falsus omnino: quia impossibile simplr est alicuius qualitatis genus esse rē, quæ est formaliter ad aliquid: sicut impossibile est hoīs genus esse lineam. prædicamēta
T. co. 31. enim oportet impermista esse (vt in. 1. Poste. dr̄.) Secūdus sensus est vt sit sermo de relatiuis secūdum dici, & tūc verum est ꝙ dicitur. s. genus qualitatis alicuius esse ad aliqd, qm̄ cum relatiuum secundū dici, vt ex superius dictis ap
In primo cap. ad aliqui d. paret, nõ sit relatiuum, sed dicatur relatiuū, eo ꝙ res significata tali noīe non est ad aliqd, sed est concepta et signata cū ordine ad aliud, non inconuenit rem, q̄ est qualitas, vt significatur noīe generis, significari cū ordine ad aliud: & vt significatur noīe speciei, non significari cum ordine ad aliud, & ꝯñr genus esse relatiuum secundum dici, & spēm non, sed qualitatem pure remanere. sic aūt est in ꝓposito, qm̄, cum genus & species eandem rē (licet diuersimode) significent, res sigñata scientiæ seu disciplinę noīe, & grāmaticæ seu musicæ nomine, qualitas est, vt sigñatur scientiæ noīe: cum relatione ad scibile, importatur: vt aūt significatur noīe musicæ absolute importatur, & iō scientia dicitur ad aliqd secundum dici, musica aūt non, sed qualitas. Ex his aūt patet intellectus secundę rñsionis, ꝙ. s. in illa quoq; sermo est de relatiuis secūdum dici, nihil. n. minus impossibile est idē esse qualitatem vt ad aliqd secundum esse, q̄; genus esse ad aliqd & speciem qualitatem: imo magis impossibile vr̄: quia impossibilitas illius est rō impossibilitatis istius. iō. n. qualitatis genus non pōt esse ad aliquid, quia idē non potest esse ad aliqd & qualitas. Intendit ergo secunda rñsio, ꝙ, quia hmōi, s. habitus & dispositiones, sunt relatiua secundū dici: & ꝯñr important duo, s. rem absolutam & relationem, iō non inconuenit in diuersis ea gñibus collocari: in ad aliquid quidem rõne relationis, in qualitate aūt rõne qualitatis, q̄ absoluta res est. Secundo notandū est, ꝙ prædictæ duæ rñsiones differūt in hoc, ꝙ prima cõsiderat ad aliqd & quale quo ad modum denoīandi & prædicandi de substantia, secunda aūt considerat ea, quo ad id qd' sunt. Vnde quia modus denominandi multū attenditur s̄m modum quo res significatur & cõcipitur: & res, quę sunt habitus, vt sigñantur nominibus suorum generū, vt dictum iam est, significantur per modū ad aliquid, & consequenter denoīant cum ordine ad aliud: vt autem sigñantur nominibus spērum significantur ꝑ modum qualitatis, & consequenter denominant absolute: iō in prima rñsione merito dictum est, habitus gñа esse ad aliquid, species autē qualitates. Quia autem diuersæ sunt res, relatio sigñata per hmōi relatiua, & qualitas per eadem sigñata: ideo in secunda rñsione ad res addens, dixit non esse incõueniens, idem. s. subiecto & nomine in diuersis generibus rõne diuersorum, quæ clauduntur in eo. Et licet hæc rñsio sufficientibus videatur resoluere dubitationem ꝓpositam, quia tñ prima magis logica est, ideo accuratius eam est prosecutus &c.

Recipit autem facere & pati cõtrarietates & magis & minus. calefacere. n. & frigidum facere cõtraria sunt, & calefieri & frigidum fieri, delectari ac cõtristari: quare recipit contrarietatem, & magis & minus. calefacere. n. dicitur magis & minus, & calefieri magis & minus. Recipit ergo magis & minus facere & pati. de his itaq; tanta dicantur. Dictum est autem & de situ in his, que ad aliquid sunt. denominatiue. n. à positionibus dicuntur. De reliquis autem quando, & ubi, & habere, eo quod manifesta sunt, nihil de his aliud dicitur q̄ quod in principio dictum est: quia habere quidē significat calciatum esse, ubi autem in loco, quando ut heri, & alia, que de eis dicta sunt. de propositis itaque generibus, que dicta sunt sufficiant.

In hoc vlt. cap. huius trac. breuissime determinat de residuis sex gñibus, quia manifesta sunt de se. & primo de prędicamento actionis & passionis simul: duas eorū communitates assignādo, s. contraria habere, & magis & minus suscipere, vt clare patet in textu. Deinde de ꝑdicamento situs determinat, remittēs nos ad dicta in prædicamento ad aliquid, s. ꝙ denoīatiue a positionibus dicitur situatum esse: vt iacere & sedere. Tertio de reliquis tribus. s. vbi quando, & habere, nihil aliud dicendū censet, nisi qd' in principio dictum est, s. declarare quid noīs eorum, puta ꝙ vbi significat esse in loco (qñ) esse in tempore (hr̄e) vero calciatum esse, vestitum esse &c. Vltimo sufficere hæc vult pro nunc de decem præpositis generibus &c.

Circa hanc partem occurrit dubium, qūo situs sit vnū decem generum, & tñ denominatiue dicitur a positione, quæ est spēs ad aliquid, vt in textu hic dr̄. Ad hoc rñdet multipliciter. Primo dr̄, ꝙ positio quidem est spēs ad aliquid, & nõ est genus gñalissimum, sed situm esse est generalissimum: cuius signū est, ꝙ Arist. tam in principio q̄ in genere ad aliquid iacere & sedere in ꝑdicamento situs posuit, sessionem vero & stationē in ad aliquid. et modo expresse vocat hoc genus situm esse. Nec obstat denoīatiue dici a positione, qm̄ diuersus modus prædicādi sufficit ad distinctionem horum generū. Sed cõtra hoc est expresse auctoritas Gilberti Porretani, & oium pene ꝑborum dicentium positionem esse vnum gñalissimū. Et præterea non quæcūq; diuersitas modi prædicādi sufficit ad distinctionem prædicamētorum, dato qd' non distinguat nisi ratione: diuersitas nāq;, quæ inuenitur inter abstractū & concretum seu denoians & denominatiuum ad hoc non sufficit: qm̄ hæc in eodem sunt genere. albū. n. & albedo, & pater & paternitas in eodē manifeste sunt genere: cum igitur positum esse & positio, nõ differant nisi sicut denominans & denoīatiuum, vt patet de sessione & sedente: statione & stante &c. oportet dicere ꝙ in eodē gñe sunt. Secundo dr̄ ꝙ positio tripliciter sumit̄. Primo pro ordinata permanentia situatarū partium, & sic est dr̄ia q̄titatis. scd̄o pro ordine partium in toto respectu loci: et sic est speciale prędicamētum. Tertio pro relatione, & sic est numerata in ad aliqd. Sed hæc responsio & falsum sonat, & non soluit. Falsa quidē videtur. quia tertia acceptio positionis chimerica vr̄: quæ nāq; est illa relatio? ꝙ eius fundamentum? aut quis terminus? Non soluit aūt, quia ex hoc non habetur qūo denoīatiue dicantur ea, quæ in situ sunt, ab his, q̄ in ad aliquid: imo ex hoc potius haberetur oppositum, eo ꝙ denoīatiua solo casu & nõ significatione differūt ab his, a quibus dicuntur denoīatiue. Tertio dicitur et est forte declaratio ꝑcedentis, ꝙ, quia positio vt est spālе prædicamentum, dicit respectum cõsequentem relationem, iō potest sumi dupliciter. Vno mō formaliter & sic est vnū prædicamentum, alio mō fundamentaliter & sic est in aliqd. Et si quæratur, q̄ est illa relatio, dr̄, ꝙ est passiua adiacētia loci ad corporis partes sic adinuicē & respectu loci coordinatarū. Sed cõtra hoc est, quia nec sic saluatur qūo positio formaliter a positione fundamētaliter denoīatiue dicatur, imo potius oppositum ex hoc haberetur, vt deductū est. Et præterea cum abstractum significet rem formalr̄ tantum, male Arist. numerasset sessionem & stationē in ad aliqd: & stat & sedet in situ. Debuisset siquidem oppositū facere: quia cõcreta vtroq; mō sumi possunt, abstracta vero minime. Quarto dr̄ ꝙ quia positio vt est vnum ꝑdicamentum, significat non rē absolutam. sed respectiuā, licet non de genere ad aliquid: & large loquendo: ois respectus relatio vocetur. iō Aristo. extenso vocabulo ad aliquid põnens inter ad aliquid numerauit. Sed omisso, ꝙ hæc rñsio voluntaria vr̄, contra ipsam est, ꝙ pari rõne iacere & sedere inter ad aliqd numerasset: vel saltem ea ab, ab aliqd non separasset, sigñant. n. hæc respectu, sicut sessio & statio. Dicitur ergo quinto, ꝙ positio genus gñalissimum est comprehēdens in sua latitudine sessionem & sedere, stationē & stare: sicut qualitas albedinem & albū: & qd' sedere & stare denoīatiue dicuntur a sessione & statione. sicut albū, & dulce ab albedine & dulcedine. & ꝯñr ꝙ positio non est species ꝑdicamenti ad aliqd: sed posuit Aris. positiones inter ad aliqd: quia significant ꝑ modum ad aliquid. Dicitur. n. positio

Cap. 5. ibi eorum quæ secundū nullam &c.

Resp. 2.

Resp. 3.

Resp. 4.

Vera rñsio

aliculus positio: & decuit hoc ipsum facere in hoc libro, quoniam logice cõsiderat res vt dictum fuit: nõ dicimus ergo ea q̃ sunt in genere situs denoĩatiue dici ab his quæ sunt in genere ad aliquid secũdum illud qd' sunt, qm̃ positiones ſm id qd' sunt, non inter ad aliquid, sed in situs genere collocãtur: sed dicimus ea, quę sunt in genere situs .i. sedere, & iacere, denominatiue dici ab his. q̃ sunt in genere ad aliquid, quo ad modũ significandi. hoc aũt manifeste patet nullum inconueniens esse

Circa hæc vltĩo dicta genera vt vel quid noĩs nouitij habeant, sciendum est quatuor esse in re hac opiniones. Quidam.n. putant hæc sex genera sigñare absolutũ cum respectu, puta ꝙ vbi sigñat locum cum respectu ad locatum &c. Alij vero qd' significant denoĩationes extrinsecas: ita qd' nihil aliud sigñat sortem esse in loco q̃ sortem denominari a loco: vt mẽsura extrinseca &c. & hoc consonare videtur doctrinæ S. Tho. in. 3 physi. ab Herueo defenditur. Alij credũt ꝙ quatuor vltima genera significent respectus, q differant a relationis genere duplr (vt dicitur in tract. de relatione attributo S. Th.) Primo in hoc, ꝙ genus relationis inueniẽ & in corporalibus & in spiritualibus, respectus autẽ horum quatuor in corporalibus tantum: consequuntur. n. locum, aut tẽpus, aut aliquid tegens quæ corporũ & corporalium tantum sunt. Scdo in hoc, ꝙ relationis genus fundatur sup res quinque generũ suo modo absolutas. respectus aũt horum generum fundantur super alios respectus, vt patet ex eorũ diffinitionibus a Gilberto positis (vbi) nãq; & positio consequũtur adiacentiam passiuam corporis locati a loco (qñ vero) sequitur adiacentiam tẽporis, & habitus adiacentiã eorum quæ circa corpus sunt. A quibusdam aũt dicitur, ꝙ hæc sex genera importãt respectus differentes, a relationis genere in hoc, qd' respectus generis ad aliquid est respectus intrinsecus aduenĩens, respectus aũt aliorum generum est respectus extrinsecus aduenĩens. & vocatur respectus intrinsecus aduenĩẽs, qui necessario sequitur extrema, vt similitudo necessario sequitur duo alba: respectus autẽ extrinsecus aduenĩens dr̃, qui nõ necessario sequitur ad extrema posita in actu, vt ibi nõ necessario sequitur corpus & locum &c. & quoniam Aristo. non esse protelandum sermonem de his hic censet sat sint hæc &c.

Capr. 2. distin. 2. q. 1.

Herueus quol. Lect. 4. sr. super T. cõ. 22. Capr. 2. distin. 2. q. 1. in solutione Aurt. contra secũdã conclus.

De Oppositis. Cap. I.

Quoties solet apponi dicendum est. Dicitur aũt alterum alteri opponi quadrupliciter: aut ut ad aliquid, aut ut contraria: aut ut habitus & priuatio, aut ut affirmatio & negatio. Opponitur autem unũquodq; istorum ut sit sigillatim dicere, ut relatiua, ut duplum dimidio: ut contraria, ut malo bonum: ut secundum priuationem & habitum, ut cæcitas uisui: ut affirmatio & negatio, ut sedet & non sedet.

Hic est tertius tract. huius operis, tradens notitiã postprædicamentorum .i. eorũ quæ consequuntur diuersa p̃dicamenta. hæc n. superant determinanda hoc in loco secundum veritatẽ, licet Andronicus (Boetio teste) dixerit Arist. non esse doctrinã hanc, sicut nãque ante doctrinam prædicamentorum tradidit eorũ notitiam, q̃ velut principia & fundamẽta iacienda erant, & postmodũ singula genera cũ suis propritatibus numerauit, sic modo ea, quæ ad oĩa velut multa genera consequuntur, docere consequenter vult. Sunt aũt hæc quinque, s. oppositio, prius, simul, motus, & hr̃e. Quorum primum secundum & tertium oĩa et singula genera comitantur: qm̃ inter oĩa genera est oppositio. cũ sit distinctio, q̃ super oppositione fundatur: & vnũ est prius & aliud posterius, & omnia sunt simul tẽpore. in singulis quoq; gñibus manifeste hęc parent. differentiæ siquidẽ econuerso diuidẽtes genus qdlibet simul natura & oppositæ sunt, gña vero priora speciebus sunt. Motus aũt per se quidem quatuor respicit genera, s. sub̃am, q̃titatem, qualitatem & vbi: per accñs autem ad oĩa se extendit. Habere autem sub̃am respectu certorum generum comitatur. Declarãda igitur merito hæc ab Arist. fuerant; incipiẽs aũt ab oppositis quatuor facit. Primo proponit & in cõi manifestat intentum. Scdo exequitur de singulis oppõnibus tractando. ibi (Quæcũque igitur vt relatiua.) Tertio cõparando eas adinuicem differentiam inter illas ostendit. ibi (Qm̃ aũt priuatio & habitus.) Quarto redit ad amplius contrariorũ naturam tractandam ibi. (Contrarium aũt est bono &c.) Proponẽdo ergo primo qd dicendũ sit, aperit. s. Quoties solet opponi. Deinde enumerat quoties solet opponi dicẽs: quadrupliciter oppõnem fieri. Vltimo figuraliter. i. exẽplariter quatuor oppõnis modos numeratos manifestat: singulis oppositis singula exẽpla apponens, vt de se patet.

Circa illud verbũ (quoties solet opponi) cõe dubium occurrit: an oppositio vniuoce dicaẽ de his quatuor oppositionibus, an æquoce. Quibusdam. n. videtur ꝙ vniuoce: quia nomen est cõe & ratio ſm oppõnis nomen est eadem: est siquidem oppositio incõpossibilitas simul existendi in eodem, ſm idem ad idẽ &c. & in hoc cõueniunt omnes oppõnes. Alijs aũt (quos sequor) apparet oppositionem ęquiuoce, ſm analogiam m̃ dici de his quatuor. Tum quia Arist. nõ diffinitiue aut descriptiue, sed diuisiue incæpit de oppositis tractare dicẽs. Quoties solet opponi dicendum est. Cõstat. n. ꝙ hic modus tractandi analogorum proprius est. Tum, quia illa oppõnis descriptio adducta non oppõnis, sed contradictionis est, vt patet in primo Elenchorum. Tũ quia relatiue opposita (vt infra patebit) æquiuoce opposita dicuntur.

Circa illud verbum, quadruplr opponi dr̃: aduertendum est, ꝙ sufficiens ratio numeri oppõnum habetur ex hoc, ꝙ opppositio aut attẽditur inter ens & non ens, aut inter entia. Si primo modo duplr contingit, vel inter ens & non ens omnino, & sic est cõtradictio: vel inter ens & non ens in tali sub̃to, & sic est priuatiua oppositio. Si secundo modo, duplr etiã: vel inter entia expellẽtia se mutuo ab eodem sub̃to, & sic est contrarietas: vel inter entia ad inuicem cõtraposita, & sic est relatiua oppositio.

Circa ordinem harum oppõnum notandum est: ꝙ dupliciter ordo inter ea considerari põt primo in latitudine oppositionis, scdo in latitudine entis. Si ordinãde sunt in ordine oppõnum: sic contradictio primum tenet locum: deinde priuatio tertio cõtrarietas: & vltimo relatiua oppositio remanet, qa tanto priorem inter oppõnes locum obtinet oppositio: quãto minus conuenientiæ cõpatitur, sicut tanto magis calidũ est, quanto minus frigoris cõpatitur, & vlr quanto minus vnum extremum cõpatitur aliquid alterius, tãto magis perfectius ſm illud est. Constat autem cõtradictionis extrema in nullo conuenire: qa alterum ens: alterũ purum nihil est. Priuatiue aũt opposita etsi in nullo formalr conueniant, in subiecti tñ positione conueniunt. vtrũq; n. subiectum ponit. Contraria aũt etsi mutuo se expellant, quia tñ in vnius gñis natura conueniunt, qm̃ vtrũq; eorum ens ponit, formaliter illius generis tertium merito sibi locũ vendicant. Relatiue aũt opposita vltimo restant, qm̃ in genere formlr conueniunt, vtpote naturas positiuas illius dictãia, nec se ex hoc ꝙ correlatiue opposita sunt expellũt (vt infra patebit.) sed quia opposita. i. cõtraposita sunt, inter oppositas numerantur. Si aũt in ordine entium collocande sunt sic contrarius ordo est, qm̃ relatiue oppositioni primus debetur locus, cõtrariæ secũdus, priuatiue tertius, & cõtradictorię quartus, & ratio est qa in his quæ imperfectionem importãt opposito ordine attẽditur, magis & minus eorum in illo genere: & in gñe entis, in illo siquidem genere attẽditur magis & minus ſm accessum ad summum illius gñis: vel ꝙ idem est ſm maiorẽ recessum ab opposito, in genere aũt entis attẽditur magis ſm minorem recessum ab entis positione, ita ꝙ illud est ꝑfectius ꝙ minus ab entis positione recedit. v̄. gra. infirmitas q̃ imperfectionem sonat duplr melior dici põt, vel in genere infirmitatis: & sic illa erit ꝑfectior infirmitas q̃ magis appropinquat morti, seu magis recedit a sanitate, vel in gñe entis, & sic infirmitas minus remouẽs sanitatis perfectior est. Constat aũt ꝙ oppositio in allastogia malorũ est, sicut nõ ens & diffinitio, vt ex oppositis eorũ apparet. s. conuenientia, & vnitate, q̃ in coordinatione bonorũ sunt, & ideo ꝯñs est, ꝙ quãto aliqua oppõ magis recedit ab entis positione posteriorem

inter

inter entia locum teneat & ea quae minus entitatis remouet: priorem locum obtineat. Clarum vero est qd' conuenientia ens ponit: sicut & vnum esse, & consequenter qd' quanto aliqua oppositio minus conuenientiae habet, tanto magis ab ente recedit, ac per hoc cōtradictio vltimum entium inter oppositiones erit: & aliae praecedēt ipsam secundum recessium minorē a conuenientia qui supra declaratus est. Si credimus ergo Aristo. oppositiones voluisse ordinare in genere oppositionis a minus oppositis ascendisse semper dicamus. Si autē opinamur ipsum ordinasse oppositiones inter entia: dicamus a perfectiori inchoasse & ad minus perfecta indefesse properasse &c.

Quaecunque igitur (ut relatiua) opponuntur ea ipsa quae sunt oppositorum dicuntur aut quomodolibet aliter ad ea ut duplum ipsum quod est alterius dicitur, alicuius enim duplū dicitur, sed & disciplina disciplinato tanquā relatiue opposita est. & dicitur disciplina hoc ipsum quod est disciplinati: sed disciplinatum hoc ipsum quod est ad oppositum dicitur, idest ad disciplinam, disciplinatum.n. aliquem dicimus disciplinatum disciplina. Quaecunque ergo opposita sunt tanq̄ ad aliquid ipsa quidem q̄ sunt aliorum dicuntur: aut quomodocunq; ad se inuicem.

Haec est secunda pars principalis huius capituli, in qua intendens determinare sigillatim de singulis oppositionibus quatuor facit iuxta numerū oppositionum quae suis locis patebunt. Primo ergo breuiter determinans de relatiua oppositione describit relatiue opposita sic Quaecūq; vt relatiua opponuntur, ea ipsa quae sunt oppositorū dicuntur: aut quomodolibet aliter ad ea, & declarat exemplariter ponēs duo exempla primum deseruiens primae particulae: & secūdum secundae, vt ex his quae dicta sunt (in capitulo relationis) patet. Notandum est hic attente q secundum duplicem viam exponēdi relatiuam oppositionem, dupliciter exponitur dicta descriptio. Quidam enim putant relatiue opposita ex hoc habere oppositionem relatiuam: quia non compatiuntur se inuicem in eodem secundum idem. similiter &c. respectu eiusdem, impossibile est siquidem aliquem esse patrem & filium eiusdem, aut duplum, & dimidiū &c. & secundum istos, haec descriptio non declarat in quo consistit relatiue opponi, sed est potius regula quaedam ad cognoscendum relatiue opposita, qm̄ hinc ducimus qd' relatiue opposita semper sunt correlatiua adinuicē. talia.n. sunt q̄ non se compatiuntur respectu eiusdem &c. ita qd' secundum hāc viam descriptio ista magis est ad declarandū quae sint relatiue opposita, q̄ quid sint: licet habeatur ex ea via ad cognoscendum quid sint. s. quae non compatiuntur se &c. Alij aūt dicunt relatiuam oppositionem in hoc cōsistere formaliter q ad inuicem relatiua sunt seu dicuntur, ita q ex hoc pater & filius opponuntur relatiue, quia pater contra filium ponitur, & econuerso per hoc qd' pater filij est pr̄, & filius patris est filius: & simile est in aliis relatiue oppositis, & secundum hanc viam descriptio ista optime declarat quid sint relatiua opposita vt sic qm̄ explicite dicit in quo consistat eorum relatiua oppositio. s. in hoc qd' ad se inuicem referuntur Et qm̄ haec via veritatem tradit. ideo ad eius euidētiam & prioris manifestationem in quo deficiat notandum est, q. quia relatiua oppositio vltimum inter oppositiones locum tenet, & cōsequenter contradictoriam participat: quae prima est oppositio. iō dupliciter possunt considerari relatiue opposita. Primo inquātum opponuntur cōtradictione participata. Secundo inquantum sunt opposita relatiue Si considerentur inquantum relatiue opposita. sic apud S. Th. in. q. 7. de potentia Dei. art 8. ad quartum. duabus singularibus differētiis separantur ab aliis oppositis. Prima est q caeterorū oppositorum semper alterum. iō oppositi rationem habet, quia alterius negatio est: vel negationē secum ducit. Contradictorię.n. priuatiue oppositorum alterū negatio est, contrariorum vero alterum vt priuatio est, vt dicitur. 10. meta. relatiue autem oppositorū vt sic, neutrum alterius destructio est, sed ex hoc q opponuntur mutuo se ponunt. non.n. pater opponitur relatiue filio ex hoc qd' idem non potest esse pater & filius eiusdem: sed ex hoc qd' contra ponitur filio. vt dictum est. ex hoc autem ponit filiū, & econuerso. & simile est in aliis relatiue oppositis, semper nāq; inuenitur hoc, q ex hoc q relatiuum ad suum correlatiuum dicitur, ponit ipsum & non negat. ex hoc aūt opponuntur, vt in textu dicitur, q hoc ipsum qd' sunt aliorum sunt. ergo &c. Secunda est qd' caeterorum oppositorum alterum se habet vt imp̄fectum respectu alterius: vt patet discurrendo per singula, relatiue autē oppositorum vt sic, neutrum altero perfectius esse oportet, qm̄ vt sic s inquātum opposita, hoc ipsum qd' sunt ad aliud sunt, inq̄tum autem res aliqua ad aliud est, nec perfecti, nec imperfecti rationem habet. Si aūt considerentur relatiue opposita vt opponuntur contradictione participata, sic absq; dubio verum est, q alterum alterius negationē claudit, respectu eiusdem &c. & hoc mō intelligendi sunt expositores illi, qui dicunt relatiue opposita opponi ex eo qd' non possunt esse in eodem respectu eiusdē, et non est accipiendum de relatiue oppositis vt sic praecise, quoniam vt ex duabus conditionibus eorum inductis, apparet, qd' relatiua oppositio formaliter & praecise sumpta non cōsistit in negatione et imperfectione, sed positione abstrahendo a p̄fectione & imperfectione. Et quoniam sermo Aristo formalis est. ideo veram relatiue oppositorū descriptionem assignauit dicēs, relatiue opposita esse illa quę ea ipsa quę sunt oppositorum sunt &c.

Potentia. q. 7 arti. 8. ad quartū.

De contrariis.

Illa uero, quae sunt ut cōtraria, ipsa quidem quae sunt nullo modo adinuicem dicuntur, contraria uero sibi inuicem dicuntur. Neque enim bonum mali dicitur bonum, sed cōtrarium, nec album nigri album, sed contrarium: quare differunt ā se inuicem hae oppositiones.

Hic secundo determinans de oppōne contraria duo facit. primo quasi describendo contrariae opposita, dicit, (Illa vero &c.) Vbi tria notanda sunt. Primum est, qd' sm triplicem contrariae oppositorum conditionem, tria Aristo. tangit sunt.n. contrariae opposita entia, & in hoc conueniunt cū relatiue oppositis (ad se inuicem non respectiua.) & in hoc differunt a relatiue oppositis (& denominata sibi inuicem contraria.) & per hoc differūt a disperatis, puta albedine & dulcedine. Primam condōnem innuit dicens; ipsa quidem quae sunt i. sm suas proprias essentias Secundam subdens, nullo mō ad se inuicem dicuntur. Tertiam adiungens, contraria vero sibi inuicem dicuntur. Secundum est, q opposita cōtrariae, vt in textu patet, oportet secūdum ea q̄ sunt, non se inuicem respicere, & aliquo mō. (s. vt contraria.) se inuicem respicere; & p̄ñr non esse relatiua & esse relatiua: (Non propterea, q oporteat contraria nō esse relatiua secūdum esse, & esse relatiua secundum dici, qm̄ album & nigrum, dulce & amarum & alia hmōi neutro modo sunt relatiua, sed ꝑpterea, quia oportet contrariae opposita nō esse correlatiua per se, & esse correlatiua per accn̄s) Vocantur aūt relatiua per se, q̄ secundum seipsa, seu propriis noibus referuntur, vt pr̄ & filius, duplum & dimidium &c. relatiua autem sm accn̄s, quae sm aliquid sibi additum seu denominatiuis noibus referuntur, vt Sortes est relatiuū sm accidentem sibi paternitatem, & p̄ris nomen indutus Plat. filij dicitur pr̄: necesse quippe est, qd' contrariae opposita sm ea quae sunt sub ꝓpriis noibus relatiua ad se inuicem non sint, vt album non dr̄ nigri album, nec econuerso, et q denoīentur contraria, ac per hoc sm additam contrarietatis relationem relatiue dicanī indura contrarij vocabulum dicitur n. nigrū (& si non albi nigrum albi tn̄ contrarium) & econuerso, album dr̄ nigri contrarium & sic oportet contrariae opposita nō esse correlatiua & esse correlatiua. Nec tn̄ hoc sufficit ad discernendū contrariae opposita, sed oportet specificare quali relatiua denoīatione oportet ea esse correlatiua, & hoc fecit Arist. (cū dixit ea oportere a contrarietatis relatione denoīata, sibi inuicem contraria dici.) Tertium q. quia Arist. superficietenus (vt logicum decet, res sub intētionibus considerantem) opposita contrariae manifestauit p dr̄iam a relatiuis & disperatis, nec aperuit quid contraria oppositio sit, sed quae con-

trariæ opposita dicuntur, non vera descriptione, sed aliquali maiore explicatione, q̃ cõtrariorum nomen sonet, ideo non est mirandum si contrariæ opposita declarauit per dici sibi inuicem contraria. Ex dictis nãq; iam patet, ꝙ adiunctæ huic particulæ duæ aliæ, tres contrariorum conditionis ostendunt, quas contrariorum, aut contrariꝗ oppositorum nomen non explicat &c.

Contrariorũ diuisio.

Quæcunque uero contrariorum talia sunt, ut in quibus nata sunt fieri de quibus prædicantur necessarium sit alterum ipsorum esse, nihil horum est medium. Quorum uero non necessarium est alterum inesse horum omnium aliquid est medium omnino, ut languor, & sanitas in corpore animalis natura habent fieri, & necessarium est alterũ esse animalis in corpore, uel languorem, uel sanitatem. Sed & par & impar de numero prædicantur, & necessarium est alterum in numero esse, aut abundans, aut perfectum, & nihil est in medio eorum, neq; inter languorem & sanitatem, neque inter abundantem & perfectum. Quorum uero non est necessarium alterum inesse eorum est aliquid medium, ut nigrum & album corpore natura habent fieri, & non est necessarium alterum eorũ esse in corpore. non. n. omne corpus aut album, aut nigrum est. Sed prauum & studiosum prædicantur quidem de homine, & de aliis multis, sed non est necessarium alterum horum inesse illis, de quibus prædicantur, non enim omnia uel praua uel studiosa sunt, sed est horum medium. Albi quidem & nigri fuscum & pallidum, & quicũque alij sunt colores: praui uero & studiosi qđ neque prauum, neque studiosum est. In aliquibus itaq; nomina posita his, quæ media sunt, ut albi & nigri, fuscum & pallidum, in aliquibus autem nomina quidem medio assignare idoneum non est, sed per utrorũq; summorum negationem (q. medium est) determinatur, ut neque bonum, neque malum, neque iustum, neque iniustum.

Deinde diuidendo cõtraria per mediata et immediata, magis eorum naturam aperit tali ordine. Primo ponit diuisionem bimẽbrum cum membrorum descriptionibus dicens, contrariorum quædam esse, quorum nihil est medium, i. immediata: & ista sunt quæcũque talia sunt, vt in quibus nata sunt fieri, & de quibus prædicantur, necesse est alterum ipsorum inesse, quædam vero, quorum est aliquod medium, i. mediata, & ista sunt quæcũq; talia sunt, vt non sit necesse alterum ipsorũ inesse ei, in quo nata sunt fieri. Secundo declarat exemplariter vtrũq; membrum, & quo ad primum adducit in exẽplum languorem & sanitatem in naturalibus, & in mathematicis parem & imparem declarans in eis saluari descriptionem primi membri, & ex descriptione descriptum. Quo ad secundum autem adducit album & nigrũ in corpore, & prauum et studiosum in anima: & sic procedit a descriptione secundi membri ad descriptum, vt clare patet in textu. Tertio distinguit quo ad nos (ſm membrum) cõtraria, s. mediata: dicens in aliquibus cõtrariis mediatis impositum esse nomen ei, ꝙ est medium, vt fuscum, pallidũ, croceum &c. nomina sunt mediorum inter albũ nigrum, in aliquibus vero nomen proprium medij nõ habemus, sed negatione vtriusque extremi circũloquimur (vt patet de medio inter prauum & studiosum) q. dicimus nec prauum, nec studiosum: & sic de aliis. Aduertẽda sunt ad intellectum huius literæ duo. Primo qđ mediũ est duplex, s. per participationem, & per abnegationem. Medium per participationem dicitur, q. ita ab vtroque extremo differt, ꝙ tñ vtriusque naturam participat, vt pallidũ, ita nec album, nec nigrum est, vt tñ albi nigriq; naturam sapiat. Mediũ vero per abnegationẽ dicitur, ꝙ vtriusq; extremi negationem omnino habet, vel simplr, vt lapis nec prauus nec studiosus: vel secundum tempus, vt homo in infantia nec prauus nec studiosus: vel secũdum partem, vt homo secundum corpus nec prauus, nec studiosus. In hoc ergo loco non est sermo de medio per abnegationem, qm̃ inter omnia contraria inuenitur tale medium, sed est sermo de medio per participationem, qm̃ ex hoc diuiduntur contraria inter se, ꝙ quædam eorum habent tale medium & quædam non. Diligenter aũt attende, ꝙ non dixit Aristo. aliqua contraria esse indiuisibilia, sed immediata. & iõ non oportet ex hoc loco dubium quẽpiam reddi, quomodo inter cõtraria immediata possit esse motus: immediatio siquidem rerum nõ obstat motui, sed indiuisibilitas, vt patet de motu, q est inter nigrũ, & immediate sibi vicinam ſpẽm coloris, puta fuscum: vnde sic potest motus de infirmitate in sanitatẽ, sicut de fusco in nigrum (nõ obstante immediatione) licet inter ea motus esse non posset, si vtrũq; eorum in indiuisibili consisteret. Scđo aduertendum est circa ea, quæ exemplariter in textu dr̃, ꝙ etsi vbiq; exẽpla excutienda non sint (quia exempla ponimus non qđ ita sint, sed vt addiscentes intelligãt.) In logica præsertim Arist. ponderanda minime sunt: qm̃ aliorum opinionibus frequenter in hmõi vtitur, vt patet hic cum dicit, prauum & studiosum inueniri in aliis ab hoĩe. Platonicum enim est dari deos oẽs bonos, demonum vero quosdam bonos & quosdam malos: significando per deos substãtias intellectuales supra globum lunarem. per demones vero eas, quæ sunt infra &c.

Priuatio uero & habitus dicitur quidem, quæ habent fieri circa idem aliquid, ut uisio & cæcitas circa oculum uniuersaliter autẽ dicere est, in quo nascitur habitus fieri circa hoc idem dicitur utrunque horum ordine.

Simul autem dicuntur simplr̄ & proprie quidem quorum generatio est in eodem tēpore, neutrum. n. neq; prius, neq; posterius est. eorum simul itaq; hæc dicuntur secundum idem tempus. Naturaliter autem simul sunt quæcūq; conuertuntur quidem secundum quod est esse consequentiam, sed nequaq̄ causa est alterum alteri ut sit, ut in duplo et dimidio, cōuertuntur etenim hic. nam cum sit duplum est dimidium, & cum sit dimidium est, duplum, sed neutrum alteri causa est ut sit. Dicuntur aūt simul naturaliter et quæ ex eodē genere diuerso diuiduntur ad inuicem, ē diuerso aūt diuidūtur quæ secundum eandem diuisionem sunt. ut greßibile uolatile & aquatile. hæc. n. ē diuerso diuidūtur quæ sunt ex eodem genere secundum diuisionem, animal nāq; diuiditur in hæc uolatile & greßibile & in aquatile & nihil horum prius uel posterius est, sed simul per naturam hæc esse uidentur. Diuiduntur autem & singulum horum in spēm rursus, ut greßibile animal & uolatile & aquatile, erunt ergo et illa simul naturaliter quæcūque ex eodem genere secundum eandem diuisionem sunt, genera uero semper priora sunt. neque. n. conuertuntur secundum quod est esse consequētiam, ut cum sit aliquid aquatile quidem, est animal. cum uero sit animal non est necesse ut sit aquatile. Simul ergo per naturā dicuntur quæcunque conuertuntur quidem secundum quod est esse consequentiam, sed nequaquam quidem causa est alterū alteri ut sit, & ea quæ ex eodem genere & diuerso diuiduntur abinuicem, & simplr̄ simul sunt quorum generatio in eodem tempore est.

In hoc tertio cap. tradit duos modos principales simultatis. s. tēporis & naturæ. sed subdiuiso secundo modo in duo membra, tres modi efficiuntur oēs. Primus est eorū quæ sunt simul tēpore. hæc aūt describit esse quorum generatio est in eodē tempore ꝙ duplr̄ exponi potest. primo intelligendo per gñationem etiam conseruationē, ita ꝙ illa dicantur simul tēpore eorum gñatio & conseruatio sunt in eodem tpe, adæquate, & hæc vocant̄ coæqueua, vt subiectū & propria eius accidentia quarto mō, & sic verba sequentia. s. neutrū. n. est prius neq; posterius absolute suscipiēda sunt vt declarantia prædictū sensum. Scdo intelligendo per gñationem ipsam rei factionē, ita vt ad esse simul tpe, sufficiat eodem tempore incepisse, nec reqrī ꝙ eodem tempore finiantur, & sic illa verba. neutrū. n. est prius neq; posterius, glosanda sunt, i. neutrū est antiquus, aut minus antiquū altero, & hoc modo dicimus gemellos esse eiusdē ętatis, et neutrum altero antiquiorē. Vtraq; expositio bona est. & licet prima Alberto placeat, secundam tñ vsus cōfirmat, hic præcipue, vbi famosus sermo habetur. Scđs modus simultatis est, quo illa, q̄ cōuertuntur ſm

tur ſm eſſendi ꝓñciam, & neutrum eſt alteri cauſa eſſendi, ſimul natura dñr, vt correlatiua. Et aduerte ꝙ intelligitur dictum hoc, excludendo cãlitatem ſm omne genus cauſæ, & nõ tantum efficientis, aut materialis. ꝓpter ꝙ modus iſte in ſolis relatiuis inueniri vr̃. Tertius modus eſt, quo illa, q̃ ex eodem genere e diuerſo diuiduntur adinuicem, ſimul eſſe dñr. & declarans quid ſit qd' dicit, ſubdit, e diuerſo aũt alteruterum diuidi dñr illa, quæ ſm eandem ſunt diuiſionem, ſ. oppoſita mẽbra eiuſdem diuiſionis, vt volatile & aquatile reſpectu aĩalis, & pennatum & non pennatum reſpectu volatilis &c. Aduerte, ꝙ q̃a ſimultas naturę duo exigit, ſ. coexiſtẽtiam neceſſarium, & neutrius ab altero præſuppõnem: & primum horum ſtat cũ prioritate naturæ, vt patet de ſubio & proprio, & ſortem ſedere, & veritate orõnis: per ſecundum horum, ſ. p negationem præſuppõnis vtrinq;, completur rõ ſimultatis naturalis. Et, qm̃ in ratione ſuperioris conueniũt omnia inferiora, iõ vterq; modus ſimultatis naturę cõtinet iſtas duas cõditiones: ita ꝙ quouis modo dicamus aliqua eſſe ſimul natura, affirmamus ea ſe inuicẽ comitari & negamus alterum ab altero p̄ſupponi. & de primo quidẽ modo patet, de ſecundo aũt ex eo manifeſtum eſſe poteſt, ꝙ impoſſibile eſt genus diuidi p alterum mẽbrum tantum, & conſtat neutrum altero prius diuidere ipſum, quia eſſet tũc altero tantum diuiſum, duos tñ modos ſimultatis naturalis dixit Ariſt. quia differũt in hoc, ꝙ primus eſt ſine diſparitate naturalis nobilitatis, ſecũdus autem eſt cũ diſparitate naturalis nobilitatis, qm̃ neutrum relatiuorũ eſt altero nobilius, & diuidentiũ idem genus alterum ſe habet vt habitus, & alterum vt priuatio, vt dr̃. 10. meta. propter ꝙ modus iſte aliq̃d habet admiſtũ prioritatis naturalis, ſi prius nobilitate naturę prius natura vocãdum eſt, & hoc eſt verum loquẽdo de rebus, quæ diuidunt, ꝓpter ꝙ diximus in ſolis relatiuis ſimultatem naturæ ſaluari. ſed cõſiderãdo mẽbra diuiſionis inquãtum diuidentia diuerſo vnũ &c. ſimultas naturæ oĩno & pure ſaluatur, & ſic intelligẽdus eſt textus præſens: cætera ex ſe clara ſunt &c.

De Motu. *Motus autem ſpecies ſunt ſex. generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio ſecundum locũ mutatio. Alij itaq; motus palam eſt quia alij abinuicem ſunt. nõ. n. eſt generatio corruptio: neq; augmentum diminutio, nec alteratio ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & in alijs. In alteratione uero habet quãdam quæſtionem, ne forte neceſſarium ſit id quod alteratur per aliquam motionem alterari. hoc aũt non eſt uerum. nam pene ſecundum omnes paßiones aut plures alterari accidit nulla aliarum motionum communicante, neque. n. augeri neceſſarium eſt quod per paßionem mouetur, neq; minui. ſilr̃ autem in alijs. Ideoq; erit alia præter illos motus alteratio. nam ſi eadem eſſet, oporteret id quod alteratur, mox uel augeri uel minui, uel per quãdam aliarum conſequentiam motionũ fieri, ſed non eſt neceſſe. ſimiliter aũt & quod augetur aut alia mutatione mouetur alterari oportebat, ſed ſunt quædã creſcentia quæ non alterantur, ut quadrangulum circũpoſito gnomone creuit quidem, alteratum uero nihil factũ eſt, ſic & in alijs huiuſmodi quare alij ſunt motus adinuicem. Eſt aũt ſimpliciter quidem motui quies cõtrarium. His aũt quæ per ſingula ſunt generationi quidem corruptio, augmentationi quidẽ diminutio, ſecundum locum uero mutationi ſecundum locũ quies maxime uidetur oppoſitum eſſe, & forte in contrarium locũ mutatio, ut quæ eſt inferius ei quæ eſt ſuperius: & ea, quæ eſt ſuperius, ei quæ eſt inferius. Reliquũ uero aßignatorum motuũ non facile eſt aßignare quidem contrarium, uidetur autem neq; aliquid ei eſſe cõtrarium, niſi quis & in hoc ſecundum qualitatẽ quietem opponat, aut in contrarium qualitatis mutationẽ, ſicut & in mutatione ſecundum locum quietem, aut in contrariũ locum mutationem. Eſt. n. alteratio ſecundum qualitatẽ mutatio. Quapropter oppoſita erit ſecundum qualitatem mutationi quies, aut in cõtrarium mutatio qualitatis. ut album fieri ad id, q. eſt nigrum fieri, alteratur. n. in contrarium qualitatis mutatione facta.*

In hoc quarto cap. de motu tria dicit. primo numerum ſpecierum, dicẽs eas eſſe ſex, quarum duæ primę ſunt mutationes ſecundum ſubãm, duæ ſequentes ſm q̃titatem, quinta ſm qualitatẽ, vltima ſm locum. has. n. tantum ſpẽs generales fama diſtinxit propter earũ manifeſtam inſpectionem. diuerſitatem ſecundo p̄dictarum ſpẽrum tradit: dicens, alios motus, ſ. motus, quos alios diximus ſpecifica alietate, palam eſſe ꝙ alij ſm veritatẽ ſunt. licet de alteratione dubitari poſſit ex eo ꝙ aliq̃s crederet alterationem non ſeparari ab alijs mutationibus. ſed hoc nõ inducat q̃ſtionem, quia falſum eſt ipſam nõ inueniri ſine alijs motibus, vt patet de eo, q nigreſcit in ſolis aſpectu quieſcens ſm locũ & alios motus, eſt ergo alteratio alius motus ab alijs. & ſtat rõni hoc, ſi alteratio eſſet idem motus cũ alijs nõ poſſet ſeparari ab eis, ſed põt ſeparari. ergo &c. Et qm̃ ex ſeparabilitate cõcluſit diſtinctionẽ alterationis ab alijs, ne aliquis ex inſeparabilitate augmẽtationis ab alteratione concluderet augmẽtationem non eſſe diuerſam ab alteratione, ſed potius ſpẽm vel modum eius. Addidit ſimile eſſe de augmentatione, ſ. ꝙ põt ſeparari ab alteratione, et dat exẽplum in mathematicis de augmẽto quadrati circumpoſito gnomone vocatur aũt gnomon, quadratum ſuper diametrum conſiſtens cũ duobus ſupplemẽtis. hoc enim appoſito quadrato manifeſte quadratũ maius conſtituitur, vt in hac figura patet.



Aduerte hic, qd' quia vt pluries dictum eſt ſecundum famam loquitur. Ariſto. ſm q̃ augmentatio extenditur ad omnem q̃titatis additionem, qua res maior dicitur, ideo augmentationem abſque alteratione fieri dixit, et caute dedit exẽplum in mathematicis vt vel ſic cognoſceretur, ꝙ ſecũdũ vulgus loquitur. ſi. n. ſubtiliter de augmentatione dicẽdum eſſet, ipſam inſeparabilem cõcederet. Et modum arguendi prędictum ſophiſticum ſm fallaciam cõſequentis aperiret. Tertio contrarietatẽ in motu inuentam aperit, extendens contrarietatem ad oppõnem quoq; priuatiuam, quæ illius eſt radix. & motui in cõmuni quietem contrariam ponit, ſingulis vero motibus ſingulos motus & quietes, vt clare patet in textu, in quo omnia quæ dicuntur, licet dubitatiue dicantur, quia adhuc non probata ſunt tamen vera, vt in quinto phyſi patet &c.

De Habere.

HAbere autem multis modis dicitur. aut. n. tãq̃ habitum, & affectum, aut aliam q̃libet qualitatem dicimur. n. diſciplinam habere, atque uirtutem. Aut q̃titatem, quæ contingit ei qui habet magnitudinẽ. dicimur. n. habere habitũ aut ea quæ circa corpus ſunt, ut ueſtimentũ uel tunicam: Aut in membro, ut in manu annulum. Aut mẽbrum, ut manum uel pedem. Aut in uaſe, ut in modio grana tritici, aut in lagena uinũ. uinum. n. habere lagena dicitur, et modius grana tritici. hæc ergo omnia habere dicũtur, ut in uaſe. Aut ut poſſeßionem. habere. n. domum, aut agrum dicimur. Aut etiam uir uxorem habere, aut uxor uirum. Sed uidetur alieniſſimus, qui nũc dictus eſt modus, eſſe in eo quod eſt habere. nihil enim aliud uxorem habere ſignificamus, niſi quia cohabitant. Forte tamen & alij quidem apparebunt modi de eo, quod eſt habere. Sed qui conſueuerunt dici pene omnes numerati ſunt.

In hoc vlt. cap. enumerat quot modis dicamus aliquid habere rem aliquã, & quia ſermo ſuus eſt ſufficiẽter ex ſe manifeſtus ſm p̄ſentem intentionem, in quinto nãq; Metaphyſice ſubtilius hæc diſcutienda relinquuntur. iõ nihil addendum reor. diſtinctionem tñ inter habere poſtprædicamentum, & habitum prædicamentum, & habitum primam ſpẽm qualitatis poſitam ſuperius in p̄dicamento

qualitatis diligens Lector poterit nouitiis repetere. Et sic
tandem finitur præsens opus. Die nona Ianuarij. Anno
Christiane salutis. 1498 in cōuentu S. Apollinaris in su-
burbiis Papie Quicquid igitur veritati cōtrarium, aut mi
nus consonum in his cōmentariis alicui videbitur, qm̄ mal
lem viuens, aut reuocare: aut cōsonum ostendere q̄ post-
modum temere despici aut impugnari, Rogo dubitātes
aut detrahentes, vt viuo, tam in his q̄ cæteris scriptis &
scribendis congredi velint ob veritatis exaltationem, &
gloriam primæ summæq; veritatis. Ad cuius participa-
tionem media diui Thomæ, doctrina trahere studiosos
omnes viribus totis nitimur &c.

Commentariarum Thomę de Vio Caietani Cardinalis,
super Prædicabilia Porphyrij, & prædi-
camenta Aristotelis. Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE
PERIPATETICORVM PRINCIPIS
POSTERIORVM ANALYTICORVM
LIBER PRIMVS.

Cum
Thomæ de Vio Caietani Cardinalis
Additionibus.

*Quod omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua ex præ-
existenti fit cognitione. Quot sint præcognitiones,
& quæ præcognoscuntur. Cap. 1.*

*OMnis doctrina, et omnis disciplina
discursiua intellectiua ex præexi-
stente fit cognitione. Manifestum
autem hoc speculantibus in omnes,
Mathematicæ. n. scientiarum per*
T. c. 1. *hunc modū accedunt fiunt, & alia
rum unaquæq; artiū. Similiter aūt
& circa rōnes orationes, quæ per
syllogismos & quæ per inductio-
nem. utræq;. n. per prius nota faciunt doctrinam: hæ quidem in-
cipientes tanq̄ à notis, illæ uero demonstrantes uniuersale per
id, q manifestum est singulare. Similiter aūt & Rhetoricæ per-
suadent. aut. n. per exempla, quæ est inductio, aut per enthyme-*
T. c. 2. *mata, q uere est syllogismus. Dupliciter autem necessarium est
præcognoscere: alia nāq; quòd sunt prius præscire opinari ne-
cesse est, alia uero quid est quod dicitur, intelligere oportet, quæ-
dam autem utraq;. ut quoniam omne qd' est aut affirmare aut
negare uerum est, quia est: triangulū aūt quoniam hoc quidem si
gnificat: sed unitatem utraq;, & quid significat, & quia est. non*
T. c. 3. *enim similiter horum unūquodq; manifestum nobis est. Est aūt
cognoscere, alia quidem prius cognoscentem, quorūdam autem
simul accipere notitiam. ut quæcūq; contingunt esse sub uniuer
salibus, quorum habent cognitionem. Quod. n. omnis triangulus
habet tres angulos æquales duobus rectis præsciuit: q uero hic,
qui est in semicirculo, triangulus sit, simul inducens cognouit.*
T. c. 4. *Quorūdam. n. hoc modo disciplina est, & non per medium, ulti-
mum cognoscitur. quæcūq; iam singularium contingunt esse, &
non de subiecto aliquo. Ante autem q̄ sit inducere, aut accipere
syllogismum quodāmodo quidem fortasse dicendum est scire, mo
do autem alio non. q. n. nesciuit si est simpl'r, hoc quodammodo
sciuit, ut quod duos rectos habet: sed manifestum est qd' sic qui-
dem scit, simpliciter aūt non scit. Si uero non, Menonis ambigui
tas accidit. aut. n. nihil discet, aut quæ nouit. Non aūt sicut qui-
dam argumentantur, soluere, dicēdum est. Nunquid scis, o-
nem qualitatem, quoniam par est, aut non? dicenti autem, attu-
lerunt quādam dualitatem, quā non opinatus est esse. Soluunt. n.
non dicentes cognoscere omnē dualitatem esse parem, sed quam
sciunt q dualitas sit. Et etiam sciunt quidem cuius acceperunt:* T. c. 6.
*acceperunt autem nō de omni, cuius utique sciunt, q triangulus
aut numerus sit, sed simpl'r de omni numero & triangulo. neque
enim una propositio accipitur huiusmodi, q quē tu nosti nume-
rum, aut q̄ nosti lineam rectam, sed de omni simpl'r. Sed nihil (ut
opinor) prohibet, quoniam est q addiscit scire, est aūt sic ignora
re: inconueniens. n. non est si scit quodāmodo quod addiscit, sed si
hoc modo, ut inquantum addiscit, & scit.*

Summa huius capituli hæc est.

OMNIS doctrina & disciplina intellecti- 1. Conclu.
ua ex præexistenti fit cognitione. Proba-
tur inductiue in omnibus modis sciendi,
scilicet syllogismo, enthymemate, indu-
ctione, & exemplo: & in omni genere di-
sciplinæ, tam speculatiuæ quam practicę,
& tam scientificæ quam opinatiuæ.

Præcognitio est duplex, s. quid, & qa. Probatur a prio 2. Conclu.
ri: quia præcognita sunt tria, s. principia, subiectū, & pas-
sio: principia. quia sunt: subiectū, quia est & quid est: pas-
sio quid est probatur a priori, quia non sit vnūquodq;
horum est nobis cognoscibile ad demonstrationem.

Principia vniuersalia prius tpe cognoscuntur conclu- 3. Conclu.
sione, principia vero singularia nota in ipsa subsumptio-
ne sub vniuersalibus esse, simul tēpore cum conclusioni-
bus cognoscūtur, prius tamen natura. Probatur a priori,
quia quorūdam hoc modo disciplina est.

Ipsa conclusio anteq̄ syllogizetur est cognita secūdum 4. Conclu.
quid, ignota autem simpl'r. Probatur deducendo ad im-
possibile: qa aliter redit ambiguitas Menonis s. aut nihil
discere, aut ea, quæ nouimus. solutio. n. dicentium non co
gnosci omnia singularia cognoscēdo vniuersale, sed quæ
nota sunt esse singularia illius, falsa est, quia vniuersale, eo
modo scitur, quo in demōstratione assumitur, assumitur
autem omne simpl'r, & nō omne q nosti vel noui.

Series autem hæc est.

TRactaturus de demonstratione Arist. qm̄ demon-
stratio quatuor q̄ones habet, sicut & quodlibet sci-
bile, s. an est, quid quia est, & propter quid est: nec
perfecta notitia rei sine his haberi pōt. in hoc primo capi.
an sit demonstratio, in sequētibus vero vsque ad sextum
decimum capi. exclusiue, pertinētia ad quæstionem quid
est demonstratio. Inde aūt vsq; ad finem Primi libri, per-
tinentia ad q̄onem quia est, i. quasi passiones demonstra-
tionis, puta finitatem, perfectionem, vnitatem, certitudinē,
diuersitatem &c. In secūdo demum libro de pertinētibus
ad quæstionem propter qd, i. de causis demonstrationis,
i. de medio, vsq; ad vltimū cap. exclusiue: & de dignita-
tibus in vltimo cap. determinat. sicq; (vt Alexādre dixit)
demonstrando docet demōstrare. Quia vero idē est quę-
rere & determinare in scibilibus an aliqd sit, & an necesse
sit illud esse, quia nihil tale superfluum aut per accñs contin
git esse, sed aut nō esse, aut necessario esse, quia p accidens
esse reputatur nō esse in huiusmodi. ideo volēs determi-
nare demonstrationem esse in hoc capi. intēdit ostendere
necessitatem syll̄i demonstratiui, cuius necessitas, quia in-
strumentum est, ex eius fine. q nihil aliud est, q̄ sciæ gene-
ratio sumenda est. Et vult declarare sciam generari de no-
uo in nobis ex præexistēte in nobis notitia, et p̄ñr non esse
nobis inditam, sed aliūde infusam, vt Socra & Plato dixē
runt, sed demōstratiuo discursu ex noto ad ignotum ac-
quisitam: et p̄ñter ad scientiæ gñationem necessarium no
bis esse demonstratiuum syllm, de quo p̄ñs liber tractat.
Vnde ab ipso fine inchoans proponit disciplinam intel-
lectualem ex præexistente in nobis cognitione generari.
Deinde ad intētum descendens ostendit q̄ & quotuplex
sit ista præexñs cognitio, & quæ & quot sint illa, quę p̄-
cognoscuntur ante demōstrationem. (in secunda conclu-
sione.) Inde q̄uo in ipso exercitio demonstrationis prin-

cipia, de quibus oportet p̄cognoscere, quia sunt p̄cognoscuntur diuersimode. (in tertia concl̄one.) Demum q̃ipsa conclusio præcognita sit anteq̃ demonstretur (quarta conclusione) insinuat: & r̄ndet ambiguitati platonicæ, excludens simul falsam quorũdam r̃nsionem. Et sic notia conclusionis generatur ex præexñte cognitione principiorum. subiecti, passionis & ipsius cõclusionis s̃m quid: præexistente dico ordine t̃poris, quo ad principia vsta, ordine aũt naturæ tantum, quo ad principia singularia.

Ex præexistenti fit cognitione.

Circa primam concl̄onem aduertẽdum est, q̃ ly. ex præexistenti cognitione, positum in prima conclusione non. oportet glosari, s. scnlitiua, sed indefinite relinquendum est, & expectanda est expõ Arist. q̃ subiungit in sequentibus concl̄onibus. Qd'.n ab ipso expositum est nostram nõ exposcit glosam. Fuit aũt adeo solicitus circa exponendam illã particulam resoluendo vsq; ad primas cognitionis radices. vt cum hic proponat quid et quia præcognosci in secũdo libro diligenter inuestiget quomodo ipsum quid cognoscit, & consumet præsens opus declarando, quomodo ipsum quia fit nobis notũ.

Præcognitiones enim duæ sunt. Quid & quia, & quorum sint ostenditur.

Circa secundam concl̄onem. Ad euidentiam præcognitionum & numeri earũ. Aduerte, q̃, cum præcognitio non dicatur in ꝓpositio quęlibet cognitio alteram pręcedens, sed ea tm̃, ex qua discursus disciplinalis fit: oportet præcognitionem oẽm primæ vel secundæ operationis intellectus opus esse. cum aũt obiectum primæ operationis intellectus sit incõplexum nõ dicens esse vel non esse, q̃ sufficiẽter diuiditur per quid rei, & q̃d nominis: & obiectũ secundæ sit complexum verbaliter in quo dicitur esse vel nõ esse, q̃ sufficienter diuiditur p̃ complexum significãs esse verum, & significans esse reale, cuncta cõplexus mira breuitate Arist. præcognitiones oẽs reduxit ad duas, s. quid et q̃a: sub quid rei, et quid nõis. sub quia, & q̃a est, & quia verum est (analogicę) cõprehendens. Rursus, quia nõ quodlibet q̃d. nec quodlibet quia discursum quemlibet facit, sed limes aliquis eorum est, ex ipsa, quæ discurrendo inuestigatur conclusione, sumere oportet cuius q̃d, & cuius quia præcognosci necesse sit. Conclusionem aũt, quia conclusio est, ex aliq̃bus principiis inferri necesse est, & duos terminos in se habere, s. subiectum & prædicatũ, quorum coniunctio vel diuisio inferatur. horum igit̃ trium p̄cognitiones illas oportet esse non vniformiter, quia vniformia nõ sunt nec secundũ se, nec vt cognita. Quia ergo principia, ex quibus cõclusio inferenda est cõplexa sunt, quæ vt sic non hñt nisi esse verum, iõ pręcognoscenda sunt tantum q̃a sunt. i. quia vera sunt. Subiectum aũt, quia incomplexum est, & vtrũque quid habet, & cõplexionem facit cum suo esse & indepẽdens est tam s̃m essentiã q̃ s̃m esse, a sua passione, q̃ prædicatur in concl̄one, præcognosci oportet dupl̃r, s. q̃d est, & quia est. Prædicatum aũt, q̃ passio vel p̃ modũ passionis se habens est, incõplexum q̃dem ens est, & vtrũq; q̃d: & esse ꝓprium cũ quo cõplexionem facit habet: sed q̃m eius esse quærit̃, & eius q̃d rei, ante eius esse cognosci non potest, solum quo ad quid nõis cognosci oportet.

De principiorum præcognitione.

Circa eandem secundã concl̄onem, quo ad id, q̃ ibi dicitur de p̄cognitione principiorũ, aduerte, quosdam minus bene intelligẽtes dicta a S. Th. in expositione textus inficiari eius rõnem, q̃ reddit de hoc, q̃ de principiis non p̄cognoscitur quid. Rõ siquidem eius est, quia cõplexorum non est diffinitio, principia aũt complexa sunt. At isti qd' assignantes hanc rõnem a veritate

Ægidius sup T. com. 2. dubio vlt. deuiant, quia in æquocatione laborant. cõplexorum. n. non est diffinitio q̃d rei. Philosophus aũt loquitur hic de diffinitione quid nõis, quę etiam complexis cõuenit. Sed arguentes hoc mõ, Aristotelis textum minus p̃spicaciter sunt intuiti. falsum est siquidẽ, q̃ Arist. hic coarctet se ad diffinitionem quid nõis, licet de illa etiam loquat̃. Vnde textus ait. alia nãq; (quid est qd' dr̃) intelligere oportet, vbi expresse apparet profunde speculantibus qd' diffinitionẽ quid rei nõ exclusit dicendo quid est quod dr̃. Quãuis. n. cognoscere quid dr̃ sit solum cognoscere quid nõis, cognoscere rñ quid est id quod dr̃, non est præcise cognoscere quid nõis, sed comprehendit in se etiam q̃d rei. nec obstat expõ S. Th. interpretãtis, quid est quod dr̃, i. quid significat nomen: q̃m sermo Arist. prægnãs est, & vtroq; modo exponi põt. & exponitur a S. Th. hic & alibi, volente ex hoc textu, q̃ de subiecto p̄supponitur quid rei. Si n. vlr intelligatur quid nõis, exponendum est. Si aũt in demonstratione simpl̃r quid rei, tam subiecti q̃ passionis quandoque, vt infra oñdetur. Vnde Arist. de quid in cõi loquitur, cũ duas p̄cognitiones statuit, s. q̃d, & quia: sicut etiam loquitur de quia in cõi, vt extendit se ad esse verũ, & ad esse simpl̃r. Quia igitur de quid in cõi sermo est, & simpliciter loquẽdo. principia, quia complexa sunt, non habent quid: q̃a absolutę loquendo nõ habent diffinitionem, iõ S. Th. simpliciter dixit, q̃ de principiis non p̄cognoscitur quid, q̃a cõplexa sunt et indiffinibilia. Amplius quia complexa, vt sic, quid nõis proprie non hñt, sat fuit diuo Thomæ de cõplexis vt sic loquẽti declarare, q̃ q̃d rei non hñt. hoc. n declarato nullum remanebit q̃d principiorum pręcognoscendũ. Q̃ aũt complexa vt sic proprie non habeant quid nõis, patet. tum ex Boetij verbis hic dicentis, q̃ quid sign̄at: non in ꝓpõnibus totis accipitur, sed in terminis tm̃. tum ex rõne q̃ ibi innuit, s. q̃ propositio sign̄at inesse aliud alij magis q̃ sign̄at aliquid. tum ex aduersariis dicẽtibus, q̃ complexa hñt quid nominis dupliciter, vel sign̄antur nomine incõplexo, vt historia Troiana dr̃ Ilia, vel rõne terminorum suorũ. liquet. n. qd' neutro istorum modorũ ipsis cõplexis vt sic q̃d assignatur, sed rõne alicuius incomplexi. Amplius cũ ex eadem radice cõplexis insit carere quid rei & quid nõis, ex hoc. s. q̃ cõplexa sunt vt ex dictis patet, assumens S. Tho. q̃ complexorum nõ est diffinitio, ideo de principiis nõ pręcognoscitur quid, vtrũq; quid sufficienter exclusit.

De Subiecti & passionis præcognitionibus.

Circa eandem secundam conclus. dubitatur quadrupliciter. Primo, an cum dr̃, de subiecto p̄cognoscitur quid intelligat̃ quid rei, an quid nõis. Q̃. n. intelligendum nõ sit quid rei, ex ipsius Arist. obseruatione videtur. In scia. n. de aĩa, cuius subiectum est anima, inue- 2. de anima T. com. 6
stigat quid est aĩa, & non præsupponit. Nec põt dici, q̃ hoc fecit non inquãtum tradens scientiam de aĩa, sed indutus alterum habitũ. Primo, quia, cum diffinire animam sit philosophi nãlis, qui non abstrahit a materia sensibili: nõ erit facile fingere, ad q̃ partem naturalis p̄biæ hoc pertinet, si non ad sciam de anima Secundo, quia admissa hac fictione, q̃d dicetur ad id, q̃ superius tactũ est, q̃. s. in hoc opere, cuius subiectum est syll̃s demõstratiuus, Aristoteles inquirit quid sit demõstrãtio. Pręterea si ante demon- In. T. c. 6.
strationem oportet scire q̃d rei ipsius subiecti, oporteret dicere, q̃ habemus qd' quid est cuiusque rei, de qua scimus aliquid demõstratiue, hoc autem experimur falsum esse. multa enim de luna, sole, & Deo scimus quorum q̃ quid est ignoramus. In oppositum est hic auctoritas Porphyrij, Alberti & Sancti Thomæ

Secundo dubitatur an cum dicitur de subiecto præcognoscitur quia est, intelligatur de esse in rerũ natura actualiter. Videtur n q̃ sic p̃ rõnem, q̃ ad hoc innuit Porphyrius. illud esse subiecti p̄supponitur, quo substat passioni, sed subiectum nõ substat passioni nisi s̃m suũ esse reale in rerum natura, supponẽdo qd' passio sit accidens (vt cõis via tenet) ergo subiectũ esse in rerum natura supponitur. Maior est euidens ex eo q̃ tota rõ, quare de subiecto pręsupponitur esse, est quia substat passioni. In oppositum autem est, Primo q̃ scĩa abstrahit ab esse actualis existentiæ. nam abstrahit a contingẽter accñti: quale est esse actuale. Secundo, quoniam cõtingeret, q̃ scientia supponeret falsum: quoniã corruptis rosis, ille, qui iam acquisita scientia de rosis vtit̃, si supponit rosam esse, supponit falsum: quoniam rosa tunc secundum veritatem non est.

Tertio dubitatur, an cũ dicitur, ꝙ de passione præcognoscitur quid: intelligatur quid nois, aut quid rei. Videt siquidem qd' quid rei p̃cognoscendum sit, quia medium oportet esse p̃cognitum: sed medium est qd' qd est passionis (vt dr̃ in secundo huius.) ergo. *T. com. 8.* In oppositũ sunt verba Arist. in hoc loco dicentis, ꝙ de passione præcognoscitur quid significat. & S. Tho illa exponentis.

Quarto dubitatur, an omnis scientia supponat suum subiectum esse, an aliqua tantum.

Ad euidentiam horum. Primo declarãdi sunt termini in dubiis assumpti, s. quid rei & quid nois. Secundo sigillatim respondendũ est. *Super de ente & essentia in proœmio.* Quid nois, vt alibi diximus, nihil aliud est q̃ quidditas nois, sicut quid rei est ipsa rei quidditas. Nominis aũt, cum ad aliquid sit & essentialiter alterius signum, tũc præcognoscitur quidditas qñ eius significatio innotescit. rei aũt quidditas non nisi per essentialia omnia patefit. vnde & ꝓprium interrogatiuum qd nois est quid sigñat. proprium vero interrogatiuum qd rei, & quid est. Differt ergo quid nois a quid rei, quia cognoscere quid nois est cognoscere quid sigñat nomen, cognoscere aũt quid rei est cognoscere quid est res sigñata p nomen. Et qa rei quidditas essentiæ est, q̃ entia tantum hñt, & res nõ cognoscitur quidditatiue nisi p suam diffinitionem explicãtem eam a prima potentia vsq; ad vltimum actum, iõ quid rei entium tantum est, & vnico modo cognosci põt. Quia vero ad quid nomen referatur, vt signũ ad sigñatum, esse non oportet, & per cõia & accidentalia, & nutus, & signa, declarari põt, ideo quid nois non entis esse põt, & incertos habet modos suæ manifestationis.

Ad primũ dubium. Ad primum ergo dubium dr̃, ꝙ demõstratio, vt infra dicetur, est duplex, quædã a priori, & quędã a posteriori. Si loquamur de scia a priori, sic oportet cognoscere quid rei ipsius subiecti, quia qd' qd est subiecti est cã passionis, ad q̃ oportet vltimo resoluere demõstrationem propter quid, vt in secundo huius dr̃, *T. cõ. 3.* & hoc expresse ponunt hic Porphyrius, Albertus, & S. Tho. *Vbi supra T. cõ. 8.* Si vero loquamur de scientia a posteriori, tũc sufficit quid nominis p̃cognoscere de subiecto, vtimur siquidẽ in talibus demõstrationibus effectu loco diffinitionis ipsius subiecti vt medio termino & causa in cognoscẽdo. Ad obiecta autẽ in oppositum dicitur, ꝙ, cũ in qualibet scientia spãli vltra principia cõia complexa & incõplexa, quæ supponuntur in metaphy. sint principia propria illi scię, oportet sciam secari in duas partes, in quarũ prima iactẽtur positiones cõplexę & incomplexæ, in secũda vero inuestigẽtur passiones virtute illorum principiorum: cuius signum euidẽter apparet in principio Euclidis. Et, quia hmõi positiones, si sunt incõplexæ, cognoscũtur prima operatione intellectus. si complexæ sunt p se notæ, ideo oportet diuidere opus sciẽtificum in intellectũ, cuius est cognoscere ꝙ quid est, & p se nota, vt in secundo huius dr̃, *T. cõ. 27.* & scientiam proprie dictã, quæ processu demonstratiuo acquiritur: & sic, cũ vnum principiorum propriorũ sit ꝙ quid est subiecti, antequã scientia generetur quidditas subiecti cognita est & p hoc patet r̃nsio ad vtrũq; obiectorum & similia. Dico siquidem, ꝙ mos est Arist põnes facere in libris suis, vt patet in prædicamẽtis & principio peri herm. & primo priorũ, & primo phys. & locis adductis: positiones aũt tales sunt ante sciam, & non pars sciæ sed scientiæ propria principia. Et iõ simpliciter concedendum est, ꝙ Arist regulam hanc obseruauit. Nec obstat ꝙ in p̃dictis locis demõstratiuo discursu diffinitionem mãlem per finalem inuestiget, aut concludat: qm̃ hoc est per accñs. sicut. n. primæ operationi intellectus per accñs miscetur secũda, dum diffinitio componendo partes eius cognosci, ita etiã eidem immiscetur tertia, dũ diffinitio applicatur sylõ discursiuo ipsi diffinito: & quia in his q̃ sunt per accñs contingit falli sapientes (vt in elenchis dr̃.) ideo habitus in prædictis locis acquisitus putatur sciẽtificus, sed reuera non est: quia p accidens est per demõstrationem acquisitus. Ad vltimam vero obiectionẽ dicitur, ꝙ de sole & luna & huiusmodi non habemus scientiã a priori simpliciter, & ideo non est opus præcognoscere quod quid est ipsorum.

Ad secundum dubium dr̃, ꝙ oportet præcognoscere subiectum esse in rerũ natura actualiter, tẽporibus tñ suis, si subiectum indiuidua nõ continua, sed sm successionem habet & hoc in sciẽtiis realibus. in rõnalibus. n. sufficit, qd' subiectũ sit in esse obiectiuo, & sĩr in non entibus. Causa autem huius est rõ facta dubitando, quæ confirmatur sic. Illud esse p̃supponitur de subiecto ꝙ de ipso in illa sciẽtia non posse probari dr̃, sed tale est esse actualiter in rerũ natura, ergo. Maior patet ex eo, ꝙ iõ dicitur non posse probari, quia hic ab Aristo. dr̃ præsupponi. Minor aũt nec a proteruis negari põt. Ex ipso. n. disputationis exercitio cõuinci possunt. *1. Physico. capit. viii. 2 Physico. capitu. 26. 12. meta. capitulo. 6. T. com. 45. & 46. ibi. T. com. 72. & 83. T. com. 53. vbi supra. T. com. 32.* Cũ. n. Commẽtator in tot locis ait, nullam scientiam probare subm̃ suum esse, nec a priori nec a posteriori: quia p̃supponit illud esse: clarum est, ꝙ loquit̃ de esse actuali actualiter in rerũ natura, quia de subarum separatarum esse loquit̃. ꝙ probatur. 8 physi. de illis. Qñ ergo vertitur in dubiũ Commentatoris dictum, ꝙ ex ista Arist. ꝓpõne Commentator acceptum asserit cõtra Auicennam, de esse subiecti actualr̃ in rerũ natura locutio est. Si dicatur, ꝙ secus est de substãtiis separatis & de aliis, qa illæ perpetuæ sunt: & in ꝑpetuis non differt esse & posse, vt dicitur in. 3. phys. & ꝯñr præsupponere de eis posse existere, perinde est ac p̃supponere existere: hoc nihil obstat. Primo, qm̃ formaliter differunt etiam in ꝑpetuis esse & posse, licet nõ duratione: & ꝯñr quodcũq; dicatur, ꝙ præsupponitur esse, & nõ dicitur præsupponitur posse esse, oportet formalr̃ loquendo, vt Arist. cõsueuit de ipso posse, vt induit ipsum esse, loqui, & nõ econuerso. Secundo, qm licet particularia horum inferiorũ corrũpantur & intelligentiarum ꝑpetuentur, vniuersalia tñ vtrorũq;, de quibus tm̃ per se sunt scientiæ & demonstrationes & diffinitiones, perpetua sunt, & nõ differt in eis esse & posse, qm illa propositio, in ꝑpetuis &c. cum ex ꝑpetuitatis vbi formaliter necessaria sit, in oĩbus perpetuis tenet: quo fit vt propositio illa magis faueat ꝓposito q̃ aduersę opinioni. Vnde propriam vocẽ ignorant et negant q dicunt, ꝙ de subiecto non p̃supponitur esse in rerum natura: & Commentator nihilominus expresse cõtradicũt in dictis locis, *Cap. 2.* & hic dicẽti, de subiecto ꝙ præcognoscitur ꝙ ipsa res sit inuẽta. Clara n. luce patet assuetis in doctrina eius, ꝙ rem inuentam esse apud ipsum nihil aliud est q̃ rem esse. Amplius, cũ esse (quinto meta.) sit duplex, s. actualis exñtiæ, *T. com. 14.* & ꝙ significat veritatem ꝓpõnis: aut ista condo, de subiecto p̃supponitur quia est, intelligitur de esse actualis existentiæ actualr̃, & habetur intentum: aut potentialr̃, vt sit sensus, de subiecto p̃supponitur quia est, i. quia põt esse, seu non repugnat esse, q. idẽ est: quia (non repugnantia) potentia logica est: & hoc nõ, primo quia sic posset dici, ꝙ de passione p̃supponitur quia est, i. quia põt esse, & sibi non repugnat esse. Quis. n. faciens demonstrationem, demonstrat de aliquo passionem, q̃ non supponat possibilem vt sit? Nullus siquidẽ conatur ad cognoscẽdum esse, ꝙ impossibile putat esse. secũdo qa glosa hęc destruit textum cum n. a cõposito ex aliquo termino, & eius conditione diminuente, nõ liceat inferre illum terminũ simplr̃: *Nota regulam.* ex hoc ꝙ dico, quia põt esse, seu non repugnat esse, nõ licebit inferre quia est: quia potentia est cõditio diminuens, vt Commẽtator dicit. 4. meta. cõm. 15. *Com. 15.* Et ꝯñr ex veritate illius glosæ nõ sequetur veritas textus dicenti, ꝙ oportet de subiecto p̃cognoscere quia est. Aut ergo glosa non recta est, aut Aris. male dixit, aut intelligitur de esse, ꝙ significat veritatem ꝓpõnis: & hoc in idem redit cũ prioribus, quia fundamẽtum veritatis est esse rei. Q. si fingas, ꝙ de subiecto præsupponitur qa est, i. quia est tale, de quo aliquid possit demõstrari eisdem rõnibus, refellitur: hoc. n. modo proportionalr̃ loquendo, & de passione p̃supponitur quia est: quia demõstrator supponit eam esse talem, quæ possit de aliquo demõstrari, aliter nõ assumeret ipsam vt extremum demõstrabile, & conditio minuẽs non eripitur per hoc. Ad primam obĩonem autem in oppositum dicitur, ꝙ scia abstrahit ab esse actuali exñtię in particulari, & nõ ab existentiis in cõi, nec a suppositione existentiarum. Duæ siquidem qõnes de rerum exñtiis quæruntur. i. an est, & quia est. & certum est, ꝙ qõnes sunt ęquales numero his, q vere scimus, vt in secundo dicitur. *T. com. 1.* Qũo autem esse contingenter & qũo non contingẽter adsit rebus, in principio Secundi declarabit̃: non accepeetur aũt

interim, esse ita cõtingenter adiacere rebus, ꝙ sciam subterfugiat. Ad secundam vero dicit, ꝙ secus est in acquisitione sciæ & in vsu eius, in acquisitione.n. oportet subiectum esse in rerũ natura, vt generet sui sciam in nobis, qm̃ nihil agit nisi sit, in vsu autem acquisitę sciæ cessat hęc causa, sed remanet alia, quæ cõis est acquisitioni & vsui, .s. ꝙ oportet subiectũ entis rõnem habere, nullus.n. quærit non entis passiones, entis autem rõ non aliter habetur ab aliquo quã per esse, qm̃ ens, esse significat (vt in secundo dicet Arist. ca. 6.) & iõ oportet supponere subiectum esse. Nec est falsum subiectũ esse propter hoc, ꝙ actualiter non est, qm̃ non supponitur ipsum esse nũc vel tunc, sed esse temporibus suis. sicut & concl̃ones demonstrationis perpetuas hoc mõ dicemus infra. Nec obstat, si recurratur ad destruat Deus &c. qm̃ ad huc vere supponeretur subiectum esse, eo ꝙ supponeretur esse tp̃e suo, subtractis talis casus imaginarij impedimẽtis: vnde, vt ex dictis iam patere potest, ꝙ nihil aliud intendit Arist. per hoc qđ dixit, ꝙ de subiecto præsupponitur quia est. nisi qđ oportet subiecto in demõstratione vti, supposito qđ sit, seu ac si esset. cuius signum est, ꝙ si quis quærat centauri sciam cum inuenerit ipsum nõ esse, desistet. & si vellet vltra progredi ad inuestigãdas proprietates significati per centauri nomen vteretur centauro ac si esset, & sic ad vlteriora ꝑcederet supponendo subiectum esse.

T. cõ. 7. *Circa T. com. 12. Cap. 10. circa. vlt.*

Ad tertium dubium dicit̃ prænotando duo. Primum est, ꝙ licet quid rei, & quid noĩs formaliter sumpta plurimum differant, vt supra ostẽsum est, materialiter tñ coincidere possunt, vt patet cũ ad quid nominis r̃ndetur per essentialia ꝓpria: vnde & contingit qñq; ꝙ ipsa diffinitio quodãmodo quidditatiua non habet rõnem quid rei, sed quid noĩs. ꝙ sic manifestatur. Sicut res se habet ad esse, ita se habet ad cognosci ex. 2. meta. Diffinitio aũt quid rei nõ est nisi eorum quę sunt, q̃a entium realium tantum est, igitur diffinitio, cuiusq; nõ cognoscitur sub ratione quid rei nisi cognoscat̃ illud esse. Et iõ, si aliqua res sit ignota quo ad suum esse, & haberetur eius diffinitio qualis tũc potest haberi diffinitio illa habet rõnem quid noĩs & non quid rei. Vnde & quæstio an est ꝑcedit quæstionem quid est. Secundum notandũ est, ꝙ demõstratio in proposito est duplex, quædam terminãs quæstionem quia est, & quędam terminans quæstionẽ propter quid tantum, vt infra dicetur. Differunt aũt in proposito hæ demonstrationes, quia per primam scitur passionẽ inesse subiecto, in secunda vero præcognoscitur passionem inesse subiecto, quia quæstio quia est præcedit quæstionẽ propter quid. Et scitur per eam causa, propter q̃ inest talis passio vt patet in inuestigatione causæ eclipsis, q̃ lunæ inesse videmus.

T. com. 4. *Capit. 13. Circa T. com. 13.*

His præsuppositis dr̃ ad dubium cum distinctione, ꝙ in demonstratione terminante q̃õnem quia est passionis de suo proprio subĩo, impossibile est præcognosci q̃d rei (passionis) formaliter loquendo, i. sub rõne quid rei, quia cũ passionis esse sit subiecto inesse, & ante demõstrationẽ ignoretur ipsam inesse, ignorabitur ipsam esse, & ꝯñr eius quid rei, ꝙ entis tantum est. Potest tñ pręcognosci aliquo modo eius quid rei materialiter sub rõne quid noĩs, ꝙ assumetur vt medium in demõstratione. In demõstratione autem terminante quæstionẽ propter quid tm̃ nihil prohibet præcognosci q̃d rei ipsius passionis. quia ipsius esse præcognitum fuit. Et silr̃ in demonstratione terminante quia de non proprio subiecto, sed parte subiecti, qm̃ iam ipsum inesse ꝑcognitum est, & q̃d est. Ad obĩa ergo dr̃, ꝙ diffinitio passionis, q̃ contingit esse mediũ in demonstratione & oportet esse ꝑcognitam, est diffinitio quid nominis formaliter, quæ tñ aliquo modo materialr̃ est quid rei. Et iõ notanter S. Th dicens hic, ꝙ anteq̃ sciatur de aliquo an sit non potest sciri ꝓprie de eo quid est, apposuit illud verbum proprie, & hoc loquẽdo de demonstratione terminante quæstionem q̃a est, quia, vt dictum est, in ea, quæ terminat quæstionẽ propter quid mediũ est diffinitio quid rei ipsius passionis, vt in secũdo huius dicit̃. Et hanc distinctionem diligenter notato, si vis intelligere diuersa Aristotelis & S. Tho. dicta.

T. com. 8.

Quartum dubium, quia exigit discussionem q̃õnis an est, in principio Secundi libri Deo fauente soluetur.

T. com. 25.

De Passionis præcognitione.

Circa dictas S. Th. in expõne eiusdem secundæ conclusionis, duplex dubiũ occurrit. Primum est circa causam assignatam quare de passione non præcognoscitur quia. Dicit.n. hoc esse propterea, qm̃ esse ipsius passionis per demõstrationem quæritur. Vr̃ n ꝙ hoc, q̃ assignatur pro causa, non sit vñr verum, qm̃ experimur nos cognoscere passionẽ esse, & quærimus ꝑ demonstrationem, an talis passio insit tali subĩo. constat aũt, ꝙ tunc non quæritur esse ipsius passionis, sed tm̃ inesse eius huic. Non ergo incõueniens ꝑcognoscere passionem esse. nec est causa ꝙ de passione nõ præcognoscitur quia est, qm̃ esse ipsius cõcluditur. Assumptum quo ad primã partem declaratur: (qm̃ quo ad reliqua clarum est) qñ quęrimus an terra sit rotunda, an cœlũ sit sphæricum, iam nouimus rotunditatem esse in rerum natura: & nihil aliud inquirimus nisi an rotunditas insit terræ, sphæricitas cœlo &c.

Capi. 1. dubitatio 2.

Secundum dubium est circa cãm assignatam, quare de passione non ꝑcognoscitur quid rei. dicit.n hoc esse, qm̃ passionis esse est inesse et ante demõstrationem ignoratur ipsam inesse, & ꝯñr ipsam esse, & ꝯñr quid est, qm̃ quæstio quid est pręsupponit q̃õnem an est. Accidit.n. hic dubium. Tũ quia, vt deductum est, non sequitur, non ꝑcognoscitur passionem inesse tali subĩo, ergo non ꝑcognoscitur ipsam esse. Tũ quia alia quæstio est qõ an est, & alia q̃a est, vt patet in principio Secũdi. Et ꝓpterea dicet quispiam, ꝙ de passione quærit̃ q̃a est, & ꝑcognoscit̃ an est. Et ꝯñr quid est, & sic rõ S Th. non concludit intentum.

T. com. 1.

Ad primũ horum dr̃, ꝙ de passione cõtingit loqui dupliciter. Vno mõ materialiter, i. pro re illa, q̃ est passio ꝓbãda de tali subiecto. Alio mõ formaliter, i. pro re, vt est passio. Primo mõ non inconuenit passionem ꝑcognitam esse qđ sit, sed nihil obstat dictis S. Th eo qđ de passione formaliter loquebat̃. Secundo aũt modo sumpta passio vt passio, subiectum non quodcũq;, sed proprium respicit & aliud esse, vt sic non habet nisi inesse proprio subĩo, & impossibile est ipsam ꝑcognoscere esse ante demõstrationem terminantem q̃õnem quia est, vt dictum est, qm̃ tale inesse quærit̃. Et, quia S. T. (iuxta cõsuetudinem suã) formaliter loquebat̃, ideo dixit, ꝙ quia esse ipsius passionis quæritur, nõ præcognoscitur. Secundo dr̃, ꝙ S. Tho. attendens his, q̃ per se concurrunt ad præcognitionem, ob ea quæ per accidẽs immiscentur, a rectitudine regulæ vniuersalis recedere noluit. cõstat.n. ꝙ demonstrationi nõ contingenter euenit qđ ꝑcognoscatur de subiecto, quid & quia: & de passione quid, & de principiis quia: qm̃ ex his procedit demonstratio necessario. Accidit aũt demonstrationi, ꝙ passionem ꝑcognoscatur esse non.n. vis demõstrationis hoc exigit, sed potius oppositũ, qm̃ hoc est proprie per eam quæsitum. qm̃ igitur per se loquẽdo demonstratio passionis esse quærit, & per accñs præsupponit ipsam esse, ideo de ea non præsupponit quia est.

Ad secundum dr̃, ꝙ ad habendum quid rei passionis, non sufficit qualitercũq; cognoscere ipsam esse, sed oportet cognoscere passionem inesse primo subĩo, qm̃ ex principiis primi subiecti cãtur & diffinitur: & iõ valet in proposito, nõ cognoscitur ipsam inesse primo subiecto: ergo nec ipsam esse, ita sufficiẽter ꝙ possit haberi q̃d rei. Ad id vero ꝙ additur de q̃õnibus an est & quia est, dicitur, licet distinctæ sint, dato etiã ꝙ quæstio an est, etiam quęrat de passione nihil aliud sequit̃ q̃ qđ contingit ꝑcognoscere passionem esse, non tñ taliter, ꝙ sufficiat ad diffinitionem quid rei. Q; aũt S. Tho. idem videatur intelligere hic per quæstionem an est passionis, & q̃a est, nihil obstat: qm̃ verum est de passione vt passio est. sed de his in principio Secundi erit amplior sermo. Nunc sat sit hæc dixisse.

De Conclusionis præcognitione.

Circa quartam concl̃onem et eius probationem aduerte ꝙ Arist. tangit duas extremas opiniones circa præcognitionem concl̃onis, q̃ quærimus, & ponit se mediũ. Prima fuit Socratis & Platonis dicentium, conclusiones simplr̃ præcognosci. Scđa fuit quorũdam, quorum nomina nõ inueni, dicentiũ conclusiones nulla-

Cap. 1. sup T. com. 2.

tenus præcognosci. Media aũt est Arist. dicentis, conclusionem virtualiter quidẽ pręcognosci, actualiter vero seu simpliciter ignorari. Primã opinionẽ tetigit Menonis ambiguitatem ponens, secundam cõclusionem quorũdam falsam adduciẽs, mediam vero subiũxit. Et nota, q̄ licet prima opinio ponẽs, nos aut nihil discere, aut ea q̃ nouimus, multis fulta sit rõnibus, quas habes in Alberto, ab Arist. tantum vna adducta est, qa illam logici negotij est dissoluere, & in eius falsa solutione, alterã confutat opinionem. & illius solutio vera sua directe opinio est: & satisfacit directe alteri logico fundamẽto illius opinionis, q̄ est tale. Conclusio q̃ quęrimus, aut est nobis nota, aut non. si nota, ergo discimus ea, q̃ nouimus: si ignota, ergo, cũ inuenerimus eã nesciemus nos scire illam, & cõsequenter non sciemus: & si sic, ergo nihil discimus. Consequentia patet exemplariter de quærẽte seruum fugitiuum. si. n. illũ non nouit, cũ inuenerit nesciet se inuenisse. Hęc inquam oĩa soluuntur dicẽdo, q̄ conclusio sic quidem p̄cognoscitur, i. secundum quid, simpliciter aũt, non. Nec intelligas p hanc solutionem, q̄ cõclusio præcognoscitur in potẽtia, & nescitur in actu. hic. n. nõ est intellectus Arist. qm̃ secundum hunc sensum, nõ deiiciuntur aduersariorum rõnes non. n. sufficit ad notitiã serui fugitiui & similium cognoscere ea in potentia, quia hoc nihil aliud est, q̃ posse illa cognoscere, vt patet. Et silr secunda opinio, q̃ impugnat expresse hic Arist. non dicebat conclõnem ita ignotam, q̄ nõ posset cognosci, quia ponebat conclõnem illam oĩno impræcognitam postmodũ cognosci. sed intelligendum est per hanc solutionem, q̄ cõclusio est præcognita virtualr, non autem cognita simplr. Cognosci. n. virtualiter plus est q̃ cognosci potentialiter, sicut esse hoĩem plus est q̃ esse aĩal. Dicitur aũt cognita virtualiter, qa est cognita in eius principiis, in quibus virtualiter cõtinetur conclõ, sicut in suis causis. Et tãto perfectius virtualiter cognoscitur, quanto principia propinquiora sunt cõclusioni. Q. autem hic sit verus sensus, patet ex oĩbus antiquis expositoribus. Et ex hoc qđ sic omnibus prædictis satisfecit Aristo. Sufficit enim ad notitiam cõclusionis principia eius complexa & incomplexa, de quibus diximus, q̄ oportet p̄supponere quid, & quia, cognoscere, q̄ secunda opinio nõ aduertit, & sic ad eius notitiam simpliciter procedere.

De numero præcognitarum.

Circa quartam conclõnem dubitatur sic. Conclusio est aliquo modo cognita ante demõstrationem, ergo pręcognita non sunt tria tãtum, sed quatuor. s. principia, subiectũ, passio, & conclusio. & pñr insufficienter determinatum est de præcognitis. Añs est ipsa quarta conclusio, Cõsequẽtia aũt valde euidens est ex eo qđ conclusio, neq; principium, neq; subm, neq; passio est. Si. n. nihil horum est, & p̄cognoscitur, quartum pęcognitum esse oportet. Ad euidẽtiam huius dubitationis sciendum est, q̄ ad hoc q̄ aliquid (absolute loquẽdo) possit dici cognitum, exigitur q̄ ipsum cognitionem terminet primo vel secũdario, i. sit primo terminans actũ cognoscendi, vel sit conterminans illũ. Sicut speculum est primum terminans actum videndi. species autẽ in eo est conterminans eandem visionem. Vñ si aliquid in seipso cognoscatur cognitum absolute dicẽdum est, si autẽ cognoscatur in alio (absolute) nec cognitũ, nec incognitum dicẽdum est. Sed videndum est qũo in alio cognoscatur. Si n. in alio cognoscitur, ita q̄ cum illo terminet etiã ipsum cognitionem illam, tunc absolute dicẽdum est illud cognitum esse, licet secundario. Si aũt in alio cognoscitur, ita q̄ illud, in quo cognoscitur, terminet cognitionẽ & ipsum non cõterminet illam, tũc absolute fatendum non est, id, qđ in alio cognitum dr̃, cognitum esse, sed cum additione diminuente cognitum esse quodãmodo, vel secundum quid, vel virtualiter, vel aliqua huiusmodi condõne. His prælibatis dr̃ ad dubium, q̄ quia p̄cognitum oportet esse cognitũ, & conclusio dicitur p̄cognosci aliquo mõ, quia principia sua cognoscuntur, & non ideo, quia actũ præcognitionis conterminet in principiis, quia sic esset cognita simplr & excellentissimo modo, cõsequens est, q̄ conclusio non sit dicenda sine additione aliqua p̄cognita, sed cum cõditione diminuta dici debet præcognita aliquo modo, seu secundum quid. Ad formam rõnis negatur consequentia. Cõmittitur siquidem in illo processu fallacia a secũdum quid ad simpliciter: pręcognita. n. enumerata sunt p̄cognita absolute, i. absq; additione aliqua, conclusio aũt, vt ex dictis patet, non est præcognita absolute, & iõ eorum numerũ non ingreditur, nec insufficientem arguit.

Quod nam ipsum scire, & demonstratio sit, ex quibus item & qualibus principiis ipsa demonstratio procedat ostenditur. Cap. 2.

Scire autem opinamur unũquodq; simpliciter, sed & non sophistico modo, qui est secundũ accidens, Tex. 7. *cum causam arbitramur cognoscere propter q̃ res est, & quoniam illius causa est, & non est contingere hoc aliter se habere. Manifestum igitur qđ huiusmodi aliquid scire: sit. nãq; non scientes & scientes: hi quidem opinantur sic se habere, scientes aũt & habent causam. Quare cuius* Tex. 8. *simpliciter est scientia hoc impossibile est aliter se habere. Siquidem igitur & alius est sciendi modus, dicendum posterius. Dicimus autem scire & per demonstrationẽ intelligere. demonstrationem autem dico syllogismũ apodyticon. i. facientem scire, sed apodyticon dico, secundum quẽ in habendo ipsum scimus. Si ergo* Tex. 9. *est scire (ut posuimus) necesse est demonstratiuam scientiam esse ex ueris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis: sic. n. erunt propria principia eius quod demonstratur. syllogismum quidem erit & sine his, demonstratio autem non erit: non. n. faciet scientiam. Verum quidem* Tex. 10. *igitur oportet esse, quoniam nõ est scire quod non est, ut dimetros simmetros. Ex primis autem indemonstrabilibus est, eo quod nõ sciet non habens demonstrationem ipsorum. scire. n. est quorum demonstratio est & non secundum accñs habere demonstrationem. Causas quoque & notiores oportet esse & primas cau-* Tex. 11. *sas quidem, quoniam tunc scimus, cum causas cognoscimus: & priores si uere causæ sint: & notiores nõ solum altero modo intelligendo, sed & in sciẽdo quoniam sunt. Priora autem & no-* T. com. 12. *tiora dupliciter sunt. non. n. idem est prius natura & ad nos, neque notius natura & nobis notius. Dico aũt ad nos priora & notiora proxima sensui: simpliciter autẽ priora & notiora quæ longius sunt. Sunt autem longiora quidem uniuersalia maxime, proxime autem singularia: & opponũtur hæc adinuicem. Ex* T. com. 13. *primis autem est quod ex propriis principiis, idem. n. dico primum & principium. Est aũt principium demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est qua non est altera prior. Propositio autem est enunciationis altera pars, unũ de uno. Dialectica similiter est accipiens quodlibet. Demonstratiua aũt determinate alterum, quoniam uerũ est. Enunciatio autem est contradictionis quãlibet partem assumens. Contradictio autem est oppositio cuius non est medium secũdum se. Pars autem contradictionis quæ quidem aliquid de aliquo est affirmatio, quæ uero est aliquid ab aliquo negatio est. Immediati aũt principij sylo-* Tex. 14. *logistici positionem quidem dico, q̃ non est monstrare, nec necesse est habere aliquem docendum: q̃ uero necesse est habere quemlibet docendum, dignitatem uel maximã propositionem. sunt. n. quædam huiusmodi. Aliqui. C. etiam antiqui addunt hæc uerba: quæ est domo discens promit secundum unãquãq; scientiam. sicut legunt Thomi. & Io. Gram. hoc. n. maxime in huiuscemodi consueuimus nomen dicere. Positionis aũt, quæ quidem est q̃libet partem enunciationis accipiens, ut dico aut quidẽ esse, aut non esse, suppositio est: quæ uero sine hoc diffinitio est. diffinitio. n. positio quidem est: ponit. n. Arithmeticus unitatem hoc indiuisibile esse secundum q̃titatem: suppositio. n. non est. idem. n. q. quid est unitas & esse unitatem nõ idem est. Quoniam autem oportet* Tex. 15.

credere & scire rem in huiusmodi habendo syllogismum, quem vocamus demonstrationem: est autem hoc ea scire, ex quibus est syllogismus: necesse est non solum praecognoscere prima, aut oĩa aut quaedam, sed etiam magis. semper.n.propter quod est unũquodq;, illud magis est. ut propter quod amamus illud amicum
Tex. 16. *magis est. Quare siquidem scimus per prima & credimus, illa scimus magis & credimus, quoniam propter illa & posteriora. Non autem potest credere magis quae scit quae non contingunt, neque sciens, neque melius dispositus q̃ sciens. Accidit autem hoc nisi aliquis praecognouerit per demonstrationem credentium. magis.n.necesse est credere principiis aut omnibus, aut quibusdam*
Tex. 17. *q̃ conclusioni. Magis autem debentem habere scientiam per demonstrationem, non solum oportet principia magis cognoscere & magis credere ipsis q̃ ei quod demonstratur, sed neque aliquid ipso credibilius esse, neque notius oppositis principiis, ex quibus erit syllogismus contrariae deceptionis: siquidem oportet scientem non incredibilem esse.*

Summa huius capituli haec est.

1. Propõ. SCire simpliciter arbitramur rem per causam cognoscere, propter q̃ res est, & quoniam illius est causa, & non est contingere hoc aliter se habere. Declaratur a signo, quia oẽs sic ipsius scire nomine ᵹ tuntur.
Corrolariũ Simpliciter scibile est necessarium.
Secunda Scire vocamus intelligere per demonstrationem.
Tertia. Demonstrationem vocamus syllogismum apodyticon, idest facientem scire.
Conclusio principa. Demonstratiua scientia est ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis. probatur a priori ex supradicta diffinitione: q̃a aliter non faceret scire. Ex veris, probatur a priori: quia quod non est, non est scire &c.
Ex primis et immediatis: ꝑbatur a priori, q̃a nõ sciret &c.
Ex causis: ꝑbatur a priori, qm̃ tunc scimus cũ causas &c.
Ex prioribus: probatur a priori, quia ex causis.
Ex notioribus utroq; modo, s. quo ad quid, & quia: probatur a priori, quia ex causis.
Distinct. Priora & notiora dupl̃r. ſm naturam, vt remota a sensibus, vniuersalia. s. & quo ad nos, vt proxima sensui, triangularia. s. Principium demonstrationis est propositio immediata.
Immediata est, qua non est altera prior.
Propositio est vnum de vno enũciationis altera pars.
Dialectica similiter est accipiens q̃libet partem.
Demonstratiua, determinat alterum, quoniam verũ est.
Enunciatio est contradictionis q̃libet partem.
Contradictio est oppõ, cuius non est medium secundũ se.
Pars contradictionis est duplex, affirmatio & negatio.
Diuisio. Immediati principij aliud est positio, aliud dignitas: & assignatur dr̃ia inter ista a posteriori, quia quelibet docendum necesse est habere dignitatem non positionẽ.
Subdiuisio conclusio. Positionis alia est suppositio, alia diffinitio. Et assignatur differentia inter ista a priori, quia non est idem vnitas & vnitatem esse.
Principia demonstrationis oportet non solũ praecognita esse, sed magis cognita nobis q̃ conclusio sola demonstratione nota. Probatur dupliciter. Primo ostensiue a priori: quia propter quod vnũquodq; &c. Secundo deducendo ad impossibile, quia neque sciẽs, neque melius dispositus q̃ sciens &c.
Opposita principijs demonstrationis oportet esse notissima & certissima nobis in falsitate, probatur a priori, quia oportet scientem non incredibilem esse.

Series autem haec est.

INtendens in hoc capl. diffinire demonstrationem tria facit. Primo praemittit tres diffinitiones quid nominis: duas ipsius scire, ꝙ est finis demonstrationis, & vnam ipsius demonstrationis diffiniendo. In primis tribus ꝑpositionibus: vt ex his qd sit demonstratio conijcere queat. Secundo ipsam demonstrationis diffinitionem: ex praemissis concludit sex particulas in eius diffinitione ponendo & singulas ex dictis bene appositas probat. Et qm̃ vltimo loco probauit quartam particulã, s. ex notioribus, quia est ex causis, quae non videntur esse notiores, sed occultiores effectibus: iõ subiungit distinctionem prioris & notioris, intendens, ꝙ demonstratio est ex notioribus, & prioribus simpl̃r. Tertio probatarum particularũ tres declarat, s. ex primis, immediatis, & notioribus & primo illas duas simul dictas, ꝙ principiũ demonstrationis, ꝙ est idem ꝙ primum, est propositio immediata: & subdit qd sit immediata, & quid est ꝑpõ, & ꝯñr addit differentiam inter dialecticam & demõstratiuam ꝑpõnem. enunciationem, vt declaret qũo propositio demonstratiua est enunciationis altera pars & ꝯñr, quia contradictione declarando ista vsus fuerat, diffinit eam cũ suis partibus: & sic notificato principio immediato distinctiue, declarat illud diuisiue, non solũ eius diuisionem sed subdiuisionem apponẽs. Vltimo ly est notioribus, declarat in duabus vltimis conclusionibus: addẽdo ꝙ intelligitur ex notioribus non solum simpl̃r, sed etiam nobis, non solum quo ad sui veritatem, sed etiam quo ad oppositorum falsitatem.

In quo sensu sit demonstratio, ex veris quia quod non est, non est scire.

CIrca probationem illius particulae, ex veris. Nota, ꝙ illa ꝑpositio assumpta, s. ꝙ non est, non est scire, potest habere duplicem sensum. Primus est, ꝙ non est. i. id de quo nõ vere praedicatur est secundum adiacẽs, non est scire i. de eo non est scĩa. & hoc nec est ſm mẽtem Arist. quia intendit probare cõplexa principia esse vera, de quibus non vere dr̃ est secundum adiacens. et quia exẽplum adductum ab ipso, s. ꝙ, dymetros sit symetros, extraneum est ab hoc sensu, nec est verus: quia multa de q̃bus non praedicatur vere est secundum adiacẽs, sciuntur, vt patet de coniũctionibus & situbus & aspectibus coelestium corporum, & multis inferiorum, q̃ non sunt. Secundus sensus est. ꝙ non est, i. ꝙ alicui non inest, non est scire. s. illud ei inesse. & hic sensus est verus & ad ꝑpositũ. Verus siquidẽ, quia aliter scire esset falsorum. Ad propositum autem, quia ex hoc vl̃r probatur ꝙ scĩa sit verorũ: siue sint propões de secundo adiacẽte, siue de tertio. De nullo.n. contingit scire qd' sit, aut qd' sit tale nisi esset aut esse tale illi insit: & quia ex hoc directe cõcluditur. ꝙ principia complexa, ex quibus est scĩa, sunt vera. aliqd n. inesse alicui est fundamẽtum veritatis ipsius enũciationis significantis hoc inesse illi. Et, quia exẽplum Arist. hoc prae se fert, vt patet. & quia iuxta hũc sensum a priori probat demonstrationem esse ex veris qm̃, vt in Praedicamentis dicitur, ab eo qd' res sign̄ata per orõnem est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Et, vt in Postpraedicamentis dicitur, licet sic esse vt per orationem significatur, et ipsam esse veram sint conuertibilia, tñ sic esse qd' nihil aliud est, q̃ qd' hoc loco vocamus, ꝙ est. causa est, ꝙ orõ illud significans sit vera, sicut per oppositũ. sic non esse vt ꝑ orationem significatur, ꝙ hic vocamus, ꝙ non est: causa est, ꝙ oratio sit falsa. Ex his patet quã superflua sit solicitudo eorum, qui ex hac propositione occasionẽ sumunt disputandi, an de his, quae non habẽt existentiam in rerum natura, sit scientia & huiusmodi.

Demonstrationem simpliciter procedere ex causis in essendo formaliter uel uirtualiter manifestatur.

CIrca illam particulam ex causis, nota qd' cum causae rei sciendae sint duplices, in cognoscẽdo & essendo simul, & cognoscendo tantũ: in proposito non est dubium qd' sit sermo de causis in essendo & cognoscẽdo simul, quia scire, de quo loquimur, est rẽ cognoscere per causam, propter q̃ res est sed quia causa propter q̃ res est seu in essendo dicitur dupl̃r, quaedam.n. est vere & real̃r causans (ſm aliqd' genus causalitatis) id cuius causa dr̃, q̃ et distinguitur realiter ab eo cuius est causa, sicut rõnalitas est causa risibilitatis: quaedam aũt est quae non tam est causa eius cuius causa dr̃, q̃ r. tio ꝙ illud insit, & non solum ratio qd' cognoscatur in esse, sicut omnimoda immuta,

bilitas in Deo est causa suæ æternitatis, & immaterialitas (proprie dicta) inuenta in aīa est causa suæ immortalitatis: ideo dubium est, an demōstratio simplr procedat ex causis vtroq; modo, an primo tm̄. Q. n. demonstratio simpliciter exigat præmissas cōtinentes causam primo modo ex ipso causæ nomine accipi pōt. causa. n proprie loquendo, propter q̄ res est, oportet qd' causet vere & proprie illud, q propter ipsam est, aliter causa proprie nō est, hęc enim est differentia inter principiū & causam, quia principium alicuius dicitur esse illud, q eius non est causa, vt punctum est principiū lineæ, causa vero proprie sonat id q vere causat. Et confirmatur, quia Arist. in textu distinguit causam contra principium, dicens demonstratiuam scientiā esse ex primis & causis declarando n. seipsum ait. Idem dico primum & principiū. Confirmatur secundo hoc idem ex illo verbo textus, Scire est rē cognoscere per causam propter q̄ res est. ly nāq; propter, habitudinem causalitatis notat inter causam et esse rei, vt ipsa verba pre se ferunt: vbi aūt talis causalitas est, veram oportet esse causam. Q. aūt sufficiat demonstrationem simplr procedere ex causa secundo modo dicta, accipi pōt ex demonstrationibus metaphysicalibus: quæ cū a priori fiunt ex huiusmodi causis procedunt, vt patet in exēplo adducto de æternitate Dei ex oīmoda Immutabilitate. Ad hoc dubium dicitur p̄mittendo, q duplex est demonstratio simpliciter. Quædam ex natura rei scibilis, quædam rōne nostri. Demonstratio simplr ex natura rei scibilis est illa, cuius conclusio ex natura sua sibi vēdicat, q nobis non nisi demōstratiuo discursu simplr nota sit: huiusmodi autem conclusio est sola illa, q̄ ex natura sua mediū habet, et consequenter coniunctio suorum terminorū ex se habet, qd' non nisi per mediū illud simplr cognoscatur. Demonstratio autem simplr rōne nostri est illa, cuius conclusio merito sui potest a nobis simplr & perfectæ cognosci ex terminis, licet rōne nostri offuscati et impediti luminis discursum demonstratiuum exigat. Talis autē conclusio est oīs illa, quæ ex natura suorum terminorū Immediata est, sed ratione nostri medium habet a priori, qa nos non coprehendimus terminos eius sm̄ cōceptus completos, sed alterius eorum duo cōceptus nobis insunt, quorum altero vt medio vtimur, vt in sequēti dubitatione declarabit. His ergo stantibus r̄ndetur, q demonstratio simplr (ex natura rei scibilis) p̄cedit ex causis in essendo realiter causantibus. Demonstratio aūt simplr ratione nostri p̄cedit ex causis in essendo secundo mō. Vnde, si teneatur q Arist. loquatur hic tātum de demonstratione simplr ex natura rei scibilis, iam patet quō vsus sit nomine causæ, & qd' demonstrationes metaphysicales adductæ nō clauduntur sub demōstratione hic diffinita. Quia vero mihi vr̄, q de omni demonstratione simplr loquatur, ideo dico, q per causas intellexit causas tā primo q̄ secundo mō sumptas. Et ad obiectionem in oppositum dico, q licet apud Latinos causa proprie nō dicatur nisi quæ vere causet, Græci tn̄ causę nomine vtuntur, vbi apud nos principij & non causæ nomen assumitur, vt testatur S. Th. in q. disp. de potentia Dei, q 10. art. 1. ad octauum. Vnde cū Arist. græco scripserit idiomate cām non ita strictæ accepit. Ad confirmationem dicitur, q non ea rōne addit causas supra principia in diffinitione demōstrationis, quia per cās intellexerit causas q̄ vere causant, sed principia retulit ad ipsas primas p̄pōnes, quas postmodum ibi declarauit esse immediatas &c. causas aūt retulit ad ipsas p̄pōnes ratione medij contenti in ipsis, q debet esse cā in essendo altero dictorum modorū, ac si diceret, demonstratio simplr procedit non solum ex p̄pōnibus, quæ sunt principia immediata in illa scīa, sed etiam ex continentibus causam rei scitæ. Ex ex hoc patet quid r̄ndendum sit quærētibus, cur addidit ly prioribus, postq̄ dixerat ex primis: cū superlatiuum comparatiuum includat, p̄sertim secūdum expositionem S. Th. dicentis, q p̄pōnes hic appellantur primæ in ordine ad posteriores, q per eas probantur. Ex eadem siquidē radice nascitur r̄nsio dicens, q hoc ideo factū est: quia supra diuersa cadūt. ly. n. primis (vt dictum est) cadit supra ipsis p̄pōnibus, & ly prioribus: supra medium, quo conclusio demōstranda est, ita qd' vt iterum dicat, sensus est. Demonstratiua scīa est ex veris p̄pōnibus, quæ sunt principia immediata illius sciæ, & continēt in se causas rei sciēg priores & notiores ea. Signum aūt qd' ly prioribus, rōne medij determinet principia &c. est, quia Arist. p̄pōnem immediatam diffiniuit p negationem prioris: absque dubio vt dicetur intendens per p̄pōnem priorem continentem in se mediū a priori per qd' prædicatum insit subiecto. Sic siquidem immediata, & principia sunt nota nō p aliud, quia. s. sunt nota non p alium medium terminū, vt infra patebit. Ad secundam confirmationem dr̄ q licet propter, quia de se nō habet qd' certam habitudinem importet: quia cōius est q̄ causæ nomen. Dicere. n. possumus q linea est propter punctum, rō eam habitudinē ponit q̄ id supra qd' cadit exigit. Vnde in p̄posito quot modis distinguitur causa, tot modis distinguēdum est ly p̄pter. Posset aūt principali difficultati breuius vnico verbo satisfieri dicendo. q demonstratio simplr procedit ex causis in essendo formalr, vel virtualiter. Causa in essendo formaliter est illa, q̄ vere causat &c. Causa aūt in essendo virtualiter est ipsa rō essendi a priori, quę (si illud cuius causa dicitur, causaretur) sufficiens in suo ordine, cā illius esset. sicut in exēplis adductis omnimoda immutabilitas ęternitatis cā est virtualiter, non qd' ęternitas ab immutabilitate causetur, sed qa si causaretur immutabilitas esset illius causa, & silr immaterialitas proprie dicta est causa immortalitatis, non qd' illam proprie causet, sed qa si causaretur, immaterialitatem sortiretur sibi cām. Nec paruipendenda est r̄nsio ista, qm̄ Arist. ipse in secundo de cœlo & mundo testatur sua verba qn̄q; taliter exponenda. Cū enim probaret dextrum cœli esse oriens, quia inde incipit cœlestis motus, obiicit contra se sic, motus cœli nunq̄ incæpit sm̄ prædeterminationem octaui physic. ergo falso dictum est, q ab oriente incipit motus cœlestis. Et r̄ndet, q motus cœli incipit ab oriente, non qd' inde incæperit, sed quia si incæpisset, inde incæpisset, ac si sub nostris verbis diceret, q nō incipit inde formaliter sed virtualiter. qa si inciperet, inde inciperet. Est quoque non irrōnabilis hic modus loquēdi, quoniam rōnibus formalibus innititur. Vnde sermone formali loquendo non incōpacte dicitur immutabilitatem esse causam æternitatis, & immaterialitatem immortalitatis, & sic de aliis.

1 Metaph. T. com. 1.

Ca. 3. circa T. com. 6.

T. com. 13.

T. com. 5. T. com. 6. T. com. 9.

Principia & præmissas notiores oportet esse conclusione, non solum quo ad quia, sed etiam quid est.

Circa illam particulam ex notioribus vtroque mō aduerte, q duplex est modus cognoscēdi aliquam conclusionem demonstratiue. Vno mō sm̄ p̄sām eius ex præmissis talibus, seu tali principio. Alio mō secundum seipsam conclōnem consequentem, propter tn̄ tale principium vel tales p̄missas. Ad cognoscendam aliquam conclōnem primo modo sufficit cognoscere necessariam cōnexionem talis conclōnis ad tale mediū, & siue multæ sint conclōnes siue paucæ, siue vna, & ad vnū vel plura principia talem habitudinē cognoscatur hr̄e non refert. Ad cognoscendum aūt conclusionem secundo mō non sufficit cognoscere necessariā connexionem conclusionis ad talem medium vel principiū, sed hoc exigitur, & vltra hoc requiritur, q cognoscatur euidēter tale principium esse. Quāuis. n. quilibet intelligens aīal rationale, intelligat sibi necessario cohærere admiratiuū, & huic risibile &c. nunq̄ tn̄ sciet hominem esse risibilē, nisi sciat animal rationale inesse homini. Quia igitur ad primū modum cognoscēdi sufficit cognoscere quid est, seu importatur per mediū vel principium aut pręmissas & deriuationem conclōnis inde, non exigitur cognoscere sic esse, vt præmissę denotāt, taliter scire conclōnem non est vere scire, quia hmōi non est vere scientia consequentium, sed cōsequentiarum. Ad secundum aūt cognoscendi modum exigitur cognoscere & qd est mediū, & qa est, seu sic esse vt p̄missę important, & hoc est vere scire, quia sic vere scitur & connexio conclōnis ad principia, & ipsa conclusio. Ideo Arist. hæc inspiciēs dixit, q oportet demonstrationem esse ex causis notioribus nō solum altero modo intelligendo, sed etiam in sciēdo quoniam sunt. Euidenter autem hinc scire possunt oēs, qui doctrinas quasq; defendere

dere

dere præsumunt, φ cū principia sic esse vt significant non norint, consequēter ad illa principia loquendo, consequētiarum tantum sciam acquirunt & tradunt, conclusiones vero ipsas incertas, sicut & principia sustinent.

Propositionem immediatam esse qua non est altera propositio per quam possit probari ostendit.

Circa diffinitionem ꝓpōnis immediatæ notato duos terminos. s. iy immediata, et iy altera prior. Sicut. n. causa dicta est dupl̄r, s. in essendo & cognoscendo simul, & in cognoscendo tm̄, ita medium dicitur dupl̄r s. in essendo & cognoscendo simul, & in cognoscendo tm̄. Et quia multæ ꝓpōnes carent medio, quo p̄dicatum insit subiecto, & sunt illæ, p quas fit resolutio demonstrationū simpliciter, quæ tn̄ habent medium quo ad nos a posteriori, quo nos cognoscimus illas demōstratiue, iō in proposito, ꝓpositio immediata dr̄ per negationem medij in essendo, & non per priuationē medij in cognoscendo tm̄. Et qm̄ non omnis propositio carens ſm se medio est omnibus aliis prior aut æqua, cum dignitas prima (puta de quolibet est affirmatio vel negatio) oēs præcedat, iō non per cuiuscꝫ prioris negationē diffinitā intelligas, sed eius, per q̄ secūdum se probari egeat. Prima dignitas. n. etsi sit aliis immediatis prior, non tn̄ ita est prior, qđ per ipsam aliæ secūdum se probari egeāt, licet forte alicui male disposito per prima principia manifestari possit. Etsi subtiliter inspiciantur verba Arist glosa nō egent, qm̄ dixit, immediata propositio est, qua nō est altera prior, s. ꝓpō. Iy. n. altera, cum relatiuum sit, propōnem antedictam refert: & cum sit relatiuum diuersitatis accn̄tis, diuersitatem accidētalem sonat: quo fit, vt in diffinitione ista negetur nō enūciatio prior, sed ꝓpō prior, i. quæ pro ipsa inferenda sit, & non quælibet propō ex qua q̄uolibet, puta virtualiter inferri potest, negetur, sed ea tn̄, q̄ est altera ab ipsa, qualis est vtracꝫ præmissa respectu conclōnis. cum n. conueniant in terminis præmissa vtracꝫ & conclō magis alteritatem quādam q̄ alietatem inter eas esse videmus. Erit ergo sensus integer, ꝓpō immediata i. carens medio in essendo, est qua non est altera prior, i. cuius nō est aliqua præmissa, quæ sit prior simpl̄r ipsa. Si. n priori medio termino caret præmissis prioribus necesse est carere, & ecōuerso. & sic diffinitio & diffinitum cōuertuntur. Et hæc expositio licet in idem redeat cū prima, in hoc tn̄ differt ab illa, quia ista nullam addit limitationē literæ nisi quo ad illud verbum prior, q. etiam Aristo. prædeclarauerat, sed proprietatem vocabulorum enucleauit.

An quæcunque immediata sit, qua non est altera prior.

Circa eandem diffinitionem ꝓpōnis immediatæ dubitatur, quia non vr̄ conuenire omni immediatæ, nulla siquidem ꝓpō demōstrabilis a priori est qua non est altera prior, vt de se patet. multæ aūt propositiones immediatæ sunt demōstrabiles a priori, omnes. s. illæ in quibus diffinitio data p causam materialem prædicatur de diffinito. Non omnis igitur propō immediata est qua non est altera prior. Q, ꝓpō autem, in qua diffinitio materialis prædicatur de diffinito sit immediata liquet, eo qđ inter diffinitionem & diffinitū nihil est medium. nulli. n. prius inest diffinitio, q̄ diffinito. medio aūt, φ vere est medium, prius inest extremum q̄ alteri extremo, q. vero sit demonstrabilis a priori infra testatur Arist docens diffinitionem materialem demōstrare per finalem. Ad hoc dubium dicitur, φ de propōne dupliciter loqui possumus. Vno mō secundum seipsam, alio modo rōne nostri. Si loquamur de ꝓpōne secundum se, sic dr̄, φ illa sola est immediata, cuius terminorum sign̄ata secundum seipsa sumpta nullo coniunguntur medio: huiusmodi aūt est omnis propositio, in qua diffinitio de diffinito prædicatur, et vsr omnis propositio in primo mō dicendi per se. Illa vō est immediata rōne nostri, cuius terminorum sign̄ata sic concepta nullo cōcipi possunt iungi medio. dico aūt sic concepta, i. vt stant sub illis cōceptibus, quos nomina in ꝓpōne assumpta exprimūt, &, quia quot modis dicitur vnū oppositorum tot modis dicitur & reliquū ideo ꝓpō dupl̄r mediata inuenitur, quędā secundum se, & est illa, cuius significata per terminos ex natura sua absqꝫ medio nō cohærent. Quædam vero est mediata rōne nostri, licet nō secundum se, & est illa, inter cuius sign̄ata terminorum sic concepta, aliqđ nobis patere potest medium, φ sit ratio, quare alterum extremū reliquo insit. Dixi aūt propositionem mediatam rōne nostri, quia ex intellectu nostro, qui natus est adunata diuidere prouenit, φ aliqua ꝓpō secundum naturam suā immediata, sit nobis mediata, eo quia simplex significatum subiecti dupl̄r cōcipit, & vt stat sub vno cōceptu facit ipsam minorem extremitatē, vt autem stat sub alio, facit ipsum mediū terminum, et sic diuidēdo terminum vnum rōne significati secundū se in duo apud nos immediatam ſm se facit mediatā nobis. (V. gra.) Et est exemplum ad propositum obiectionis istius ꝓpōnis, in qua diffinitio materialis p̄dicatur de diffinito, s. domus est operimentum ex lapidibus & cemēto & lignis subiectum potest dupl̄r accipi. vno mō quo ad suum sign̄atū ſm seipsum. Et sic cū eius sign̄atum sit ipsa domus secundum seipsam, q̄ ex se in se claudit oēm suam diffinitionē, consequens est, φ inter ipsum subm̄ & p̄dicatum, nullum omnino cadat medium, & ꝯn̄r, φ ista ꝓpō ſm se sit immediata. Si aūt subm̄ illud sumatur quo ad suū sign̄atum vt sic conceptū, sic cum sign̄atum eius sit domus confuse accepta, q̄a diffinit nomen diffinitum confuse sign̄at (vt dicitur in 1 phys.) domus aūt sub tali conceptu differat a seipsa cōcepta distincte tam ſm diffinitionē finalem q̄ materialem: ꝯn̄s est vt inter subiectum tale & p̄dicatum medium sit, s. ipsummet subm̄ sub alio cōceptu (puta diffinitionis finalis) & ꝯn̄r propositio ista est mediata rōne nostri. T. com. 5. Cum aūt dicimus sign̄atum alicuius termini esse rem confuse vel distincte cōceptam & hmōi, non intēdimus φ confusio aut distinctio sit pars sign̄ati, ita vt sign̄atum domus sit totū hoc, domus cōfuse concepta, aut domus ſm seipsam, sed intendimus φ hmōi sint condōnes significatorum. Ex his patet quid ad obōnem dicendum sit. Seruando siquidem vniformitatē inter immediationē & indemonstrabilitatem ꝓpōnis, & sil̄r inter mediationem & demonstrabilitatem eiusdē, r̄ndetur qđ nulla propositio immediata ſm se est demonstrabilis ſm se a priori, licet aliqua immediata ſm se sit demōstrabilis (rōne nostri) a priori, quia est rōne nostri mediata, et sil̄r habet alteram priorem se rōne nostri. Huiusmodi aūt sunt omnes propositiones in q̄bus diffinitio materialis p̄dicatur de diffinito. Et iō tales ꝓpōnes sunt demonstrabiles & indemonstrabiles. demōstrabiles quidem rōne nostri, indemonstrabiles vero ſm se sicut & sunt mediatæ rōne nostri, & immediatæ merito sui, ꝓpterea & inter diffinitionē & diffinitum inuenitur mediū rōne nostri nō vt p̄diffinitum sed vt rō inhærendi licet ſm se inter diffinitionē & diffinitum nullum oīno sit medium. Aduerte aūt diligenter, φ non dico demonstrationem p cām finalem esse demonstrationem quo ad nos, seu rōne nostri, et non scd̄m se. Noui. n. φ demonstrare dētes anteriores esse acutos pp scissionem cibi, & qđ arboribus datæ sint frondes ad cōseruationē fructus &c. hmōi est demonstrare vere & scd̄m rem, sed dixi qđ demonstrare vnam diffinitionē de diffinito p alteram eiusdē diffinitionem quæcūqꝫ sit illa, est ꝓcessus demōstratiuus rōne nostri, qm̄ ſm rem non sunt in tali ꝓcessu tres termini (vt infra amplius patebit) hoc n tātummodo hoc in loco ōndere intendimus. Verum aūt ratione eius, a quo sumitur diffinitio possit diffinitio vna secundū rem vere demonstrari per aliā, inferius perscrutandū est, cum de hoc Aristo. tractabit in secundo lib. cap. 7.

Quę nam propositio sit immediata, an ea sola cui prædicatum est de diffinitione subiecti.

Circa diuisionem immediati principij aduerte Thomista φ S. T. licet dicat, φ omnis ꝓpō in qua prædicatum est de rōne subiecti sit immediata & p se, non tn̄ dicit φ sola talis sit immediata & p se nota. Declarabitur. n. infra, q. ꝓpō, in qua prima passio p̄dicatur de suo primo subiecto est immediata secundum se, & qđ cum vnum gn̄alissimum negatur ab alio est ꝓpō immediata. Qūo autem tutari debeas distinctionem ꝓpōnis immediatæ a S. Tho. hic assignata in sequenti cap. diffuse ostendetur, cum de propositione per se nota agetur.

Propter quod unumquodq; tale dicitur, & illud magis tale dicitur.

Circa propositionem illam maximā assumptam ab Arist semper propter φ vnūquodq;, illud magis, est diligenter attendēdum φ multipli glosatur a diuersis, & ab ipsomet S. T. quadruplr exponitur in diuersis locis, hic s. & in prima par. q. 87. ar. 2. ad tertiū. Et in primo sent. di. 12. q 1. ar. 2. Et in. q. de ve. q. 10. ar. 8. ad tertiū. Hic siquidem dicit, φ cū causa sit potior effectu si cōuenit in nomine cū eo, est magis talis, si aūt non, habet aliqd dignius. Et sic semper cā est magis. In prima vo parte dicit, φ ista maxima tenet in his q̄ sunt eiusdem ordinis, puta i vno genere causalitatis non aūt diuersorum (vt gra.) recte dicitur, sanitas quæritur propter vitā, ergo vita magis q̄ritur, quia vtrūq; quæritur vt finis, sed non recte dr̄ Sanitas quęritur propter medicinā, ergo medicina magis quęritur, qa sanitas vt finis, medicina vt agens quærit. In primo vero sniarum dicit φ ista maxima tenet, qn̄ illud qd conuenit alicui ꝓpter aliud est diuersum in vtroq;, & causa est essentialr ordinata. i. est causa totius spēi, vt calor inuenitur in igne & in misto. In qōnibus aūt de veritate dicit q hęc maxima non tenet in causis nō suscipientibus illud nomen qd effectui dant. Sicut nō valet, sortes est albus propter albedinē. ergo albedo est magis alba, quia albedo non est alba Possumus aūt vt hæc ꝓpō formaliter teneat has oēs & cæteras glosas ad vnam breuē & verissimam in omni gn̄e causæ reducere, dicendo qd tm̄ tenet qn̄ nomen totius accepti effectus reflectitur cū diuersitate supra vere causam. Notanter aūt dico (totius effectus accepti) quia propter defectum huius condōnis non valet, Socrates est hō propter Plat ergo Plato est magis homo. totus. n. effectus hic non est ly hō, sed totum hoc qd dico est homo, φ non reflectitur supra causam. Illud. n. aīs est falsum. Socrates est hō quia Plato est hō: & si esset verū, valeret ꝯn̄a, ergo Plato est magis homo. Qd vero addidi (reflectitur super cām) insinuat qd nomē illud totius effectus reducatur p aduerbium causale in id supra qd cadit ly propter (vt. gra.) Luna est lucida propter solem, ergo sol est magis lucidus, reflexo fiat sic, luna est lucida, quia sol est lucidus, ergo sol est magis lucidus. Et ista reflexio est valde notanda. Propter defectum siquidē eius non valet, color videtur propter spēm, ergo spēs magis videt, non. n. potest fieri reflexio debita, vt dicatur color videt quia species vr̄ hęc. n. causalis est falsa. Quod aūt subditur s. (cum diuersitate) nedum diuersitatē causæ & effectus & eius in quo effectus est aut fit denotat, sed etiā diuersitatem rei signatæ nomine effectus, ita. s. φ oportet rem illā diuersam esse in causa & in effectu, propter cuius defectū non valet, hō est risibilis propter animal rōnale, i. qa animal rationale est risibile, ergo aīal rōnale est magis risibile: non est siquidē diuersa risibilitas hois & animalis rationalis. nec etiā est diuersitas inter hominem & aīal rōnale, quæ etiam requirit. Notanter quoq; dixi (vere cām) qa reflexio ista cālis non est intelligenda logicę tm̄ & secundum quid. i. sm̄ nominis p̄dicationem, sed etiam physicę & simplr. i. ita qd res nominis effectus reducat in id qd accipitur vt causa, & p̄dicetur de illo sm̄ illud nomen & proprie causetur ab illo. Si. n. illud proprie cā (quæ absq; sufficientia non est) talis effectus nō esset, iam nō esset vere causa eius & ꝯn̄r reflexio si fieret vere & proprie cālis non esset, sed logice tm̄ & secundum quid, propter φ nō valet, tempus est q̄tum propter motum, i. qa motus est quantus, vt dicit in. 5. meta. ergo motus est magis q̄tus. Motus. n. nec quātī secundum rem prædicationem suscipit, sed extrinseca denoīatione, nec proprie quātitatem in tempore causat. Qz aūt sic intellecta maxima hæc teneat in omni gn̄e causæ inductiue patet, & de causa quidē finali & efficiente exēpla posita sunt, & in textu habentur. ad finalem. n. pertinet cū dicitur, magister amatur propter puerum. ergo puer magis amatur. fit. n hæc reflexio sic, magister amatur, quia puer amatur. ergo &c. Ad efficientem autem pertinet cū dicitur. (Cōclusio cognoscitur ꝓpter præmissas) ergo præmissæ magis cognoscūtur. Reflectitur nāq; & ista dicendo, conclusio cognoscitur quia præmissæ cognoscūtur. ergo præmissæ magis cognoscūtur. Quo ad causam vero formalē vtitur ea Aristo. in secūdo metaph. cum secundum deductionē S. Th. ait textu cō. 7. Materia est ens propter formam. ergo forma est magis ens. potest n. fieri reflexio dicēdo, Materia est ens, qa forma est ens. ergo forma est magis ens. In causis quoque materialibus idē apparet dicendo, Quātitas est subm sequentium accidentiū propter compositum. ergo cōpositum est magis subm: potest siquidem & hic reflectēdo dici, quantitas est subm, quia compositū est subiectum, ergo cōpositum est magis subiectum. Et hæc glosa, q̄ occulte tetigit S. Tho. in hoc loco, cū absq; distinctione dixit, φ si causa & effectus conueniunt in nomine, causa est magis talis, quia causa est potior effectu. Sciebat siquidē ipse, φ nisi esset cōuenientia in nomine (modo declarato) φ hęc maxima vniuersaliter non teneret etiā in causis conuenientibus in noīe cum effectu, seu vniuocis, vnde & in quæstione de veritate confirmauit hoc idē, vt ex supra dictis patet. Applicādo ergo ad verba sua dictam glosam, dicimus, qd formaliter non tenet ista maxima nisi qn̄ est conuenientia inter vere causam & effectū in nomine totius effectus cū causaliter reflexione eiusdē supra causam, præsupposita semper necessaria alietate.

Quomodo intelligens sit melius dispositus q̄ sciens.

Circa illā partic. Neq; melius dispositus q̄ sciēs &c. aduertendum est quosdā non capere Alb. magni ac S. T. expositionē, & propterea in errorem labi. Exponunt siquidē concorditer duo prædicti, melius dispositum sciente esset intelligentē, i. habentem habitū principiorum, qui intellectus vocatur. Instant aūt posteriores contra hoc. quia cū sciens habeat vtrūq; habitum, s. principiorum & conclōnis, intelligens aūt non oportet qd habeat vtrūq;, sequitur, q intelligens nō est melius dispositus q̄ sciens, imo, φ sciens sit melius dispositus q̄ intelligens. Sequitur præterea qd idē sit sciens & melius dispositus q̄ sciens. & sic superflue Arist. addidit, neq; melius dispositus q̄ sciens. sat. n. erat dicere sciens, qa, (vt dictū est.) oportet scientem habere vtrūq; habitum. Et confirmatur hoc rōne, quia habitu principiorum cognoscuntur cōclusiones in potentia, habitu vero sciētifico cognoscuntur in actu: actus aūt nobilior dispositio est q̄ potentia. intelligens ergo nō est melius dispositus q̄ sciens. Ad hæc dr̄, φ sciens & intelligens possunt cōparari duplr. vno modo per modū totius & partis, vt. s. sciens est intelligēs et sciens quia agnoscit conclōnes per principia, & intelligēs est intelligens tantum, & sic nō est sani capitis dubitare, quis eorum sit melius dispositus. clarum est. n. φ sciens est nobilior sicut totum sua parte. Alio mō possunt cōparari per modum duarum rerū, quarum neutra est pars alterius sumendo intelligentē formaliter & præcise, vt s. nouit principia, & scientem formaliter & præcise, vt. s. nouit cōclusiones. Et hoc est comparare habitum sciæ habitui principiorum. Et sic sm̄ Aristo. Albertum S. Tho. & omnes illustres doctores, quos vidisse memini, nobilior est intelligens sciente. Primo quia qd est per se est nobilius eo qd est per aliud ex. 8. physic. textu com. 59. sed notitia principiorum est euidens & certa ex se, conclusionū autem per principia. ergo. Secūdo quia notitia quanto certior & euidentior tanto nobilior, notitia aūt principiorum est certior & euidentior non solū quo ad nos, sed etiam (sm̄ naturam) q̄ sit notitia conclusionum, vt in textu huius cap. habetur. ergo. Tertio quia q̄to per se cā proxima & sufficiens (euidentiæ & assensus) in aliqua propositione est nobilior tanto ipsa notitia est nobilior. (Nobilitatur. n. notitia ex certitudinis causa, vt dicitur in procemio de anima.) sed causa proxima euidētię & assensus in primis principiis est nobilior quacūq; causa proxima euidentiæ conclusionum, ergo &c. patet minor, quia principiorū causa est intellectus agens, vt Cōmentator dicit in primo de aīa commento. 1. qui est nobilior cuiusque medij termini lumine quo certificatur conclusio, & quia Alber. magnus & S. Tho. sic comparauerunt sciētem intelligenti, qui doctores maximo pollentes ingenio fuerūt, quorum est loqui sermone formali, iō optime dixerunt qd intelligens

est me

Marginal notes (left): Secūdo hu circa. T. com. 1. ca. 1. dubio vltimo in tertia expositione. c. 7. dubio primo. circa mediū circa. T. c. 8. c. 7. dub 2. c. 19. circa T. com 18. c 13. circa T. com 31. — T. com. 18.

Marginal notes (right): T. com. 9. — Vbi supra. — Egidius. — Tex. com.

est medius dispositus q̃ sciens. Est.n. dispositus formaliter ad cognoscendum habitu principiorũ qui est nobilior habitu scientifico, quo formalr disponitur sciens (vt sic) ad conclusiones intuendas. Vnde ad primã obiectionem patet responsio, quia nos loquimur de sciẽte & intelligente formaliter & præcise. argumentum aũt loquitur de eis vt vnus includit alterum. Scda quoq; ex eodem fundamento soluitur, licet.n. idẽ sit suppositaliter sciẽs & intelligẽs, tñ propter distinctionem realem, quæ est inter sciam & intellectum non inconuenit, qd' idẽ secundum diuersa sit sciens & melius q̃ sciens. Et sir licet sciens vt includit intelligentem non exigeret additionẽ intelligentis, tamẽ sciens formaliter exigit qd' sibi addatur intelligens, & quia Aristo. formaliter de illis loquebatur, iõ dixit neque sciẽs, neque melius dispositus quã sciens, i. neque intelligens. Ad confirmationem dicitur, qd' quia cõfirmatio aliquorum simpliciter non fit penes ea, quæ cõtinentur in eis in potentia, sed penes ea quæ sibi actualiter & p se insunt: ideo habitus principiorum nõ est comparandus habitui scientifico secundum notitiam concsonum, quæ virtualiter cõtinetur in eo, actualiter aũt in habitu scientifico, sed exercẽda est comparatio secũdum notitias actualiter in eis contentas. Vnde licet habitus scientificus sit nobilior habitu principiorum quo ad hoc qd' est cognoscere concsones, quia ille actu, iste in potẽtia cognoscit eas, habitus tamen principiorum simplr est scientifico nobilior, quia notitia actualiter elicita ex illo est nobilior simplr notitia actualiter elicita ex isto. Nec obstat, q habens habitum principiorum sit in potentia ad scientiam, quia hoc non inest ex ipso habitu principiorũ, aliter stante habitu nũq̃ sciretur, sed ex natura ipsius intellectus, qui eget cõtinuo & tempore & exercitio ad discurrendũ ex noto ad ignotum.

Illorum confutatio, qd' omnino demonstrationem tollunt, & eorum, qd' omnium demonstrationem esse contendunt. Cap. 3.

T.com.18. *Qvibusdam quidem igitur propter id qd' oportet prima scire, non uidetur esse scientiam simplr. Quibusdam aũt esse, omnium tamen demõstrationem esse, quorum neutrũ neq; uerum, neq; necessarium est. Supponente.n. non esse oĩno scire,*
hi in infinitũ uolũt reduci, tanq̃ non sint utiq; sciẽtes posteriora
per priora, quorum nõ esse prima rectè dicentes: impossibile.n.
T.com.19. *est infinita transire. Etsi stant & sint principia hæc ignorata*
esse, cum demonstratio non sit ipsorũ, q uero dicunt esse scire so
lum. Si uero nõ est prima scire, neq; quæ sunt ex his est scire sim
Tex. 20. *pliciter, neq; proprie, sed ex condõne si illa sint. Quidam aũt*
q ipsum scire sit confitentur per demõstrationem esse solum, sed
omnium esse demonstrationẽ nihil probibet secundum eos. con-
tingit.n. circulariter fieri demonstrationem & ex his, quæ sunt
Tex. 21. *adinuicẽ. Nos aũt dicimus neq; omnem sciãm demonstratiuam*
esse, sed immediatorum indemõstrabilem. Et hoc qd' necessarium
sit manifestũ est. si.n. necesse est quidẽ scire prima, ex quibus est
demonstratio, stant autem aliqñ immediata. hæc quidem priora
indemõstrabilia esse necesse est. Et hoc igitur sic dicimus et non
solum scientiam, sed & principium sciẽ esse dicimus. ipsa.n. co-
Tex. 22. *gnoscimus inq̃tum terminos cognoscimus. Circulo quoq; q im*
possibile sit demonstrare simplr manifestum est: si uere ex prio-
ribus & notioribus oportet esse demõstrationem. impossibile.n.
Tex. 23. *est eadem sibiipsis simul priora & posteriora esse, nisi altero*
modo, ut hæc quidẽ ad nos, illa uero simplr, quo certe modo in-
ductiue facit notum. si aũt sic est. non utiq; erit simplr scire bene
determinatum, sed duplr: aut non simplr altera demonstratio
Tex. 24. *quæ fit ex nobis notioribus. Accidit aũt dicentibus circulo de-*
monstrationem esse non solum q nunc dictum est, sed nihil aliud
dicere q̃ si est hoc, est hoc. sic aũt facile est demonstrare omnia.
Manifestum aũt est q hoc accidit tribus terminis positis. per mul
tos.n. aut per paucos reflectere dicere nihil differt, per paucos
aut per duos. Cum.n. sit A, ex necessitate sit B. hoc aũt C. cum igi
tur A sit ex necessitate erit C. si igitur cũ sit A necesse est B esse.
hoc aũt cum sit, A erit. hoc.n. inerat circulo. Ponatur A in quo Tex. 25.
est C, B aũt cum sit, A esse dicere, est ipsum C dicere. hoc aũt est
quoniam cum sit A, est C sed C cum A, idem est. Quare accidit
dicere circulo demonstrationem esse nihil aliud nisi, cum sit A,
est A: sic aũt monstrare omnia leue est. At uero nec hoc possi- Tex. 26.
bile est nisi in his quæcũq; alternatim se consequũtur, sicut sunt
propria. Vno quidem posito ostensus est, q nequaq̃ est necessa-
rium esse alterum. dico aũt uno qd' neq; termino uno, neque pro
positione una posita: ex duabus aũt propositionibus primis &
minimis contingit. sic aũt contingit & syllogizare, siquidem igi
tur & A ipsi B & C, inerant. & hæc adinuicẽ ipsi A quidem
contingit ex alterutris monstrare oĩa quæsita in prima figura,
sicut ostensum est in his quæ de syllogismo sunt. ostensum est aũt
q in aliis figuris aut non fit syll's, aut non de acceptis. Non aũt Tex. 27.
æqualiter prædicantia nequaq̃ est monstrare circulo, quare quo
niam pauca in huiusmodi demõstrationibus sunt. manifestum est
autem quoniam uanum est & impossibile sic dicere ex his quæ
sunt adinuicem esse demonstrationem, & propter hoc omnium
contingit demonstrationem esse.

Summa huius capituli hæc est.

Dvo ex ro qd' oportet prima scire orti sunt errores extremi. Primus est. Nullius est sciã. Secundus est. Omnium sciã per demonstrationem. Primi rõ est, quia principiis alicuius cõclusionis aut est processus in infinitum, & sic nihil scitur, quia infinita nõ est transire, aut est status, & sic remanent ignota; quia non possunt sciri ex quo carent prioribus. Secundi ratio est, quia contingit circulariter demonstrationem fieri. Propositio.

Nos aũt dicimus nõ omnium sciãm demonstratiuam esse, sed immediatorũ esse indemonstrabilem. Probatur a priori. Quia principia, in qbus est status, sunt immediata. Cognoscuntur aũt inquantum terminos cognoscimus. Conclusio principalis.

Demonstratio simplr non potest esse circularis. probatur triplr. Primo a priori, quia circulus nõ põt esse a prioribus simplr, quia impossibile est eadẽ esse seipsis priora & posteriora simplr, licet hoc sit possibile altero & altero modo. Scdo etiam a priori, quia circulus est ab eodem ad idem, vt patet sumptis tribus terminis & loco tertij posito primo. Tertio etiã a priori, quia circulus cõpletus constat ex terminis conuertibilibus in primo mõ primæ figuræ tantum, non omnis aũt demonstratio simplr constat ex talibus terminis, etiam in illo primo modo. ergo. 2. Conclus

Series autem satis clara hæc est.

QVia dictũ est q oportet principia demonstrationis esse scita, & hinc errores duo orti sunt, quorũ primus erat Heracliti sequaciũ. Secundus aũt Empedoclis, vt testatur Albertus. Iõ intendẽs eos destruere, duo facit. primo eas proponit cũ suis rationibus. secundo quia vtriusq; cõe propositum erat, q scire est per demonstrationem tantum intelligere, iõ principali concsone determinat cõtra vtrũq;, & similiter soluit primi rationem, & secunda conclusione secundum elidit errorem.

Quæ nam sit propositio per se nota.

CIrca illud dictum, principia cognoscimus inquãtũ terminos cognoscimus. Quia principiũ immediatum ex propriis terminis cognitũ nihil aliud est q̃ propositio per se nota (qm resolutio concsonis, quæ est p aliud nota sit ad eã.) Et de ipsa nõ parua est inter doctores disputatio, iõ hic videndum est, quæ propositio sit per se nota, & quæ non. Et circa hoc tria faciam. Primo determinabo veritatem ex S. Tho. prima parte. q. 2. arti. 1. Et primo contra Gentiles. c. 11. & primo sententiarum distin. 3. art. 2. & q. de ve. q. 10. art. 12. sumpta. Secundo obiicietur in oppositum. Tertio respondebitur obiectionibus. Merito quoq; hucusq; dilata est quæstio hæc, quia vt in processu qõnis apparebit tota difficultas est, an cum dicitur principia cognoscimus &c. per ly terminos, accipere debeamus ipsos terminos cum suis diffinitionibus vel ratio- Prima. q. 2 art. 1.

nibus, an ipsos terminos tantum & non eorum rationes. Sciendum est ergo, ꝙ ꝓpō per se nota multipliciter inuenitur. Quædam.n. est per se nota ẜm se tantum, quædam quo ad nos tantum, quædam secundũ se & quo ad nos. & hoc dupl̃r, vel quo ad nos oẽs, vel sapientes. Describatur autem ad faciliorẽ perceptionem diuisio ista sic.

Propositio per se nota.

ẜm se tm̃, ẜm se & quo ad nos, Quo ad nos tm̃.

Omnes. Sapientes.

2. Topico.

Cum.n. propositio per se nota dicatur, ex eo quod est non per aliũ terminum nota, sed ex propriis, & quot modis dicitur vnum oppositorũ tot dicatur & reliquũ, consequens est, vt quoties dicitur ꝓpō nota per medium, toties dicatur ꝓpositio nota per se, seu non per medium, ꝙ idem est. Cum aũt medium propositionis sit triplex. Qđdam quo ad nos nñ, vt patet qñ procedimus ab effectu ad causam. & quoddam ẜm se & quo ad nos (vt patet qñ procedimus a causa ad effectũ) Et quoddam secundum se tantum (vt patet in ꝓpõnibus, in quibus prædicantur proprietates specifice intelligẽtiarum de ipsis.) Tales.n. habent medium secundum se, sed nõ quo ad nos, triplicem quoq; oportet esse ꝓpõnem per mediũ notam. Et ꝯñr triplex erit ꝓpō nota per se, seu non p alium terminum mediũ, sicut & triplex est negatio medij rñdens triplici affirmationi modi suprapositę. Quædã ergo ꝓpositio est nota non p aliud medium simpl̃r, licet sit nota per medium quo ad nos, vt ista, Deus est. Quædã vero est nota non p aliud mediũ, quo ad nos, licet ex natura sua habeat medium simpl̃r, vt nix est alba. Dubitans n de ea eget sensu nõ medio, vt dicitur secundo Topic. Quædam vero est nota non per aliud medium simpl̃r, nec quo ad nos, vt de quolibet dr̃ esse vel non esse, et hoc quo ad oẽs homines, quo ad sapiẽtes vero, quia.s. ipsis est nota non per mediũ, vt incorporalia non esse in loco, vt Boetius in libro de hebdomadibus ait. Et sic rō diuisionis & mẽbra eiusdem facile patere pñt mutando vocabula. idem.n. est dictu propositio non p medium nota, et p se nota. Vnde propositio p se nota secundum se tantum est q̃ secundum se caret medio. hæc aũt propositio, q̃ est natura sua immediatam diximus, q̃ fit quoties prædicatum cadit in rõne subiecti. Et cũ passio prima prædicatur de suo primo subiecto, vt infra patebit. Et cũ vnum gñalissimum negatur ab alio &c. Propositio aũt per se nota quo ad nos tantũ est illa, q̃ certa nobis est absq; medio, licet illud secundũ se habeat. Propositio vero p se nota secundũ se, & quo ad nos est, q̃ vtroq; caret medio. Et si hoc sit respectu oĩum nostrum, vocatur dignitas, q̃ necesse est quẽlibet docendum habere. Si aũt quo ad aliquos sapientes, eorum cõis animi conceptio dr̃. Diligenter aũt attendendum est, qđ cum dicimus, propositio p se nota secundum se, ly secundum se, determinat tam ly p se nota, q̃ ly ꝓpō, ita quod sensus est, propositio secũdum seipsam sumpta nota per medium, ꝙ ex natura sua sit mediũ, sed ex propriis tantummodo terminis. loqui aũt de ꝓpõne secundum se est loqui de ipsa secũdum suorum terminorum sigñata secũdum se sumpta, & nõ vt stant sub hoc vel illo cõceptu, vt in præcedẽti declarauimus capitulo. Vnde loquendo de propositione secundũ se nulla est dr̃ia inter istam. homo est albus, et istam, animal rõnale est disgregatiuum visus, quia nulla est inter sigñata secũdum se sumpta diuersitas, licet quo ad nos differãt, quia differunt sicut diffinitio & diffinitum, quorum nos distinctionẽ facimus, propterea & diximus quod omnis ꝓpō, cuius prædicatum est de

Boetius in lib. de hebdomadibus cap. 1. infra c. 19. circa T com. 18. infra c. 23. Textus circa cõ. 31.

ratione subiecti, per se nota secundũ se, & similiter ea, cuius prædicatum est prima & primo passio. Tales siquidẽ propositiones habẽt suorũ terminorum significata talia, ꝙ secũdum se sumpta nullũ penitus medium simpliciter compatiuntur, vt de se patet. Ex quibus sequitur, ꝙ, qñ de propositione p se nota secundum se tractatur idem terminus sunt diffinitio & diffinitũ, quia significatum secundũ se sumptum idẽ est, licet quo ad nos distinguantur secundum cõfusionem et distinctionem, quia vt dicitur primo physic. tex. com. 5. nomen diffiniti sigñat naturã confuse, diffinitio vero distincte. Et qa hoc est nostræ positionis fundamentum, iõ probo illud dupl̃r primo sic. Diffinitio & diffinitũ differunt tantum secundum confuse & distincte cõcipi: ergo nullam dr̃iam secundum se habent. Añs est ex se euidens. Non.n. facile esset fingere aliq; differentiam, q̃ illam præueniret, aut maior illa esset. Cõsequẽtia probatur vt sic. Cõcipi nihil reale ponit supra rẽ conceptam. ergo dr̃ia ẜm concipi non est dr̃ia quidditatis significatę secundũ se. ergo distinctę vel cõfuse concipi non ponit distinctionẽ in re concepta secundum se. Quæcũq; ergo differunt tm̃ ẜm confuse & distincte concipi, nullam habent secundũ se dr̃iam, ꝙ erat probandum. Scđo sic. In processu quo probaẽ aliqđ prædicatum inesse subito, qa inest eius diffinitioni ex parte rei siue secũdũ se, cõmittitur fallacia petitionis principij ergo diffinitio & diffinitũ ẜm se sunt idem terminus. ꝯña tenet, & añs probatur. primo auctoritate S. T. in fallaciis. cap. de fallacia petitionis principij. Et Alberti magni in. 1. Elẽ. cap. eodem. Vbi expresse dicunt, ꝙ ꝓcedere a diffinitione ad diffinitũ, est petitio principij, qa si negatur quod hõ currat, non minus negatur ꝙ animal rõnale currat. scđo auctoritate Aristo. dicentis in. 2. Elen. ꝙ fallacia petitionis principij fit totidẽ modis quoties cõtingit qđ erat in principio petere. Vbi Alb. magnus ait ꝙ Arist. remittit se ad. 8. Topi. vbi determinatum est. quot modis cõtingere petere qđ est in principio. patet aũt in. 8. Topi. c. 11. ꝙ quinque modorum ibi positorum, primus est, qñ diffinitum petitur in sua diffinitione, vt Alb. mag. glosat vtrobiq;. Nec hoc videatur alicui mirabile, qm̃ (vt inquit S. T. vbi supra) processus a diffinitione ad diffinitum consideratur dupl̃r. vno mõ secundum se, & sic accidit in eo peccatũ prędicatum, qa idẽ accipitur vt diuersum. alio mõ rõne nostri, apud quos differt diffinitio a diffinito, & diffinitio est notior, qa explicat id qđ implicite dicit diffinitũ; & sic nullum vitiũ accidit in tali processu, Imo vnus locorũ topicorum est, & ꝙ plus est demonstratiuus ꝓcessus illo vtitur applicato ad materiam necessariã. Contra hanc aũt determinationem multi diuersimode arguũt. Et quidem contra primũ mẽbrum diuisionis. ꝙ.s. aliqua sit ꝓpō per se nota secũdum se tantum. Et suã declarationem qua dicit. ꝙ ea p se nota secundum se, quæ ex rõnibus seu diffinitionibus terminorum suorũ est euidens. Scotus in primo sniarũ. dist. 2 q. 2. arguit quadrupl̃r intendens probare, ꝙ quo ad ꝓpõnem per se notam alius terminus est diffinitũ, et alius diffinitio. (Et ꝯñr si propō aliqua est euidens, nõ nisi ex diffinitionibus suorum terminorũ.) non est per se nota, quia nõ ex suis, sed aliis terminis euidẽtiam habet. Esset.n. euidens ex diffinitionibus suorũ terminorum q sunt alij termini a terminis, quorũ sunt diffinitiones. Arguit ergo primo sic. Qđ quid est alterius termini est mediũ in demõstratione. ex. 2. poste. ergo altera p̃missarum non differt a conclõne nisi sicut diffinitio a diffinito. Tũc vltra p̃missa talis demõstrationis est ꝓpō per se nota, conclo autem est demonstrata. ergo quo ad ꝓpõnem per se notam alius terminus est diffinitio, & alius diffinitũ. Cuius oppositũ pro fundamento tu assumis Et cõfirmatur hoc dupl̃r. primo quia si in ꝓposito diffinitio & diffinitũ essent idẽ terminus in demonstratione potissima esset petitio principij. Scđo, quia essent ibi tm̃ duo termini, ꝙ falsum est. Scđo arguit sic. Impossibile est eundẽ conceptum esse priorẽ & posteriorem, & haberi et nõ haberi de eadem re. sed idem põt concipi prius ẜm nomen q̃ ẜm diffinitionẽ: ergo conceptus p nomen diffiniti & diffinitionẽ non est idem. Minor patet ex. 1. phys. ibi dicit, ꝙ noĩa sustinent ad diffinitiones, hoc ꝙ totum ad partes, i. ꝙ nomen confuse importans id qđ diffinitio

T. com. 5. — Cap. 26. — Cap. 3. — Cap. 11. — In fallaciis cap. 26. — Scotus 1. distin. 2. q. 2. in declaratione per se nota. — T. com. 8. — T. com. 5.

diffinitio diſtinctæ, eſt prius notum diffinitione. ergo &c. Tertio ſic, ad idē, quia aliter ſequeretur qđ omnis ꝓpō in primo modo dicēdi per ſe eſſet ꝑ ſe nota, ꝙ eſt falſum. Et quod quælibet ꝓpō eſſet per ſe nota in ſcīētiis ſpecialibus, q̄ Metaphyſicus poſſet habere ꝑ ſe notam ex diffinitionibus terminorū, ꝙ non eſt verum. Quarto ſic. Bene ſtat demonſtratio alicuius p̄dicati de diffinito, cū hoc, qđ illud prædicatum ſit ꝑ ſe notum de diffinitione, ſicut hr̄e tres eſt demōſtrabile de triangulo, cum tñ notum ſit ꝑ ſe de eius diffinitione, dicēdo oīs figura plana &c. ergo alius terminus eſt diffinitio, & alius diffinitū quo ad ꝓpōnem per ſe notam. Et ꝯñr male dictum eſt, ꝙ ꝓpō quæ ex rationibus ſeu diffinitionibus terminorū eſt euidens, eſt ꝑ ſe nota ſecundum ſe. Ex quibus infert Scotus, ꝙ quia ꝓpō per ſe nota eſt nata hr̄e euidentiam ex propriis terminis in quocūq; intellectu poſitis, licet actu nō accipiantur, nulla eſt diſtinctio inter ꝓpōnem per ſe notam ſecundum ſe & quo ad nos. Et ſilr̄ nulla eſt diſtinctio inter ꝓpōnem ꝑ ſe notam ſapientibus vel inſipiētibus, q̄a hoc pertinet ad cognitionem terminorum, qui p̄ſupponuntur ad intellectum propoſitionis per ſe notæ.

In fine illius declarationis.

An quælibet propoſitio ſecundum ſe nota ſit etiam quo ad nos nota.

Aure. primo ſent. 2. q. 1. in. 5. art. 4.

CОntra eandem diuiſionē, et primum eius mēbrum arguit Petrus Aureoli ordinis minorū, intendens probare ꝙ omnis ꝓpō per ſe nota ſecundum ſe, ſit per ſe nota nobis ſic. Omnis ꝓpō ex propriis cōceptibus nota cuilibet habēti illos eſt ꝑ ſe nota. Sed omnis ꝓpō per ſe nota ſecundum ſe eſt ex ꝓpriis conceptibus nota. ergo omnis ꝓpō per ſe nota ſm ſe cuilibet habenti eius ꝓprios conceptus eſt ꝑ ſe nota. Sed q̄libet formans eā habet eius proprios conceptus. ergo cuilibet formāti eam eſt ꝑ ſe nota, ſed nos formamus eā, aliter nec a poſteriori illa eſſet nobis nota, ergo nobis eſt ꝑ ſe nota. probatio qđ quilibet formans eā habeat eius ꝓprios cōceptus, quia niſi habeat eius proprios cōceptus, iam non format rā, ſed aliam, q̄a identitas ꝓpōnis ex identitate conceptuum nō vocum ſumenda eſt. Confirmatur hoc ſic, Sortes formans ꝓpōnem, q̄ vocas per ſe notam ſecundum ſe tm̄, puta Deus eſt, aut fert intuitum ſuū ſuper illos conceptus, ex q̄bus conſurgit ꝑ ſe notitia illius ꝓpōnis, aut ſuper alios, ſi ſup illos, ergo illos habet, & eſt ſibi ꝑ ſe nota ſi ſuper alios ergo non fert intuitū ſuum ſuper illa ꝓpōne, ſed ſuper alia, quia illa ꝓpō ita integratur ex propriis cōceptibus, ꝙ nō ex aliis. Alietas ſiquidē partium alietatem totius inducit. Conſtat aūt conceptus incomplexos partes eſſe cōceptus complexi, qui ex ꝓpō. Omnis ergo propō per ſe nota ſecundum ſe omni formāti eam eſt per ſe nota, & ꝯñr nobis, qui formamus rā aliter nec a poſteriori eſſet nobis nota, vt dictum eſt. Ad ſoluēdas has obiectiones nō oportet alia iacere fundamēta, ſed ex p̄miſſis rñdetur, vt eo pulchrior & efficacior oſtēdatur doctrina, quo ex ea oēs difficultates accñtes ſoluuntur. Talis. n. eſt natura rectæ diffinitionis (vt dicit in. 4. phyſ.) Argumenta ergo Scoti ſoluuntur ex ſupraposita diſtinctione ꝙ de propōne & diffinitione & diffinito cōtingit loqui duplr̄: vno mō ſecundū ſe, alio modo rōne noſtri. Si ſecundū ſe loquamur ſic nulla eſt inter diffinitionē & diffinitum dr̄ia. & ſic concluſio demonſtrata rōne noſtri eſt ſecundum ſe ꝑ ſe nota, q̄a nihil aliud eſt q̄ ea, q̄ nos alterā præmiſſarū facimus, & ſilr̄ ſm ſe incidit ibi petitio principij, licet non rōne noſtri. Et ſimiliter ſunt in tali proceſſu ſm ſe duo tm̄ termini, licet ratione noſtri ſint tres. Silr̄ ad ſecundum grat̄s cōceditur, ꝙ alius eſt cōceptus diffinitionis a cōceptu diffiniti, ſed nō ſecundum ſe, ſed rōne noſtri. Tertij quoque tam prima ꝯña q̄ eius ꝯñs conceditur. Secunda autem ꝯña nihil valet, & eius ꝯñs implicat in adiecto. Implicat. n. qđ propō, cuius termini quidditatiui cognoſcūtur a metaphyſico, & tm̄ ex quidditatibus terminorū eſt ꝑ ſe nota ſecundum ſe, ſit per ſe nota in ſciā ſpāli. ſufficit. n. ꝙ ſit ꝑ ſe nota metaphyſico. Ad quartum dr̄ ſicut ad primū. ſ. ꝙ illud aſſumptum (ſtat quod aliq̄d prædicatum ſit ꝑ ſe notum a diffinitione alicuius, & de diffinito demonſtretur) eſt verum rōne noſtri. ſed nō ſecundum ſe. Iam. n. dictum eſt, ꝙ ſecūdum ſe incidit ſibi petitio principij. Vnde ad clariorem horum intelligentiam aduerte, ꝙ demōſtratio etiā potiſſima inſtrumentum intellectus humani cōiuncti eſt & non rerū proprietas. res. n. ipſæ indifferentes ſunt, vt diſcurſiue, aut abſq; diſcurſu cognoſcātur. Ab intellectu ſiquidē ſeparato ſimplici intellectu intelligunt̄ A nobis aūt ſyllogiſtico diſcurſu attingūtur, vnde in 5. met. dr̄. ꝙ ſcibile non refertur ad ſciam, quia eius expers eſt Quia aūt demonſtratio intellectus noſtri eſt inſtrumētum. ad diſcurſiue cōcludendum in materia neceſſaria, & inſtr̄m oportet eſſe cōforme vtenti illo, & ꝓportionatum materiæ circa q̄ verſatur, oportet demonſtrationē conformem eſſe intellectui nr̄o, & cōcluſioni ſcibili vt ſic. Sed qm̄ inſtrumenti vtilitas nulla eſt niſi in vſu agentis, iō in ipſa inſtrumenti cōfectione præmittendæ ſunt aliquæ condōnes eius requiſitę ex parte materiæ, q̄ impedirent vſum agentis. Et attēdēdum eſt, vt ſit proportionatū vtenti. inepte. n imbecilli artifici daretur inſtr̄m non facile mobile, propter ea q̄a materia exigeret inſtr̄m adeo graue, melius. n proportionanī ſibi inſtrumentum traderet̄, vt poſſet ſm vires operari Demonſtratio ergo etſi ſm ſe ſiu rōne materiæ, q. idē eſt, exigat ꝙ concl̄o eius non ſit eſt rōnibus terminorum nota, attñ ex imbecillitate intellectus, q̄ cōiter inuenitur in hoībus, qua ſit vt aliquid ignoret de diffinito ꝙ nouit de diffinitione, oritur qđ demōſtratio conformis noſtro vſui ſit illa, in qua mediū eſt quidditas alterius termini & ꝯñr, ꝙ in ea prætermittatur id qđ ex ſe exigeret. ꝓpterea Ariſt. & cæteri cōſecturi demonſtrationem talē nobis edidere, qualem vtilem eſſe cognoſcebāt, nec tñ ſiluerunt, q. aliæ eſſent eius cōditiones, ſi noſtra non obſtaret infirmitas.

T. com. 20.

Ad ea aūt quæ addit Scotus contra diuiſiones illas, dr̄, ꝙ illa diuiſio S. Th. artificioſe facta eſt per dr̄ias ꝓpōnis per ſe note, q̄a n. ꝓpō per ſe nota idem ſonat qđ propoſitio non per aliam ꝓpōnem nota. hoc aūt qđ dico non per aliud notū, recte diuidatur in ſecundum ſe, & in quo ad nos, vt patet ꝑ Ariſt. diuidentem eius oppoſitū. ſ. per aliud notum. in hæc eadē membra ſ. in per aliud notū ſecundum ſe, & ꝑ aliud notum quo ad nos, ꝑ hoc. n. diſtinguitur demōſtratio quia, a propter quid: cōſequens eſt ꝙ prima diuiſio neceſſaria & nō ſolum recta fuit. Et ſilr̄ ſecunda diuiſio ꝑ eaſdem dr̄ias magis contractas facta eſt, vt patet in ipſa diuiſione. Q̷ aūt terminorum cognitionis in hmōi diuiſione meminerimus, ad inſinuandam ſeu circum loquendā veram (q̄ diximus) differentiam factū eſt, vt pꝛiorum mos eſt. Ad argumenta vero dr̄, q. cum identitas ꝓpōnis ſm ſe attendatur penes identitatem ſui ſignificati cōplexi, & totalis ſignāti, ꝙ poteſt concipi confuſe. & diſtincte eadē ſm ſe ꝓpō eſt, quæ conſtat ex diffinitis, cum illis, q̄ conſtat ex rōnibus eorum. & non differt niſi ſicut diſtincte & cōfuſe cognita, ꝙ eſt differre quo ad nos. Vñ ad argumentum dr̄, q. maior eſt ſic modificāda. Omnis ꝓpō ex propriis conceptibus nota cuilibet habēti illos diſtincte eſt ꝑ ſe nota, aliter nō eſt vera vl̄r. habēti n. illos confuſe, licet q̄nq; ſit ꝑ ſe nota, non tamen ſemꝑ, q̄a quandoq; ad euidētiam complexi ſignificati ſufficiūt conceptus confuſi terminorū, vt in iſta Omne totū eſt maius ſua parte, quādoq; non, vt in iſta Deus eſt. Eſt etiam diſtinguenda illa ꝓpō, ꝙ quilibet formans eā, habeat eius proprios conceptus, diſtincte vel cōfuſe. Et ꝑ hoc oportet reſponſio ad confirmationem, quia ſortem formantē iſtam propoſitionem, Deus eſt, ferre intuitū ſuum ſuper illos cōceptus ex quibus cōſurgit per ſe notitia illius ꝓpōnis, poteſt intelligi duplr̄. vno modo diſtincte, & ſic eſt falſum. eſſet. n. ſibi per ſe nota: alio mō confuſe, & ſic eſt verum. Et hoc ſufficit. Identitas. n. ꝓpōnis ſecundum ſe variatur ex alietate conceptuum obiectalium ſecūdum ſe, & non ex varietate conceptuum formaliū, & ideo non variatur ex diſtincte vel confuſe cōcipi, vt dictū eſt, quia prius non oportet qđ varietur ex varietate poſterioris.

Aure. argumẽta ſoluuntur.

Ad confirmationem.

Rationes improbantes circularem demonſtrationem quantum valeant.

CIrca ſcđam concl̄onem dubitari poſſet, an demonſtratio circularis ſit aliquo mō poſſibilis ſ. a priori vel poſteriori. Sed qm̄ dr hoc inferius in. c. 13. habe-

Circa Textum ch. 30. dubio prin.

bitur sermo, & multa oportet cognoscere ante hanc quęstionem, ideo illucusq; quæstio hæc differatur. Illud tñ aduerte, q̃ nec prima nec tertia rõ improbat demonstrationem circularem esse impossibilem, extendendo demonstrationem ad quia & propter qd secunda aũt rõ q̃uis militet contra demonstrationẽ circularem cuius altera sit ꝑpter quid & altera quia, tũc dicetur. Sufficit.n.nunc, q̃ contra demonstrationem circularem simpliciter accepteur.

Demonstrationis propositiones esse ueras ueritate necessaria. Quid item de omni, per se, & uniuersale sit ostendit. Cap. 4.

Tex. 28. *Voniam autem impoßibile est aliter se habere cuius est scientia simplr, necessarium utiq; erit id esse scibile qd' est secundum demonstratiuam scientiam: demonstratiua autem est q̃ habemus in habẽdo demõstrationem: ex necessarijs itaq; syllogismus demonstratiuus est. Accipiendum est igitur ex quibus*

Tex. 29. *& qualibus demonstrationes sunt. Primum aũt determinabimus quid sit de omni, & quid per se, & quid uniuersale. De omni quidem igitur hoc dico, q̃ utiq; est non in quodam quidem sic, in quodam autem non: nec aliqñ quidem sic, aliqñ uero non: ut de omni homine aĩal, si uerum est dicere hoĩem, uerum est dicere animal: & si tunc alterũ, & alterũ, & si in omni linea punctum similiter est. Signum aũt est, quoniam instantias sic proferimus, sicut de omni interrogati, aut si in quodã non, aut aliqñ*

Tex. 30. Primus modus per se. T. com. 8. *non. Per se autem sunt quæcũq; sunt in eo qd' quid est: ut triangulo inest linea & punctũ lineæ substantia.n. ipsorum ex his est, & quæcũque insunt in ratione dicente quid est. Et quibuscũque*

Secundus. Tex. 31. *eorum, quæ insunt ipsis, ipsa quidem sunt in rõne quid est demonstranti: ut rectum inest lineæ & circulare, & par & impar numero, & primum & cõpositum, & isocheles qd' est æquilaterũ, & scalenon, i. altera parte longius, quæ oĩbus his insunt in rõne dicenti quid est. hinc quidem linea, inde uero numerus: silr & in*

Tex. 32. Tertius. Tex. 33. *alijs huiusmodi unicuiq; per se esse dico. Quæcũq; uero neutraliter insunt accidentia sunt, ut musicũ, aut album aĩali. Amplius q̃ non dicitur de subiecto alio quodã: ut ambulans & album, cũ quoddam alterum ambulãs sit & album. substantia aũt & quæcunque hoc aliquid signãt non alterum aliqd' sunt q̃ uere sunt.*

Tex. 34. Quartus. *quæ quidem igitur nõ de subiecto sunt per se dico, quæ uero de subiecto accidentia sunt. Itẽ alio modo quod quidem propter ipsum inest unicuiq; per se, q̃ uero nõ propter ipsum accidens est,*

a i. ut si ambulãte corruscanit, accidẽs, *a ut si ambulãte corusco coruscat, accidens est. nõ.n. propter id q̃ ambulat coruscat, sed quod accidens dicimus hoc esse. Si uero propter ipsum per se, ut si aliqd' interfectum interiit secundum interfectionem, quoniam propter id qd' interfectum est interiit, sed non qd' accidit interfectum interire. Quæ igitur dicuntur in*

Tex. 35. *simpliciter scibilibus per se sic sunt, sicut in esse prædicãtibus, aut inesse propter ipsa, quæ sunt ex neceßitate. Non.n. contingunt non inesse, aut simplr aut opposita, ut lineæ, aut rectum, aut obliquum, & numero par aut impar. Est.n. contrarium aut priuatio aut contradictio in eode genere, ut par & non impar in numeris secundum quod sequitur. Quare si necesse est, aut affirmare aut negare, necesse est & quæ per se sunt inesse: & de omni igitur & per se determinatum sit hoc modo.*

Summa huius capituli hæc est.

1. Conclus. SYllogismus demonstratiuus est ex necessarijs: probatur a priori quia quod scitur per eum est necessarium, quia impossibile est aliter se habere.

Corollariũ Accipiendum est ergo ex quibus & qualibus demonstrationes fiunt.

Diffinitio. De omni dico, q̃ est nõ in quodã quidẽ sic, & in quodã non, neq; aliqñ sic, & aliqñ nõ. Probaẽ a signo, qa alterutro istorũ modorũ ꝓferunẽ instantiæ cõtra de omni.

Primo modo per se insunt quæcũq; insunt in rõne dicente quid est, vt linea inest triãgulo, & punctum lineæ. Diffinitio.

Secundo modo per se insunt quæcũq; insunt aliis, quę in ratione eorum insunt quid est demonstranti.

Quæcunque neutraliter insunt accidentia sunt. Corollariũ

Tertio mõ per se sunt, quæ non de subiecto dñr aliquo quodam. Quæ vero de subiecto accidentia sunt.

Quarto mõ ꝑ se inest qd' ꝑꝑ ipsum inest. Qd' vero nõ ꝑꝑ ipsum, accidẽs ese, vt si ambulãte aliquo coruscauit.

Quę ergo dicimus in simplr scibilibus per se sic sunt, sicut in esse prædicãtibus, aut inesse propter ipsa. 2. Conclus.

Et hæc insunt necessario, vel simplr, vel sub disiunctione. 3 Conclus. Probatur hoc vltimũ a priori, qa talia disiũcta aut opponũtur cõtrariæ immediatæ, aut priuatiue, aut cõtradictorię in eodẽ gñe, q̃ necesse est affirmare vel negare.

Series autem hæc est.

DIffinita demonstratione, intendens ostendere in sequẽtibus ex qbus & qualibus necessarijs ex demõstratio. in hoc cap. tria facit. Primo rõnem talis processus prima conclone assignat. Scdo præmittendorũ triũ s. de omni, ꝑ se, & vlĩ quid sint. Duo prima diffinit sigillatim. Tertio qũo demõstrator vtatur (ꝑ se) insinuat secũda conclusione, et addit q̃ talia sunt necessaria in tertia cõclu.

Prædicatum de omni esse quod omni & semper inest, quomodo intelligitur.

CIrca diffinitionẽ de omni, aduerte q̃ vniuersalitas subiectorum & tẽporum distiniens de omni non oportet quod sit vlĩtas positiua & actualis. ista.n. Deus est actus purus, est de omni, cũ sit per se, & non singularis, & tñ nec actu nec aptitudine eius subm habet partes subiectiuas, & silr eius signatum nec mensuratur, nec est mensurabile tẽporum differentiis, sed sufficit quod sit vniuersalitas vtraq; negatiua et virtualis Negatiua inquã ita qd' nulla pars subiectiua sit, cui tale p̃dicatum nõ conueniat, et silr nulla sit dña temporis, in qua non cõueniat. Virtualis vero, quia si subm haberet sub se partes subiectiuas & mensuraretur tpe, cuilibet & semper adesse tale prædicatũ. vñ notanter (vt Alber. dicit) Arist. diffiniẽs de omni, vtrãq; vlĩtatem negatiue posuit, dicens, nõ in quodã sic & in quodã non, neq; aliqñ sic, & aliqñ non. Aduerte secundo, qd' vlĩtas tpis siue positiue, siue negatiue intelligatur nõ oportet qd' intelligatur pro omni tẽpore, simpliciter, sed ꝓ omni tpe quo tale p̃dicatum natum est inesse tali subto. non.n. illud tantum dr̃ esse semp q̃ nũq̃ abest, sed illud quoq; sempiternũ dicimus, q̃ infallibiliter suo tpe inuenitur, vt ortus & occasus solis, & cõiunctiones planetarũ & similia, q̃ ꝑpetuo perseuerant. Hęc.n. oĩa in demonstrationibus, vt conclones necessariæ cadũt, vt patet in astrologia, & ꝯñr de omni sunt. Qd' aũt ista expositio sit sm mentẽ Aris. probaẽ sic De omni posterioristicum exigit vlĩtatem suppositorum ꝑꝑ formam sylli, vniuersalitatem tpis aũt (vt Alb. ait) propter mãm necessariam, circa q̃ versatur demonstrator. necessariũ.n. immutabile & ꝑpetuum ese Talis ergo exigitur tpis vlĩtas, qualem necessaria mã reqrit Constat aũt q̃ prædicta oia necessaria sunt, aliter de eis nõ esset scia, & tñ perpetua non sunt nisi modo dicto, qa. s. infallibiliter qñ nata sunt inesse insunt. ergo talis tpis vniuersalitas sufficit ad de omni. Et confirmatur, qa in primo huius Ari expsse dicit, talẽ ꝑpetuitatem conclusioni demõstrabili sat esse. Si dicaẽ q̃ de cõiũctionibus & aspectibus planetarũ, & silibus in actu nõ est scia, sed in aptitudine tñ, & ꝯñr q̃ hmõi non sunt nec ꝑpetua, nec necessaria, sed aptitudines ad ipsa. Cõtra primo qa hoc vr̃ contra intentionẽ explicitam loquentiũ de huiusmodi. nõ n. dicũt q̃ luna est eclipsabilis, nec q̃ mars est saturno cõiungibiles, sed qd' lunæ inest eclipsis, & marti coniũctio, licet non dicãt hoc esse nunc. Scdo quia secundum hoc ita erit scia de coniũctionibus, & aspectibus & retrogradationibus, & stationibus, & hmõi, q̃ inueniũtur in cœlestibus corporibus, sicut est scia de istis, hõ est albus, hõ currit, hõ nauigat, hõ disputat & his similibus. hæc.n. oĩa demonstrabilia sunt in potẽtia. Asserere autem hoc alienum ab humano sensu est. oẽs.n. dicimus de istis nõ haberi sciam & de illis haberi, loquẽtes ꝓculdubio de Infra primo huius. T. com. 43.

vtrisq; in actu, s. vniuersali tn̄, non in particulari. Aduerte
tertio modo esse extra latitudinē ppōnum de omni po-
sterioristico ppōnes naturales, in quibus prædicatū inest
necessario subiecto: vt in pluribus tam suppositis, q̄; tem-
porum differentiis, qn̄ natum est ei inesse, licet in aliquo,
vel aliqn̄ fallat per accidens. Tales siquidem ppōnes sunt
& præmissæ & conclones sæpe in demonstrationibus na
turalibus, cum scibiles sint, & ɔn̄r sunt per se, et necessariæ,
T.com.18. quia (vt infra ostendet) neq; de his q̄ sunt per accidens,
T.com.15. neq; de possibilibus aliter se hr̄e demonstrationes fiunt: p
se autem & necessariū de omni supponunt, sunt igitur &
istæ de omni & habēt vniuersalitatem temporū & suppo
sitorum non simplr̄, neq; qn̄ natum est esse, sed vt in plu-
ribus necessariū. Vnde de omni posterioristicum analo-
gum quoddam est diuidēdum per hos tres modos, s. sim
pliciter, & qn̄ natum est inesse, & vt in pluribus necessa-
rio, qn̄ natum est inesse. Et cōstituit tres supradictos ordi-
nes ppōnum, s. earū, in quibus est vniuersalitas subiecto-
rum & temporum simplr̄, & earū, in quibus est vniuersa
litas vtraq; nō continua, sed regularis: & earū, in quibus
vniuersalitas vtraq; est necessaria quidē, sed cum per acci-
dens defectu. Nec oportet vt sit quælibet cuiusq; istorum
ordinum est de omni, qd' diffinitio assignata de omni ab
Arist. conueniat simplr̄ cuilibet, sed sufficit qd' in primo
tota simplr̄ saluetur, & in aliis secundum q̄dam propor-
tionalem imitationem (aliter vniuoce, nō analogice) ly de
omni diceretur de omnibus supradictis.

Ratio modorum dicendi per se quomodo sit sumenda.

AD euidentiam modorum dicendi p se notandum
est, q᷑ per se potest accipi duplr̄. vno modo posi-
tiue, alio mō negatiue. Si sumatur positiue, vel est
conditio incōplexorum, & sic distinguitur contra hoc q᷑
dico in alio, & cōstituit tertium modum, sm̄ quem sub̄a
& quæcūq; significant hoc aliquid entia p se sunt, album
vero & ambulans, entia in alio. Vel est conditio cōplexo
rum, & sic distinguitur contra per accn̄s, vt idem sonat q᷑
accidentaliter seu cōtingenter, & constituit reliquos tres
modos perseitatis. Primum quidē si sit condō complexi
substantialis. Secundum vero si sit accn̄talis. i. extra rei es-
sentiam. Quartum si sit condō causalitatis in subiecto, re-
spectu prædicati, vt patet in textu. Si aūt sumatur p se ne
gatiue potest accipi etiam duplr̄. s. vt conditio incōplexi,
& sic distinguitur cōtra hoc quod dico cum alio, & nihil
aliud nisi solitudinē denotat, & sic dicimus q᷑ q̄titas p se
neque circularis neq; recta, & aı̄al per se neq; rōnale neq;
irrationale: nihil aliud intēdentes, nisi qd' q̄titati & aı̄ali
solitarie sumptis nihil eorū inest, & hoc modo p se nō con
stituit aliquē perseitatis modum. Si aūt p se negatiue sum
ptum sit cōditio complexi, sic distinguitur cōtra per acci-
dens, vt idem sonat q᷑ per aliud: & sic dicimus, q᷑ ista. ho
mo est albus, est p se. quia homo est albus, non q̄a aliquid
aliud sit album, sed q̄a ipsum informat albedo, ista vero,
album est homo, est p accn̄s: quia albo non inest hō, nisi
quia id qd' substernitur albedini, est homo, & hoc quoq;
modo, p se nullum perseitatis modum constituit.

Quæcunque ponuntur in diffinitione an primum perseitatis modum constituant.

CIrca primum modum dicēdi per se, dubitatur, q̄a
non videtur verum, q᷑ quæcūq; ponuntur in diffi
nitione prædicentur p se de diffinito. Subiectum. n.
ponitur in diffinitione sui proprij accn̄tis, & tn̄ non præ-
T.com.35. dicatur p se de eo, sed per accn̄s (vt infra in hoc primo dr̄
& 36. ca. 18.) nec pōt dici, q᷑ hoc intelligitur de partibus diffini-
tionis in recto, & non in obliquo: expresse nāq; in textu
dantur exēpla de partibus diffinitionis in obliquo, vt pa
tet de linea respectu triāguli, & puncto respectu lineæ, &
Alber. & S. T. hic dicūt q᷑ ad hunc modū pertinent nō so
lum ea, q̄ in recto, sed etiam in obliquo diffiniūt aliquid.
1. Rñsio. Ad hoc dubium dr̄. qd' quælibet pars diffinitionis eo
modo quo ponitur in diffinitione p̄dicatur in primo mō
dicendi p se de diffinitio, ita qd' si diffinitur in recto prędi
catur per se in recto, & si in obliquo, in obliquo. Et quia
accidens duplr̄ diffinitur, s. in concreto & in abstracto, &
qn̄ diffinitur in concreto, subiectum ponitur ibi in recto.
vt patet dicendo, Simum est nasus curuus, et qn̄ diffinitur
in abstracto, subiectum ponitur, vt patet cum dr̄, Simitas
est curuitas nasi. iō subiectum prædicatur in primo mō di
cendi p se in obliquo de proprio accn̄te in abstracto, in re
cto vero de eodem in cōcreto. Ad auctoritatem autem
Arist. dicentis, q᷑ subiectum prædicatur de suo proprio
accidente per accn̄s, dicitur qd' sicut per se sumitur duplr̄.
vno modo vt distinguitur contra p aliud, alio mō vt di-
stinguitur contra accn̄taliter, ita per accn̄s sumitur duplr̄.
vno modo vt idem sonat qd' per aliud, alio mō vt idem
est q᷑ accn̄taliter, & qd' Arist diuersimode vsus est per se T.com.36.
& per accn̄s hic & inferius, hic siquidem acceperit per se
& per accn̄s. i. est accidentaliter, ibi vero per se & p accn̄s.
.i. per aliud. Vnde ista propositio, Simum est nasus. est p
se in primo modo, & non accn̄talis: & est per accn̄s. i. per
aliud, q̄a nasus nō inest simo, sed eius substrato copulato
per ipsum, vt infra dicet, quare nulla est cōtrarietas inter
responsionem, & Arist. dicta. Hęc rn̄sio licet subtilis sit, Reprobatur.
a proprietate tn̄ recedere videtur, quia ppōnes, quæ pro
prie sunt per se, de quibus hic loquimur sunt illæ, quibus
vtitur demonstrator vel in p̄missis vel in conclōne. ppō-
nes autem, in quibus subiectum prædicatur de accidente
proprio non sunt illæ, quibus vtitur demōstrator. igitur
propositiones tales nō sunt p se, eo modo quo hic est ser
mo de per se. Maior huius rōnis est euidens, & infra euidē
tior apparebit, minor aūt est Aris. inferius, loco allegato,
vbi ait, q᷑ prædicatio subiecti de accn̄te non vocatur prę
dicatio, & si vocatur debet vocari cum additione dimi-
nuente prædicatio secundum accidens, quia tali nō vtun-
tur demonstratores. Oportet ergo aliter rn̄dere, præmit 2. Rñsio vera.
tendo, q᷑ sicut res potest duplr̄ considerari, vno mō secun
dum suam naturam absolute, alio mō vt sic vel sic sign̄a-
ta, ita natura diffinibilis potest duplr̄ diffiniri vno mō se-
cundum exigentiam suæ naturæ simplr̄. alio modo secun
dum qd' sign̄atur in concreto. vel in abstracto Differunt
autem plurimum isti duo modi diffiniendi, quia, qn̄ res
primo modo diffinitur, nihil ponit̄ in eius diffinitione in
recto, nisi genus & dr̄ia, licet in obliquo ponatur qn̄q; ali
quid vt additum, q᷑ est extra rei essentiam, vt patet in dif
finitionibus formarū tam substantialium q̄; accn̄talium.
Qn̄ vero res diffinitur vt sic sign̄ata, contingit qd' in eius
diffinitione ponatur in recto id, q᷑ est extra rei essentiam,
q᷑ vt additum ponendum esset, si secūdum naturæ exi-
gentiam diffiniretur, vt patet cū diffinitur accidens in cō-
creto. dicimus. n. q; simum est nasus curuus, ponentes na-
sum in recto vt genus, & tn̄ nasum extra simitatis essentiā
esse constat, & qd' ponendū in obliquo in eius diffinitio-
ne, si natura diffinita solum respiceretur. His prælibatis dr̄ Nota.
ad dubium, q᷑ ista regula Arist. Quæcūq; insunt in rōne
dicente quid est, per se insunt primo mō, intelligenda est
cum duplici glosa. vna supra ly rōne dicente quid est, vt
intelligatur rōne dicente quid est res sm̄ rei exigentiam,
& non secundum q᷑ sic sign̄atur. Altera supra ly p se in-
sunt, vt intelligatur p se insunt diffinito eo mō, quo in ipsa
diffinitione cadunt, ita qd' si intrinsece aut in recto ad dif
finiendum sumuntur, intrinsece etiā & in recto de diffini-
to dn̄r. Si autem vt additum, & oblique, simili quoq; mō
diffinito inerunt. Et p hęc facile patet rn̄sio ad obiecta, Di-
cendum est. n. q᷑ in recto proprie non prædicatur p se de
proprio accidente, sed in obliquo, quia sub̄m est extra es-
sentiam proprij accidentis, & ɔn̄r non ponitur intrinsecæ
& in recto diffinitione, sm̄ suæ naturæ exigētiam data, li
cet ponatur in recto in diffinitione eius data sm̄ exigētiā
eius, vt sign̄atur in concreto, quia tunc ex modo sign̄an-
di diffiniendum est more sub̄arum compositarum, vt in
fine expōnis libelli de ente & essētia diffuse declarauimus.
Vnde proprie de p̄dicatione loquēdo sm̄ doctrinam in Cap. 7.
hoc cap. traditam, subiectū in obliquo p se in primo mo-
do prædicatur de proprio accidēte, & sm̄ doctrinam in-
ferius suscipiendam, subiectū in recto per accidens prædi
catur de suo proprio accidēte. Et merito, quia prædicatio T.com.35.
in recto denotat subiectū inesse passioni, qd' non nisi per
accidens verbū est, p̄dicatio vero in obliquo denotat de-

pendentiam passionis a subiecto quæ est ad suum principium per se &c. Et aduerte, q tam accidentium q̃ formarum subaliū diffinitio secundum eorum exigentiam in abstracto perspicienda est, substantiarum vero cōpositarum in concreto, cuius causam require si vis vbi supra.

In de rate & essentia ca. 7 circa medium.

Ad claritatem huius primi modi dicendi p se aduerte, q in hoc modo tripliciter ꝓpōnes reponuntur. Quędam proprie & principalr, & hæ sunt tam illæ, in quibus diffinitio data de re s̃m exigētiam prædicatur de diffinito, vt animal est substantia aiata sensibilis q̃ illæ, in quibus differentia essentialiter cōuertibilis de eo cuius est prædicatur, vt aīal est sensibile. Quędam autem proprie secūdario, & hæc sunt, in q̃bus reliquæ talis diffinitionis partes de diffinitio prædicātur, siue in recto, vt animal est subst̃a, siue in obliquo, vt linea est ex punctis. Quædā vero improprie, & hę sunt in quibus diffinitio data de re nō secundum rei exigentiam, sed s̃m exigentiam modi sign̄andi prædicat̃ de diffinito, vt simum est nasus curuus, & in quibus talis diffinitionis pars de diffinito prædicat̃. pars aūt non quælibet, sed illa, quæ extra essentiā est diffiniti secundum veritatem, & rōne modi diffiniendi vt intranea sita est. reliqua siquidē pars proprie & secundario per se p̄dicatur. vt patet dicendo, simum est curuū. Nec solum attendas latitudinem dari in primo mō perseitatis ꝓpter istos tres ordines ꝓpōnum, sed in quolibet horum ordinū latitudo est, & semper q̃ prior est, dignior est, vt in hoc mō reponatur. Cā aūt huius latitudinis & distinctionis satis aperta est ex rebus ordinatis, & adeo clara, vt explanādā amplius non iudicē. Illud autem superficietenus pertranscundum nō censeo, q Arist. describens hūc primum perseitatis modum, duo exēpla adduxit, in quorū neutro id q ponitur in diffinitione prędicatur de diffinito in recto, vt suaderet ea etiā quę in obliquo cadunt in rōne, iuxta hūc modum p se inesse, eo tn̄ modo, quo in rōne sunt. i. in obliquo proprie loquēdo (vt dictum est) in primo quoque exēplo id, q in obliquo cadit in diffinitione (terminus est alterius prædicamēti) a diffinito. Linea. n. est in p̄dicamento q̃titatis & triangulus in quarta specie qualitatis in scđo autem exemplo, id qđ in obliquo cadit eiusdem gn̄is est (per reductionē tamen,) vt patet, vt insinuaret qđ siue res sit eiusdē, siue alterius prædicamenti, dūmodo ponatur in diffinitione rei, in primo mō prædicatur de diffinito, suo tn̄ modo. Est quoque in eisdem exēplis aduertere q in neutro dedit exēplum de tota diffinitione aut parte, quæ sit genus vel dr̃ia rei diffinitæ, vt patet in vtroq;. in primo quidem, quia dr̃ia debet esse eiusdem gn̄is cum diffinito, in secundo aūt quia dr̃ia diuidit genus, punctū. n. q̃titatis diuisiua dr̃ia non est. docuit aūt ex hoc, q non sit nobis curæ ad inuēdum ad id qđ in diffinitione ponitur sit genus vel dr̃ia diffiniti, ad hoc q insit p se. qđcūq; n. in rōne qđ est ponitur, siue genus vel dr̃ia sit siue non, sed aliquod eius principiū sit, per se in primo modo inest.

An quæ suscipiunt in sua ratione subiecta, de quibus prædicantur, prædicentur, secundo mō per se.

Circa secundum modū dicendi per se dubitatur, q̃a in propositionibus, in quibus ꝓꝑs prędicatur de genere, subiectum ponitur in diffinitione p̄dicati, & tn̄ non est prædicatio p se. ista. n. animal est homo, est per accn̄s, cum nō sit de omni. Et similiter in ꝓpōnibus in quibus dr̃ia prædicatur de genere subiectū ponitur in rōne prædicati, vt additum, quia est eius ꝓpria materia, & tn̄ nec ibi est prædicatio per se. q̃a non est de omni ista n. animal est rationale, est per accidens, vt de se patet.

1. R̃ſio Egidij.

Ad hæc facile r̄ndent ad pauca respiciētes, & dn̄r, q quia in prædicatis p se præsupponitur p̄dicationem esse directam, & istę p̄dicationes non sunt directæ, iō non sunt ad propositum. cū n. dixit Arist. q per se secundo mō sunt, quæcūq; insunt aliis &c. intelligitur salua p̄dicatione directa.

Repellitur statim hic infra.

Hæc r̄sio & si quo ad primam obiectionē repellenda non videatur, in se tn̄ non plene vera vr̃: quia vt patebit propositio, in qua diffinitio accn̄tis in concreto prædicatur de eo est p se in primo modo, licet improprie, & tn̄ ibi interuenit prædicatio indirecta: nō ergo prædicatio indirecta perseitatem oīno destruit. Sed dato qđ sic esset, obiectioni secūdæ non satisfit: quia prædicatio dr̃iæ de genere non est minus directa q̃ prædicatio simi de naso, & crispitudinis de capillo, & paris de numero, & similes. Sicut. n. in istis subm̃ cadit in ratione prædicati & cōius est prædicato, & p̄dicatum cōparatur ad subm̃ vt forma ad materiā, ita in illis fit, in quibus dr̃ia prædicatur de genere. genus. n. vt dictū est, quia proprie est dr̃iæ materia in eius ratione, vt additum cadit, & cōius est ipsa, & differentia se habet ad ipsum vt forma ad materiam. nō est ergo indirecta prędicatio dr̃ię de genere, aut oēs istæ sunt indirectæ, q est voluntarium.

2. R̃ſio.

Oportet igitur aliter r̄ndere & dicere cū Arist. in hoc cap. q prædicatum recipiens in sua rōne subiectum est in duplici differentia quoddam est qđ simplr̃ illi inest necessario, vt risibile homini & hr̃e tres triangulo, quoddā vero, q non simplr̃, sed sub disiunctione necessario inest subiecto, vt par vel impar respectu numeri. Et secundum hoc dicit̃ q hmōi adductæ propositiones, eo modo quo sunt necessariæ sunt p se: & quia non sunt necessariæ nisi p̄dicato sub disiūctione sui oppositi sumpto, ideo nō sunt p se nisi illo modo. vnde ista, aīal est rōnale, non est per se, sed ista, animal est rōnale vel irrōnale: sicut ista, numerus est par, non est p se, sed ista, numerus est par vel impar. vn̄ Auer. hic ait, q q̃a genus diuiditur per opposita diuisione essentiali, non euadit ab vno eorū & proportio eius ad vtrūq; membrum sub disiūctione est sicut proportio hoīs ad risibile. *Cap. 10*

Arist. quoq; in textu ait, q in secundo mō p se insunt triangulo. Isopleuros, & scalenon, & altera parte longius. intelligens p hæc dr̃ias trianguli diuisiuas, potius q̃ species. Qn̄ ergo dicit̃ in textu, q p se secundo mō insunt quæcūq; &c. intelligitur sic, quæcūq; insunt aliis q̃ in eorum ratione sunt, p se insunt, simpliciter vel sub disiūctione sui proprij oppositi. Et per hoc patet r̄sio ad alias instantias similes. s. nasus est simus, capillus est crispus &c. hęc enim omnes sub disiūctione sunt per se secundo mō, quia subiectum ponitur in rōne prædicati. Considerandū est rursus, q quia ad ꝓpōnem per se in secundo mō sufficit in subiecto includi id qđ ponitur in diffinitione prædicati, & non oportet semper ipsum subm̃ poni in diffinitione prædicati, vt patet, qm̄ passio superioris de inferiori prædicatur, iō cum in textu diffinitur secundus modus dicēdi per se, & dicitur qđ ipsa subiecta insunt in diffinitione prædicati: glosentur ipsa s̃m se vel aliquid sibi intrinsecum.

Propositiones secūdi modi dicendi per se.

Ad maiorem claritatem huius secūdi modi dicendi p se aduerte, qđ etiam in hoc tripliciter ꝓpōnes reponuntur. nam quædam proprie & principalr̃: & hæ sunt tā illæ, in quibus ꝓprium de suo primo subto vel eius diffinitione enunciatur, vt homo est risibilis, & aīal rōnale mortale est risibile: q̃ illę, in quibus diffinitio proprij de primo subto vel diffinitione sui primi subiecti dr̃, vt homo est naturaliter potens ridere &c. & aīal rōnale mortale est naturaliter potens ridere &c. vel aliquid hmōi. & hoc tam in propriis simplr̃, q̃ in disiunctis, siue disiuncta sint dr̃iæ diuisiuæ, vt animal rationale vel irrōnale, siue sint propria, q̃ vocantur passiones disiūctæ, vt numerus est par vel impar. Quædam aūt proprie & secundario, & hæ sunt illæ, in quibus passio superioris p̄dicatur de inferiori, vt Isosceles habet tres angulos: & illæ, in q̃bus passio inferioris prædicatur de superiori particulariter sumpto: vt quædā figura habet tres: & illæ, in q̃bus passio alicuius subiecti p̄dicatur de per se subto illius subiecti. vt mistum est visibile, si color misto per se inest: & illæ, in q̃bus passiones mathematicales prędicātur de sensibilibus, de quibus sunt demonstrabiles vel per mediū naturale a priori, vt terra est rotunda: vel p medium mathematicū, vt radij reflexi habent tres angulos æquales &c. Quædā vero improprie & sunt tam illæ, in quibus diffinitū prædicatur de diffinitione data non secūdum exigentia rei, sed modi sign̄andi, vt nasus curuus est simus: q̃ illæ, in quibus diffinitum prędicatur de sua diffinitione data s̃m rei exigētiam, vt curuitas nasi est simitas, & animal rōnale mortale est homo. In his siquidem quia subiectum est ipsa rō prædicati, & prædicatum non denominatur subiectū, ideo in secundo modo improprie reponi oportere duximus. Sunt etiam hic locandæ & illæ in quibus directe inferiora sub disiunctione de superioribus prædicantur, vt q̃titas discreta est numerus vel oratio. Est quoq; & hic attendenda latitudo secundi modi dicendi per se, non solū secundum istos tres propositionū ordines, sed in quolibet ordine illa digniorem

rem locum videtur tenere, quæ prius numerata est. Causas autem horum satis ex rerum ordinatarum conditionibus elucescere credimus.

An q̄ neutraliter insunt accidētia sint.

Circa propositionem illam correlariam, ꝙ post duos primos perseitatis modos addidit s. (Quæcūq; vero neutraliter insunt accidentia sunt) dubitatur. Si.n. hoc verum est sequitur qd' illa quæ insunt ꝑ se, iuxta quartum modū per se accidētaliter insunt, ꝙ est manifeste falsum, quia ꝓpositiones quarti modi ingrediūtur demōstrationem, vt in textu dicitur. Ad hoc est dicendum qd' cum quartus modus vt distinctus formal'r ab alijs vtatur ꝑ se vt conditione causalitatis, & effectus, & vt sic nō habeat vt prædicetur de causa: quęlibet ꝓpō quarti modi inquantum includit perseitatem prædicationis, ingreditur primum vel secundum modum: inquantum includit perse it item cāsalitatis ingreditur quartum modū: & propterea oīs propositio per se rōne prędicationis, oportet qd' sit in primo vel in secundo modo. Vñ ista (decolatus interiit) ratione causalitatis est in quarto mō, ratione vero prædicationis est in secundo: q̄a interitus est vt passio decoliationis licet non adęquata sibi, sed subiecto superiori cōi decollationi, suspensioni, & cæteris hmōi. Subtiliter ergo ac optime dixit Aristo. quæcūq; nec in primo, nec in secundo mō insunt, accidentaliter insunt, quia oīs inhæsio expers vtriusque perseitatis, est etiā expers quarti modi respectu illius subiecti. Vnde notanter dixit neutral'r insunt, insinuans ꝑ ly insunt, ꝙ de perseitate p̄dicationis loqueretur: inesse siquidem prædicationem infundat. Signū quoq; huius nō paruum est, ꝙ Arist. cōtra quodlibet per se ponēs suum accidens, contra ꝑ se quarti modi non opposuit accidentalem prædicationem, sed cāsalitatem, dicens, ꝙ vero non ꝓpter ipsum accēs est, vt si ambulante coruscauit. Q. aūt omnis propositio extra primū & secundum modum sit pure per accñs. declaratur sic, termini ꝓpositionis possunt dupliciter sumi. s. quidditatiue, vel secūdum esse qd' habēt in hoc & in illo realiter vel secundum rōnem. manifestum est autem qd' perseitas ꝓpōnis confectæ ex eis non sequitur habitudinem eorum ſm esse qd' habēt hic vel ibi, q̄a tale esse particulare, contingēs et corruptibile est, cū omni eo qd' sequitur ad ipsum propositio aut ꝑ se esse necessaria & perpetuæ veritatis. vnde fit, vt ꝓpō per se non fiat ex terminis, nisi secūdm habitudinem q̄ quidditatiue sumpti inter se habent. Talis aūt habitudo in ꝓpositio nihil aliud est, q̄ ꝙ ex diffinitione sua coniunctio eorū necessaria sit: & quia ꝓpō ex duobus resultat terminis subiecto. s. et p̄dicato, oportet qd' quadrupliciter se habere possint propositionis extrema ad perseitatem. Aut.n. subm quidditatiue determinat sibi prædicatū: aut econuerso prædicatum quidditatiue determinat sibi subm: aut vtrūque reliquum, aut neutrum alterū. Si primo modo sit propō per se in primo mō perseitatis, in quo p̄dicatum est ipsa quidditas subiecti, vel de subto quidditate. Si secundo modo sit propositio per se in secundo perseitatis modo, in quo prędicatum determinat sibi ex sua diffinitione tale subm. Si tertio modo hoc est imposse, nisi in correlatiuis, q̄a daretur circulus diffinitionū. Correlatiuorum aūt diffinitio alterius nō facit alterius prædicatum extra primum modum, quia vnum correlatiuorū non diffinitur ad reliquū nisi in obliquo. Si aūt quarto modo, tunc propositio est pure per accidens: vnde nāq; perseitas coniunctionis terminorum erit, si neutrum ex sua diffinitione alterū sibi necessario vēdicat. Iam.n. dictum est, ꝙ sola secundum diffinitionem habitudo perseitatem prædicationis constituit. Quæcunque igitur neutraliter insunt, accidentia sunt.

Tertius modus dicendi per se solitudinem importat.

Circa tertium modum perseitatis aduerte ex supradictis, ꝙ cū in textu dicitur (q. per se sunt quę non de subiecto dñr alio quodam) sufficit qd' intelligatur de subiecto inhęsionis, quo substātia caret, & hoc insinuasse vr̄ Arist. per illa verba, alio quodā. subiectum.n. inhæsionis est vere aliud ab eo qd' de eodē, & ſm hoc tam prima q̄ secunda subīa per se est iuxta hunc tertium modum, vt etiam textus manifeste proponit. Vnde cum S. Th. declarando tertium modū dicit qd' per se vt sigñat aliquid solitarium, constituit tertium modum perseitatis, non intelligitur de qualibet solitudine. sed a tantum, q̄ diuiditur contra in alio. hæc.n solitudo est q̄ tertium constituit modum: nec ista solitudo ſm rem intelligenda est negatiue, quia modus importatus (in ly per se) vt cōstituit substantiam, positiuus est, licet negatiue significetur.

Quartus modus dicēdi per se.

Circa quartum modū perseitatis diligenter aduerte subtilissimam S. Th. expōnem, ſm q̄ iste quartus modus distinguitur a secundo formal'r (vt dictum est) q̄a perseitas secundi est perseitas p̄dicationis, quarti vero causalitatis. Et quia contingit qñq; ꝙ idem sit per se causa alicuius, & per se subiectum eiusdē, vt patet de subiecto respectu ꝓpriæ passionis, ideo qñq; secundus modus & quartus concidunt in vnam ꝓpōnem ſm diuersas eius cōditiones. Apparet aūt hoc manifestius q̄ supra in hac ꝓpositione, animal rōnale mortale est risibile, in qua subiectū & ponitur in rōne prædicati, & causa illius propria est. Vnde non intelligunt S. Th qui eius expōnem impugnat, & ex rudi ingenio ꝓuenit impugnare hoc, q̄a quartus modus requirit causam, q̄ ita sit causa qd' non subiectum, & qd' dici debet, interfectus interiit ſm interemptioni. hoc.n. falsum est, vt Albertus magnus in hoc loco dicit, & ex Aristo. verbis habetur. ait.n. itē alio modo ꝙ propter ipsum inest vnicuiq; per se. In quibus verbis sufficiēter quartum modum per se differētibus, reduplicationis, aut causæ de qua non prędicetur effectus, nullo mō meminit quin potius p̄dicationem effectus de causa in hoc mō concurrere affirmat per ly qd' inest: inesse.n. prædicationem fundat.

Edidimus hec.

Qui modi ꝑ se demonstrationē ingrediātur.

Circa secundam conclōnem sciendum est, ꝙ aliud est loqui de his modis perseitatis in ordine ad totam demonstrationem simpl'r, & aliud in ordine ad eius conclōnem tantum. Sil'r aliud est loqui de illis in ordine ad demōstrationem concludentē talem conclōnem, & aliud in ordine ad demonstrationem simpliciter in cōi. Si.n. loquamur de tota demōstratione simpliciter & in cōi, sic omnes modi ingredi possunt demōstrationē: maior.n. & minor et conclusio fieri possunt & in primo & in scđo & quarto mō, vt patet discurrendo ꝑ demonstrationes. qñ demonstratur vna diffinitio ꝑ aliā, vel passio prima per diffinitionē subiecti, vel secunda passio per primā &c. Tertius autem modus rōne subiecti etiam a demonstratione vl'r non excluditur. Si aūt loquamur de demonstratione simpl'r concludentem talem conclōnem, s. vere & simpl'r ſm naturam suam scibilem, & quo ad eius conclōnem tantum, sic dicitur qd' secundus & quartus modus tm̄ demonstrationem ingrediuntur. Taceo de tertio, quia incōplexus est. Et hoc modo intelligendus est S. Th. in hoc loco qui simpliciter scibilia conclōnes, ſm naturam suam simpl'r scibiles interpretatus est. Themistius aūt Auerrois & Albertus primo modo intelligendi sunt, cū dicunt primum modum in simpliciter scibilibus admitti.

Capite. 14. Com. 10

Passio sub disiūctione quō conueniat subiecto.

Circa tertiam conclōnem sciendum est, qd' passio sub disiunctione necessaria, cuius textus meminit, non est vt quidam putant passio vna simplex circūlocuta ꝑ tale disiunctum, sed sunt (forte) duæ passiones inad. quatæ singillatim tali subiecto superiori, adæquatæ aūt eius inferioribus. & iō cum disiunctione necessario insunt superiori, & illud in earum diffinitione indiuisum recipiūt, sicut & duę differentiæ ex opposito enumerantes generis potestatem generi necessario insunt sub disiūctione, & in vtriusq; ratione genus vt additum cadit. Sed q̄a metaphysici negotij hoc est sufficiat dixisse, q̄a sic est, ibi autem (si studiosam vitam) concesserit nobis deus propter quid dicetur.

An omnis propositio ꝑ se conuertatur in propositionē per se.

Dubitatur an ꝓpō per se conuertatur in propositionē per se. Pro parte siquidē affirmatiua est, quia omnis propositio, in qua subiectum ponitur in rōne prædican, est ꝑ se secundo modo, & in qua p̄dicatum ponitur in diffinitione subiecti est per se primo mō, constat autem ꝙ propositio per se in secundo mō conuertitur in eam, in qua p̄dicatum ponitur in rōne subiecti ergo conuertitur in ꝓpositionem per se primo mō: vt ista, numerus est par vel impar conuertitur in istā, par vel impar est numerus. Pro parte vero negatiua est, quia in subto cuiuscūq; propositionis per se clauditur intrinsece rō formalis inhærentiæ prædicati; sed hoc non pōt saluari in conuertēte propositionis

tionem per se, quia impossibile est qđ subiectum & prædicatum alicuius ꝓpōnis ita se habeant qđ vnum dependeat ab altero & ecōuerso in eodē genere causę. ergo &c.

Scotistę. In hac dubitatione quidā scotistæ tenent simpl'r partem negatiuam & mouentur ex rōne secundo loco adducta, & ex eo qđ credunt sub̄m prędicari non posse de passione in primo modo, q̄a ponitur in diffinitione eius vt additum: ꝙ nihil aliud est q̄ esse extraneum a rōne formali illius. Confirmātq; opinionem suam ex dictis Auer in secundo de aīa. com. 66 & 67. vbi dr̄ ꝙ color est visibilis p se, quia subiectum est causa p̄dicati. Sed hæc opinio peripateticis non consonat. Tum quia iam ostensum est oēm propositionem necessariam esse p se, ac per hoc cum ista sit necessaria, rōnale est homo, erit per se. Tum q̄a illæ ꝓpositiones sunt per se, quibus cōueniunt modi perseitatū ſm diffinitiones datas ab Arist. Constat aūt ꝙ istis (rationale est hō) & his similibus cōuenit diffinitio secundi modi per se, & istis, par vel impar est numerus, cōuenit diffinitio primi modi, quia in illis subiectū ponitur in ratione subiecti. ergo &c. Nec est audiēdum dictum eorū. s. ꝙ id quod ponitur vt additū non prędicatur in primo modo, quia est extra rōnalem formalem diffiniti. Cōtrariatur. n. primo Arist. qui in hoc loco notāter exēpla dedit de his quę cadunt in diffinitione vt addita. Cōtrariatur secundo veritati, quia cum rō formalis rei & diffinitio sint idem in habentibus diffinitionem, & apud Arist. 7. meta. per longum processum passiones & accidētia aut non habēt diffinitionem aut habent p additum. Nulla est diffinitio q̄ dditatiua accidētis in qua non claudatur intrinsece sub̄m.

Com. 66. & 67. Reprobatur. Responsio Scoti. Replica. 7 com 41. 7 c. 15. 16 & 17. Rō contra.

cui nõ oportet inesse. Si aũt p̃ ly E intelligimus ipsam minorem extremitatẽ. Tũc ly extra E nõ tenebit, vt terminus ad quẽ, vt prima expõ accepit, sed construetur in habitudine termini a quo & erit sensus q̃ nunq̃ medius terminus cadet ab extra E, quia semp medius terminus, qui assumetur manebit extra E.i. minorẽ extremitatẽ, eo qd' semper oportet mediũ assumere. q̃ sit de gñe maioris extremitatis (vt ex superius dictis patet) q̃a semp maior ꝓpositio in scđo & quarto mõ secundæ fig. est affirmatiua.

T. cõ. 16 & subiicit primũ medio & ꝯñr si in infinitũ assumaf infra illos modos, oportet medio esse extra minorẽ extremitatem, & intra maiorem, vt superius declarauimus.

Vbi supra. Est aũt sensus iste primo melior quo ad hoc, q̃ æquocationem aliq̃ nõ incurrit. primus aũt melior isto, quo ad hoc. q̃ ly cadet extra. magis scđm consuetum intellectũ accipit. Et si obiiciatur contra istã secundam expõnem, q̃ scđm eã Arist. non tradidit vlẽ regulam accipiendi mediũ ad condensandum in secunda fig. sed tãtum stando infra limites quarti & secundi modi, & scđm primam expõnem regula est vlis.

Cap. 17. de hoc vltimo circa textum cõ. 34. Rñdetur qd' eadẽ rõne motus Arist. hic secũdi & quarti modi secũdæ fig. meminit, & nõ aliorũ, qua supeetus eorũdem tñ meminit cũ de infinitatione demonstrationum ageref. & sicut ibi rõnabiliter hoc fecit, vt ibidem declarauimus, ita & hic vtriusq̃ generis expõnis sensum sequere, & textui q̃ vis attribue.

Propositio immediata et secundũ quid sit. Circa sextam conclonem aduerte, q̃ in hoc loco expresse habef, a S. T. q̃ ꝓpõ imediata seu p̃ se nota sm se, & si sit illa, in qua p̃dicatum est de rõne subiecti (vt superius dixit) non tñ est sola illa, qm̃ qñ passio de suo primo subiecto enunciaf, imediata, & p̃ se nota ꝓpõ fit, vt hic dr̃.

1. q. 2. arti. 1 & primo contra Gẽ. cap. 11. Et ꝯñr hinc habef, q̃, cũ S. Th. in scđo cap. (& alibi dicit) q̃ propositio p̃ se nota est, in qua prædicatũ ponitur in ratione subiecti, nõ diffinit propositionem per se notam, licet principalem eius materiem declaret.

Quòd demõstratio uniuersalis sit præstantior. Cap. 20.

Tex. 160. CVm aũt sit demõstratio alia quidẽ particularis, alia uero ulis, et hæc quidẽ categorica, illa uero priuatiua, dubitatur qualis potior sit: silr aũt & ea quæ demonstrare dicitur, & deducenti ad

Tex. 161. impoßibile demõstratione. Primũ quidẽ igitur intendemus de ulĩ & de particulari, ostendentes aũt hoc, & de ea q̃ demonstrare dicitur, & quæ est ad impoĺe, dicemus. Videbitur quidẽ igitur fortaßis utiq; quibusdã sic intendẽtibus, particularis esse dignior: Si. n. secundũ q̃ maxime scimus demõstrationẽ potior est demõstratio. (hæc. n. uietus demõstrationis est) magis aũt scimus unũ, cũ ipsum cognoscimus scđm ipsum, q̃ secundum aliud, ut musicũ corriscũ qñ corriscus musicus est q̃ qd' hõ musicus sit. silr aũt & in aliis: sed ulis quoniã aliud, nõ quoniam ipsum cõtingit demõstrat, ut quoniã æquitibiarũ est, non quia æquitibiarũ, sed quoniã triangulus: sed particularis, quoniam ipsum est. Si igitur potior quidẽ est q̃ est scđm ipsum, hmõi aũt est particularis, ulĩ magis & potior utiq; scđm partẽ demõ-

Tex. 162. stratio erit. Amplius, si ulẽ quidẽ nõ est aliqd præter singularia, demõstratio aũt opinionẽ facit esse aliqd hoc, scđm qd' demõstrat, & q̃dã naturã esse hãc in his quæ sunt: ut triãguli præter quosdã, & figuræ præter aliquas, & numeri præter numeros: potior aũt est quæ est de esse, q̃ de nõ esse, & propter q̃ nõ erra-

Tex. 163. Sic rectius legeref omnibus cod. Procedentes enim monstrant quemadmodum de proportione, vt quòd neque sit aliquid tale, quod proportionatũ qd' neq; linea neq; numerus, neq; solidum no- bitur q̃ propter q̃ errabitur: est aũt ulis hmõi. (Procedẽtes. n. demõstrat qd' est analogũ, q̃ neq; linea, neq; numerus, neq; solidum, neq; planũ est sed præter hoc aliqd.) Si igitur ulis quidem magis hæc est, de eo aũt qd' est minus q̃ particularis, et facit opinionem falsam, indignior utiq; erit ulis particulari. Et primũ quidẽ nihil magis in ulĩ q̃ in particulari rõ est: Si. n. q̃ duobus rectis inest, nõ est scđm q̃ est isocheles, sed scđm q̃ triãgulus est cognoscens, quoniã ipsum minus cognouit inquãtũ ipsum est, q̃ cognoscens quoniã triãgulus est. & oĩno si nõ sit quidẽ scđm qd' est triangulus. postea demõstrat, non utiq; erit demõstratio. si uero sit cognoscens unũquodq; scđm qd' unũquodq; est, magis cogno-

uit. Si igitur triãgulus in plus est, & eadẽ rõ, & non scđm æquiuocationem triãgulus est, & inest omni triãgulo qd' est duobus rectis habens æquales, nõ utiq; & triangulus inquãtum æquitibiarum, sed æquitibiarũ scđm qd' est triangulus, habet hmõi angulos. quare ulẽ sciens magis cognouit scđm qd' est, q̃ scđm

Tex. 164. partem. potior itaq; est ulis q̃ particularis. Amplius siquidem sit quædã rõ una, & non æquiuocatio, ulẽ erit utiq; nihil minus quibusdam scđm partẽ: sed magis est, quãto incorruptibilia in illis sunt. quæ uero scđm partem sunt, corruptibilia sunt magis. Amplius neq; una neceßitas est opinari aliquid esse hoc præter hæc quoniam unũ ostendit. nihil magis q̃ in aliis quæcũq; nõ aliquid sigñant, sed aut quale, aut ad aliqd, aut facere. sic ergo nõ

Tex. 165. demonstratio est cã, sed male audiens. Amplius si demõstratio est syll's demonstratiuus causæ & propter qd, ulẽ aũt magis est causa: cui. n. per se inest aliqd, hoc idem ipsum cã est, ulẽ aũt primo est cui inest per se, cã ergo ulẽ est. quare & demonstratio di-

Tex. 166. gnior est. magis. n. cã est, & qd' propter hoc quid est. Amplius usq; ad hoc quærimus propter qd, & tũc opinamur scire, cum non sit aliqd aliud q̃ hoc, aut qd' fiat, aut qd' sit: finis. n. & terminus ultimus iã sic est. ut cuius cã uenit. Vt accipiat argentũ: hoc aũt est, quatenus reddat cui debuit. hoc aũt est ut non iniuste agat, & sic procedẽtes, cũ non amplius propter aliud, neq; alterius cã, propter hoc sicut propter finẽ dicimus uenire & esse & fieri, & tũc cognoscere magis propter qd uenit. Si igitur se habet silr in aliis causis & quæ sunt propter qd in his aũt quæcũque causæ sic sunt, sicut quæ est cuius cã, sic scimus maxime & in aliis: igitur tũc maxime scimus qñ non amplius sit hoc quoniam aliud est. Cũ igitur cognoscatur quidẽ qd' quatuor q̃ sunt extra æquales sunt, quoniã isocheles, adhuc deest propter quid, quia triangulus & hoc quia est figura recti linea. si aũt hoc non amplius propter qd aliud, tũc maxime scimus, & ulẽ aũt tunc,

Tex. 167. ulis itaq; potior est. Amplius q̃tocũq; aliquid scđm partes est, in infinita cadit, ulis aũt in simplex & finem: scđm aũt qd' sunt infinita nõ scibilia sunt, sed scđm qd' sunt finita scibilia sunt: secundum itaq; qd' ulia sunt, magis scibilia sunt, q̃ quæ sunt secundum partẽ. Demonstrabilia ergo magis sunt ulia. De demõstrabilibus aũt magis est demonstratio, silr. n. magis, ad aliquid sunt, dignior ergo ulis est q̃ quidem particularis et magis est de-

Tex. 168. mõstratio. Amplius si magis propouẽda. scđm q̃ hoc et aliud, q̃ secundum q̃ hoc solum cognoscit. Vlẽ aũt habens cognoscit & particulare, hoc aũt ulẽ non scinit, & sic magis peoponẽda erit

Tex. 169. uniuersalis. Amplius aũt & sic: ulẽ. n. magis demonstrare est, q̃ est per mediũ demonstrare, cum propinquius sit primo principio, proxime aũt immediatum est, hoc aũt est principium. si igitur quæ ex principio est, ea quæ nõ est ex principio q̃ magis etiã ex principio, ea quæ minus, est certior demõstratio. Est aũt huiusmodi ulis magis. Dignior itaq; ulis magis erit. ut si oportet demonstrare A de D, per media in quibus est B C: magis autem

Tex. 170. sursum sit B: quare, si per B ulẽ magis est. Sed eorũ, quæ dicta sunt, quædã logica sunt: maxime aũt manifestum est, q̃ ulis magis propria sit, quoniã propõnem hanc quidem hñtes priorem scimus quodãmodo & posteriorem potẽtia, ut si quis cognouit, quia oĩs triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, scinit quodãmõ & qd' isocheles, q̃ duobus rectis potentia sit. Et si non cognouit qd' triangulus sit, hanc aũt habens propõnem, uniuersalem, nullo mõ cognouit potentia, neq; actu. Et ulis quidem intelligibilis est, sed particularis in sensu perficitur. Qd' igitur ulis dignior sit particulari tot modis dicta sunt.

Summa huius capituli hæc est.

Diuisio positiua. QVoniam demr̃ationum, alia vlis, alia partic. alia categorica, alia priuatiua: alia ostẽsiua, alia ducens ad impoĺe. Dubitatur fm q̃libet combinationum, quæ sit potior, & primo de prima.

Conclusio falsa prima pars. Demſtratio particularis eſt potior vli. probatur dupl'r primo ſic. Demſtratio, ſm q̄ maxime ſcimus, eſt potior. ꝓbatur, qm̄ hæc eſt virtus demſtrationis: ſed ſm particulare magis ſcimus: ergo. ꝓbať minor, qa magis ſcim⁹, cũ aliqd cognoſcimus ſm ipſum q̄ ſm aliud. Declaratur exẽplo. Magis ſcis ſcimus coriſcum eſſe muſicũ ſciẽtes ipſum eſſe muſicũ, q̄ ſciẽtes hoĩem eſſe muſicũ, ſed ſm particularẽ ſcimus ſcd̄m ipſum, et ſm vlem ſcimus ſm aliud. Declaratur exẽplo. ſm.n vlem ſcimus qď æquilaterus habet tres, non ſcd̄m qď æquilaterus, ſed inquantũ triangulus. ſm vero particularem, qm̄ ipſe æquilaterus eſt habens tres. Secundo ſic.

Secunda. Tertia. Demſtratio potior eſt q̄ de eſſe, q̄ q̄ de non eſſe, & propter q̄ nõ errabiť, q̄ propter q̄ errabiť: ſed vlis eſt de eo qď eſt minus, & facit opinionẽ falſam: ergo &c. ꝓbatur minor quo ad primã partẽ, quia vle non eſt aliquid præter ſingularia. quo ad ſecundam vero, qa demonſtratio vlis facit opinari eſſe aliqd hoc, & q̄dã naturam hanc in rerum nã, ꝑter particularia, qm̄ demonſtrat de eo qď eſt analogũ. ꝙ neq; hoc neq; illud eſt.

Reſpõſio ad primam. Primum quidem nihil magis in vli q̄ ĩ particulari rõ eſt. Probatur, qm̄ ſiue paſsio ſit propria triãgulo. et de inferiori monſtretur. ſiue nõ ſit propria triangulo & de eo monſtretur, nõ ſit cognitio ſm qď ipſum, neq; demonſtratio vera, ſed magis ſemꝑ cognouit, cognoſcẽs vnũquodq; ſm qď vnũquodq; eſt. Si igitur triangulus in plus eſt, & vnã rõnem habet, & omni triãgulo ineſt hr̃e tres &c. non inquãtum æquilaterus, ſed inquãtum triangulus habet tres. ac per hoc ſciens vlr, magis cognouit ſecundum qď ipſum q̄ ſciens particulariter. potior itaque vniuerſalis eſt particulari.

Ad ſecundam. Amplius ſi ſit quædam rõ vna, & non æquiuocatio vle erit nihil minus quibuſdã ſecundum partẽ, ſed magis. Probatur, qm̄ vlia incorruptibilia in illis ſunt, particularia corruptibilia magis.

Ad tertiũ. Neq; vna neceſsitas eſt opinari, eſſe hoc præter hæc, qm̄ vnum oſtendunt. Probatur, qm̄ nihil magis cogit in ſubſtantiis q̄ in aliis, quæ non aliquid ſignificant. ſed quale aut ad aliquid, vnde demonſtratio non eſt deceptionis cauſa, ſed male audiens.

Concluſio vera. Demonſtratio vlis potior eſt particulari. Probatur ſeptẽ mediis a priori. primo, demſtratio dicens magis cãm ꝓpter qd eſt potior: demſtratio dicens magis cãm & propter qd q̄ particularis, ergo. ꝓbatio maioris, quia demonſtratio eſt ſylls demſtratiuus cauſæ & pp quid. ꝓbatio minoris, qm̄ vle eſt magis cã. probatur qm̄ cui ꝑ ſe paſsio ineſt, cauſa eſt: vle aũt eſt primum, cui paſsio per ſe ineſt; ergo vniuerſale magis cauſa eſt.

Scd̄o, tũc maxime ſcimus, cũ non eſt pp qd aliud: vle aũt eſt tunc; ergo vlis eſt potior. ꝓbatio maioris, qm̄ vſq; ad hoc quærimus pp qd. & tũc opinamur ſcire cũ nõ ſit aliqď aliud pp qd, aut qď fiat, aut qď ſit q̄ hic. Declaratur exẽplariter in cauſis finalibus, quibus quo ad hoc ſiles ſunt cauſæ reliquorũ generũ. Minor declarať exẽplariter in æqualitate angulorũ qui ſunt extra.

Tertio, magis demſtrabiliũ magis eſt demſtratio: vlia ſunt magis demſtrabilia particularibus: ergo demſtratio vlis eſt magis & dignior. Probatio maioris, quia q̄ ſunt ad aliquid, ſilr magis ſunt. Probatio minoris, qa ſunt magis ſcibilia. probatur, qm̄ vlia vt ſic finitant. particularia aũt infinitant. probať, qm̄ vle tendit in ſimplex & finem. ſm particularia vero in infinita proceditur.

Quarto, demſtratio ſm q̄ hoc & aliud cognoſcimus ꝑponenda eſt ei ſm q̄ hoc ſolũ nouimus: ſed cognoſcens vle cognouit etiã particulare, et nõ ecõuerſo. ergo &c.

Quinto, demõſtratio ex medio propinquiori immediato principio eſt certior ea quę eſt per medium diſtans: ſed demonſtratio vniuerſalis magis eſt hmõi: ergo ꝓbatio maioris Demonſtratio ex principio prior eſt ea quæ non ex principio. & quæ magis ex principio ea quæ minus. Declaratio minoris in terminis A primo, D tertio, B C mediis ſubordinatis, ita qď B vniuerſalius ſit. Scire per B erit magis.

Sexto qm̄ hñs ꝓpõnem vlem, ſcit quodãmodo poſteriorem, & habet potentiã: hñs aũt particularem, vlem nullo modo cognouit, neq; potentia neq; actu.

Septimo, quoniam vniuerſalis intelligibilis eſt, particularis autem in ſenſu perficitur.

Series autem hec eſt.

INtendens de cõparatione demſtrationum tractatum facere, inchoãs in hoc cap. in illo quatuor facit. primo ponit triplicem demſtrationum cõbinationẽ, mouens tres q̄ones. ſecundo primam q̄onem proſequens tribus mediis, quorum duo in ſecunda rõne includũtur, ad partem falſam arguit. tertio ſoluit dictas rationes. quarto partem veram ſeptem rationibus confirmat.

Quod demonſtratio vniuerſalis, vel particularis. Circa terminos huius primæ q̄onis aduerte qď aliqd dr̃ vle vel particulare dupl'r. Vno mõ vniuerſale quidẽ, quia eſt vnũ in multis & de multis, particulare vero quia eſt vnum numero. & ſic de vli & particulari Porphyrius tractauit, & non eſt ad propoſitum noſtrũ: qm̄ demonſtratio non dr̃ vlis vel particularis, eo qď ſit de ſubto, ꝙ eſt cõe multis, vel de ſubiecto vno ſecundum numerum. Demonſtratio. n. concludens Iſocheles hr̃e tres; particularis eſt, & tñ Iſocheles de multis prædicatur. Alio mõ aliquid dicitur vniuerſale quia eſt adequatum illius prædicatum &c. vt ſuperius in c 5. vt vniuerſali locutus fuit Ariſto. & hoc modo accipimus hic vniuerſale: ex tali ſiquidem vniuerſali dr̃ demonſtratio vlis illa, quæ demõſtrat paſsionem de eius adæquato ſubto, vt habere tres de triangulo: & ꝑ oppoſitum illa dicitur particularis demonſtratio, quæ demonſtrat paſsionem de eius inadæquato ſubiecto, vt habere tres &c. de Iſochele. *T. c. 11.*

Dignitas demonſtrationis tam vniuerſalis q̄ particularis in quo conſiſtat. Circa rõnem ad primam rõnem aduerte primo ꝙ illa prima rõ ex malo intellectu tituli q̄onis procedebat. concluſit ſiquidem vere qď demſtratio particularis eſt potior vli reſpectu ſubiecti particularis, & tñ concludere debebat, ꝙ demſtratio particularis eſſet ſimpl'r potior vli: non enim quæriť hic, an reſpectu ſubiecti particularis vna ſit potior alia. clarum ſiquidẽ eſt, ꝙ ꝑfectius ſcire facit ſubm particulare eſſe tale, puta Iſochelẽ hr̃e tres, demſtratio particularis q̄ vlis faciat: qa illa facit illud ſcire in actu, hæc in potentia: ſed quæritur ſimpl'r quæ ſit potior. Aduerte ſecundo, ꝙ quia ratio illa nunq; aſſumpſit qď demſtratio particularis facit ſcire ſcd̄m qď ipſum, ſed qď facit ſcire qm̄ ipſum. ſ. particulare eſt tale, vlis autem facit ſcire non qm̄ ipſum eſt tale, ſed qm̄ aliud. ſ. eius ſuperius eſt tale, Ariſt. vero rñdendo tranſiit (ad ſecundum qď ipſum) & mutare vr̃ terminos argumenti, propter hoc inq; poſſet forte alicui videri minus bene Ariſt ſoluiſſe. Sed ob hoc neminem turbari decet, qa ſcire qm̄ ipſum, non particulare, ſed abſolute, & ſcire ſm qď ipſum ex additione ſe habent. & poſterius includit primum, & addidit. & propterea declarando qď demſtratio vlis facit ſcire ſcd̄m qď ipſum. particularis aũt non, ſufficiẽter inſinuauit ꝙ demõſtratio vlis facit ſcire qm̄ ipſum, licet non faciat actual'r ſcire qm̄ ipſum particulare eſt tale. & per hoc argumento ſatiſfactum eſt, quia iam habeť qď non attenditur dignitas demonſtrationis penes ſcire, qm̄ ipſum particulare eſt tale, ſed quoniam ſecundum qď ipſum ſcire facit.

Quo ſenſu vniuerſale potius ſit particulari. Circa rñſionem ad ſecundum datam, vbi dr̃ qď nihil minus vle erit particulari, ſed magis. Dubitatur an verũ ſit vle magis eſſe q̄ particulare, & q̄tum valeat rõ huiuſmodi adducta ab Ariſt. ſ. ꝙ vlia incorruptibilia ſunt. videtur. n. ꝙ particulare magis ſit qm̄ particulare habet eſſe ſimpliciter, vniuerſale autem habet eſſe ſcd̄m quid. ſ intellectuale ſeu obiectiuũ, ſm doctrinam peripateticã non ponentem vlia ſubſiſtere: magis aũt eſſe conſtat habens eſſe ſimpliciter q̄ habens eſſe obiectiuum ergo &c. Præterea in particulari includitur vniuerſale actu, & nõ econuerſo: & ꝯñr quicquid eſſe eſt in vniuerſali eſt in particulari & non econuerſo. ergo vniuerſale nõ eſt magis particulari, ſed potius ecõuerſo. Præterea quod aut nihil eſt, aut poſterius particulari, nõ magis eſt ipſo particulari: ſed vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt, vt dr̃ in. 1. de aĩa. ergo &c. Similiter videtur qď ratio illa Ariſt. non concludat, quia incorruptibilitas arguens magis eſſe, eſt incorruptibilitas poſitiua: vlia aũt, vt ſupra probatum eſt, non ſunt incorruptibilia poſitiue, ſed negatiue. Ad euidentiam aũt huius dubitationis primo declarãdi ſunt termini & ſenſus rñſionis Ariſt. & deinde rñdendum obiectis. *T. com. 8.* *Cap 9. circa medium circa tex. cõ. 22.*

ctis. Termini sunt, vle, particulare: erit, seu est: & magis. Quia ergo terminos ī rn̄sionibus oportet esse cōformes terminis in obiectionibus positis, vt euitet̄ æquocatio, vle & particulare in hac rn̄sione sumuntur primo mō distinctionis suprapositæ, vle.s. ꝓ eo ꝙ est vnum in multis, & particulare pro eo ꝙ est vnū numero demr̄atum. nec sumitur hic vle ꝓ aggregato ex re & vlitate (qm̄ de talibus non sunt demr̄ationes) sed ꝓ ipsa re, fulta tn̄ conditione vlitatis, vt condōne sine qua non. s. ꝓ ipsa quidditate formalr̄ sumpta. de talibus.n vlibus scia est, vt supra diximus. Esse aūt, ꝙ sign̄at per ly est, in proposito sumi

Cap 9 post medium circa textum cō. 22. potest duplr̄. Vno mō pro esse quidditatiua. Alio mō pro esse actualis exn̄tiæ. Magis tale quoq; sumi potest dupliciter. vno mō simplr̄, alio mō quo ad hoc, puta demōstrabilitatem vel scibilitatē. Ad percipiendum igitur sensum dictorum Arist, oportet aduertere, ꝙ concto sua est vna cōparatiua, & qđ comparatio non fit inter idē et seipsum, sed inter distincta. Et quia vle & particulare nō diuidunt rem diuersificando eā, quēadmodum dr̄iæ diuidunt nām gn̄icam multiplicādo eam, sed vt modi vnius & eiusdem rei: eadē siquidem nā humana est q̄ modum vlitatis & particularitatis habet. ideo comparatio vlis ad particulare nō est accipiēda, vt inter duas res, sicut inter hoīem & bouem, nec vt inter idē et seipsum, quia periret natura cōparationis: nec vt inter includēs & inclusum, tū quia vana esset cōparatio, tum quia vnus modus nō includit aliū. sed vt inter rē sub vno mō & seipsam sub alio modo. Ad ꝑcipiendum aūt sine errore cōparationem inter A sub C modo, & seipsum A sub D mō, nō oportet inspicere quid habeat A C ex A, sed qd habeat ex, vel sub G nec qd habeat A D ex A, sed quid habeat ex vel sub D. Aliter cōparatio non hr̄et fundamenta distincta. vt patet, qm̄ A idē est in vtroq;. Et sic ad videndū an vle magis sit q̄ particulare intuendū est vle vt vle, modo iā declarato. & silr̄ particulare vt particulare. Intueri āt vle, vt sic in ꝓposito, nihil aliud est q̄ loqui de ipsa nā. q̄ vlis denoīatur formalr̄. vt de hoīe in eo qđ hō & non vt hic. hoc. n. est cōipicere ipsam non conspectis indiuiduātibus cōdōnibus. Intueri aūt particulare (vt sic) est intueri nām ipsam vt cōiunctam condōnibus indiuiduātibus. Vle ergo magis esse q̄ particulare i. hoīem magis esse q̄ sortem, & bouem q̄ hunc bouē &c si ly esse intelligit̄ esse actualis exn̄tiæ & ly magis dicat magis simplr̄, falsum est. qm̄ existere particulariū est primo & simplr̄. sicut & gn̄ari, vniuersalium aūt secundario ꝑ particularia. s. sicut & generantur & corrūpūtur genitis et corruptis particularib⁹.

Cap de substantia. Vnde in p̄ntis loquens de esse actualis exn̄tiæ Arist. dixit, Destructis primis substantiis impolē est remanere secundas, q̄ vles subæ sunt. Si aūt ly magis, dicatur magis quo ad hoc, puta singularitatē. loquēdo etiā de esse actualis exn̄tiæ, verificatur ꝙ vle sit magis particulari ad hunc sensum. quia vle magis est s̄m extensionē q̄ singula particularia. & talis exn̄tia vlis magis confert demr̄ationi & scientiæ q̄ exn̄tia singulariū bos. n diuturnior est q̄ singuli boues, & magis prodest sciæ, exn̄tia bouis q̄ singulorum. Hic sensus licet sit verus, non tn̄ iudicio meo est intentus ab Arist Si aūt sumatur ly esse, pro esse quidditatiuo, qualitercūq; sumatur (ly magis) verū est vle esse magis particulari, & intentū ab Arist. Verum quidem, qm̄ rōnem quidditatiuam ipsius vlis particulare non habet, nisi quia vle participat. impossibile est aūt ꝙ participans habeat magis rōnem formalem illius cuius formali participatione est tale. Vn̄. quia sortes hominis rōnem quidditatiuam nō habet, nisi quia est hō. impossibile est ꝙ magis habeat esse quidditatiuum hoīs q̄ homo, qm̄ non qa est hic vel ille, sed qa est hō, esse quidditatiuū humanum habet. nihil ergo minus vle q̄ particulare est s̄m esse qdditatiuum. sed magis est, q̄to incorruptibilia in illis sunt. Qm̄. n. esse quidditatiui condōnes sunt fixio, imobilitas, & certitudo: & particularitati coniunctū incertū & variabile atq; corruptibile est, qa mālia sunt oīa particularia, quorum habemus sciam: & vt fundat vlitatem inuariabile & certum est, iō non solū nihil minus vle esse, q̄ particulare dixit, sed magis q̄to incorruptibiliora sunt ipsa vlia, insinuans ex hoc esse quidditatiuū ibi magis inueniri, vbi s̄m ꝓprias eius condōnes inuenitur q̄ vbi extranels coniunctum est. Q₂ aūt taliter inueniri quidditatiue magis possit sciri, nō est opus declarare. Intentum aūt ab Aristo. hunc esse sensum patet, tum quia hoc mō directe & vlr̄ vlia magis magnificant̄, tum qa ex tali vlium dignitate peripateticæ demr̄ationes nobilitantur. Ad primum ergo nō oportet aliter rn̄dere, qa ꝓcedit iuxta primum sensum. Ad scd̄m quoq; iam dictū est ꝙ hic nō loquimur de vli & particulari, vt vnū includit reliquū, sed de eis vt distinguunt̄ modo declarato. licet n. nā particularis includat totū id qđ est nā eadem formalr̄ sumpta, non tn̄ includit modū illum sed oppositum ponit, nec est idem nā vt particularis, & nā vt vlis fundamentalr̄. i. vt formalr̄ sumpta. Ad tertium dr̄, ꝙ non militat aduersus intentum nr̄m, qm̄ Arist. ibi loquit̄ de toto coniuncto. i. re vli, hic aūt loquitur de substrato, vt sic. cuius signū est ꝙ ibi dixit, aīal vle nihil est. hic aūt vlis tm̄ noīe vlius est. Ad id vero ꝙ ꝯ rōnem obiicitur dr̄, ꝙ etiā incorruptibilitas negatiua arguit directe pfectiorem modū ipsius esse quidditatiui, de quo loquebat̄ Arist. vt ex dictis patet, & indirecte arguit diuturnius esse actualis exisientiæ: qm̄ si ex se non corrūpitur in aliis existens, corrupto vno saluatur in alio: ꝙ particularibus non cōuenit. propter quod Aristo. in litera nō dixit absolute quatto incorruptibilia sunt, sed addidit in illis. quasi diceret, qm̄ vlia in particularibus posita corruptibilibus incorruptibilitatē secundū se seruant, & illis diuturniora sunt, magis s̄m esse quidditatiuum sunt, & quodāmodo s̄m esse actualis exn̄tiæ.

Circa quartam & sextam rōnes dubitat̄. Quia falsum vr̄ esse, ꝙ habens particularē non habeat vlem in actu, neq; in potentia. Q₂. n. cognoscēs particulare cognoscat vle in actu, probatur ex eo, ꝙ vle actualiter clauditur in suo minus vli, ꝙ particulare dr̄. tam in terminis q̄ in propositionibus. in Isochele. n. clauditur triangulus, & in hac propōne, Isocheles habet tres, clauditur ista actu. Triāgulus habet tres, vt patet ponēdo diffinitionē loco noīs &c. Q₂ aūt sciens particulare, sciat vle in potentia, probatur ex eo qđ vlioris notitia ex minus vlibus colligitur sicut vlis ex particularibus: impossibile aūt esset ex inferiorū notitia superioris notitiā acquirere nisi in cognitione particularis esset in potentia cognitio vlis *Quo verū sit q sciens particularē nesciat vniversalem ī actu, vel in potentia.* Ad hoc dr̄ ꝙ dictum Arist. est simplr̄ verum, nec hm̄ōi argumenta cogunt ad oppositū. primum siquidē deficit, qm̄ aliud est id qđ est vle claudi actu ī particulari, & aliud est vle claudi in particulari. Ad primum. n. sufficit rem sign̄atam per nomen primæ impositionis illius vlis includi in particulari. vt res sign̄ata per ly aīal, in hoīe clauditur. Ad secundum aūt requiritur ꝙ res illa vt habet actum vlis i. distributa, claudatur in eo. vt qđ omne aīal sit in hoīe primū quidem est verū & non ad propositum, scd̄m est falsum & eius ꝯdictorium affirmatū est ab Aris. & est ad propositum: qm̄ ad cognoscendā hanc, Triangulus habet tres vt vlem siue prioristice, siue posterioristice (quos demonstratio exigit) non sufficit cognoscere hanc, Isocheles habet tres, vt patet. Scd̄m aūt deficit ex ignorantia metaphysice duplr̄. primo quia nō aduertit de quali potentia loquatur Aristo. secundo quia meminit quid sit proprie esse in potentia, ꝓcedit siquidē argumentū, ac si Arist. loqueretur de potentia logica, aut de potentia pħica quacunque, cum tn̄ Arist. loquatur de potentia pħica actiua volens particulare esse in actiua potentia vlis, & nō econuerso, qm̄ vlis est s̄m nām præmissa ipsius particularis includens in se mediū, quo passio de particulari concludit̄, constat autem ex scd̄o physic. ꝙ præmissæ in gn̄e causæ *Circa textum cō. 31. secundum S. Tho.* efficientis conclōnem inferunt, & qđ nihil est efficiēs suæ causæ effectiue, silr̄ esse in potentia aliqd non proprie dr̄ omne illud, ꝙ quotcūq; & quibuscūq; auxiliis potest in illud duci, sed qđ vnico tm̄ motore eget, vt deducatur in actum, vt dr̄. 9. met. & propterea quia sciens vlem ꝓpō- *T. com. 2.* nem vnica tm̄ mutatione pōt particularē scire, sgnoscendo. s. illud particulare contineri sub tali vli, sciens aūt particularem ꝓpōnem non vnica, sed multis eget cognitionibus ad cognoscendum vle, vt sic. tum quia inductione opus est. tū quia vt dictum fuit in. c. 5. etiam si oīa particu- *T. cō. 13.* laria essent nota adhuc non esset notum vle s̄m spēm, sed s̄m numerum tantum. iō merito sciens vlem dicitur scire particularem in potentia & non econuerso.

Circa septimam rõnem dubitatur, qa Arist. vr̃ egredi limites propositi. tractat.n. de demr̃atione vli & particulari, quarũ vtraq; intellectu conspicit̃ & ab eo fit: & descẽdit ad particularia sensibilia, qḋ vitiosum esse vr̃. Ad hoc dicitur, qḋ Arist. a proposito non recessit, sed vndiq; rationes adunans, sicut ex modo gñationis particularium ex vli, & ꝓcessus ad vle a particularibus tertiam rõnem confecit, qa partio ducit in infinita, collectio aũt adunat & finit. ita nũc ex terminis vlis ꝓcessus vt sic, & particularis vt sic, vlem magnificat: termini siquidẽ particularis ꝓcessus, particularia sensibilia sunt, ad quæ, cũ peruentũ fuerit, non amplius particularizari põt demonstratio: termini aũt vlis ꝓcessus, vt sic, vlia oportet esse, q̃ intellectu consistunt. nõ est igit̃ extra propositi terminos vagatus.

Quæ nam demõstrationum sit potior: affirmatiua an negatiua, ostensiua an ducens ad impoßibile. Cap. 21.

Tex. 171. *Vod aũt demõstratiua priuatiua, hic manifestũ sit. sit.n. demõstratio dignior, alijs existentibus*
eisdem, aut quæ est ex minoribus qõnibus, aut
suppositionibus, aut propõnibus. si.n. notæ sunt
silr, cognoscere uelocius per hoc est: hoc aũt ap
petibilius est. Rõ aũt propõnis, q̃ melior sit quæ ex minoribus
ulis, sic est: si.n. silr contingit cognita esse media: priora aũt no
tiora sunt: igitur per media demonstratio eorũ quæ sunt B C D,
q̃ A in E sit. Altera uero ꝑ B C, q̃ A in D sit, silr igitur hoc se
habet qḋ A in D sit, q̃ A in E sit. Sed qḋ A in D sit prius, est &
cognoscibilius q̃ qḋ A in E, ꝑ hoc.n. illud demonstratur: Credi
bilius aũt est qḋ est per qḋ, & quæ itaq; ꝑ minima est demon
stratio melior est alijs eisdẽ existẽtibus, utræq; quidẽ igitur per
tres terminos & propõnes duas demõstrantur, sed hæc quidem
esse accipit aliqḋ, illa uero esse & nõ esse aliqḋ, plura itaq; acci
Tex. 172. *pit, quare dignior est. Amplius quoniã ostẽsum est, impoẽe esse*
ꝑ utrãq; priuatiuarũ propõnum fieri syllm, sed unã quidẽ opor
Tex. 173. *tet hmõi esse, aliã uero quoniã est. Amplius iuxta hoc oportet*
accipere, prædicatiuas quidẽ.n. augmentata demõstratione ne
cesse est fieri plures, priuatiuas aũt impoẽ est plures una in oĩ
syllo esse. Si.n. in nullo esse A, in qbus est B, in C aũt sit B: si igitur
opus est iterũ augere utrasq; propõnes est mediũ inueniendum
hmõi, q̃ A B sit mediũ D: sed B C sit E, E quidem manifestũ est
prædicatiuũ esse, sed D de B prædicatiuũ qdẽ, ad A aũt tanq̃ pri
uatiuũ ponitur: D quidẽ.n. de oĩ B, sed A ĩ nullo oportet esse D.
Sit igitur una priuatiua propõ, quæ est A D, idẽ aũt modus est
& in alijs sylls: semper.n. mediũ prædicatiuorũ terminorum,
prædicatiuũ in utraq; est, sed priuatiui, alterũ priuatiuũ necesse
est esse, quare hæc una hmõi sit propõ, aliæ uero priuatiuæ. Si
igitur notius ꝑ qḋ demõstratur & credibilius est. demõstratur
autem priuatiua ꝑ prædicatiuã, prædicatiua aũt ꝑ illã non de
monstratur. prior ergo & notior & credibilior, cũ sit melior
Tex. 174. *utiq; erit. Amplius, si principiũ sylli propõ ulis immediata est:*
est aũt in demõstratiua affirma. in priuatiua aũt negatiua ulis,
propõ aũt affirmatiua, negatiua prior & notior, ꝑ affirmati
Tex. 175. *uã.n. negatiua nota est, & prior affirmatio est, sicut esse prius*
est nõ esse, quare potius principiũ demõstratiuæ q̃ priuatiuæ, di
gnioribus aũt principijs utitur dignior. Adhuc principalior.
Tex. 176. *sine.n. demõstratiua nõ est priua. Qḋ quidẽ categorica priua*
tiua sit dignior manifestũ est, et ad impoẽ ducente. Oportet aũt
scire quæ sit differentia ipsarũ. Si igitur A in nullo B, C aũt in
omni B, necesse est in nullo C esse A, sic igitur acceptis demõstra
tiua priuatiua erit demõstratio, quoniam A in C non erit. Quæ
uero est ꝑ impoẽ, sic se habet, si opus est demõstrare q̃ A in B
non sit, accipiendũ est affirmatiue A esse in B, & B in C: quare
accidit & A in C esse. hoc aũt sit notum & certũ, q̃ impoẽ est
ipsum esse. Termini quidẽ igitur silr ordinãtur. Differt aũt in
quo & qualis sit notior priuatiua propõ. Vtrũ igitur q̃ A B nõ
inest, aut q̃ A C nõ inest. Cũ igitur est conclo notior, quoniã non
est A in B, q̃ est ad impoẽ fit demõstratio. cũ aũt in syllo sit, de
monstratiua est. Natura aũt prior est quæ est q̃ A in B, q̃ qḋ A
non in C: priora.n. & notiora natura conclone sunt, ex quibus
est conclo. Est aũt quæ est A quidem in C nõ esse, conclo A aũt
in B, ex quibus est conclo. Nõ.n. si contingit remoueri aliqḋ, Tex. 177.
hæc conclo est, illa aũt sunt ex quibus, sed hoc quidẽ ex quo sylls
est, q̃ utiq; sic se habet: quare aut ut totũ ad partẽ, aut pars ad
totum se habet: sed quæ sunt A C, & A B propõnes nõ sic se hñt
adinuicem. Si igitur quæ ex notioribus fit & credibilioribus di
gnior est: sunt aũt utræq; habet ex nõ esse credibiles, sed hæc qui
dem ex priori, illa uero ex posteriori, potior simplr utiq; erit ea
quæ est ad impoẽ, demõstratio priuatiua, quare et hæc dignior
prædicatiua manifestũ est, etiã, q̃ & ea q̃ est impoẽis potior est.

Summa huius capituli hæc est.

DEmonstratio affirmatiua dignior est demr̃atione negatiua, probat quinque cõnibus. Primo sic, demr̃atio ex minoribus qõnibus, aut suppõnibus, aut ꝓpõnibus (alijs eisdẽ existẽtibus) est dignior ea, q̃ ex pluribus est: Demr̃atio affirmatiua est ex minoribus q̃ negatiua: ergo. maior probatur duplr. primo qa si sunt vtrobiq; silr nota, velocius est cognoscere ꝑ pauciora hoc aũt appetibilius est &c. scd̃a probat̃ supponendo media, s. eiusdem ordinis silr esse cognita, & priora esse notiora, qm̃ demr̃atio ex paucioribus est ex prioribus & ꝯñs ex magis cognoscibilib⁹ qm̃ credibilius est ꝑ qḋ demr̃atur. Q̃ aũt demr̃atio ex paucioribus sit ex prioribus & notioribus declarat̃ in terminis duarũ demr̃ationum primæ, quarũ A est primũ E, tertium B C D, tria media posita sub A & supra E, ita qḋ scala sit A B C D E. Scdm̃ aũt demr̃ationis ꝑ pauciora A primũ, D tertiũ, B C duo media sunt. ita qḋ scala est A B C D. Manifestũ est aũt qḋ silr se hñt conclusiones vtriusq; demr̃ationis & qḋ conclo secundæ est prior conclone tertiæ, cũ sit illius principiũ (vel secundum aliam lr̃am) scd̃a demr̃atio in alijs medijs formetur, ita qḋ A sit primũ C, tertiũ Z H duo media, & subdat̃. Manifestũ est aũt qḋ silr se hñt conclo secundæ. & penultima conclo totius ꝓcessus primi, sed hæc prior vltima conclone, qa est eius principiũ, ergo conclo secundæ, q̃ est ex paucioribus, est prior ea. q̃ est ex pluribus. Minor aũt principalis probat̃, qa affirmatiua accipit aliqḋ esse, negatiua vero esse et nõ esse licet vtraq; fit ꝑ tres terminos & duas ꝓpõnes. Scd̃o, qm̃ ex puris negatiuis non põt fieri sylls, sed altera affirma. opus est &c. Tertio, qm̃ demr̃atio affirmatiua est prior & notior & credibilior negatiua. ꝓbatur, qm̃ priuatiua ꝑ p̃dicatiuam, p̃dicatiua aũt ꝑ illam non demonstrat̃. probatur, qm̃ augmentata negatiua demr̃atione necesse est fieri plures affirmatiuas ꝓpõnes, negatiuã vero vnam tm̃ in omni syllo, declarat̃ hoc in scd̃o primæ in terminis A. 1. C. 3. B medio D medio maioris, & E medio minoris, nulla siqdẽ negatiua fiet ꝓpõ, nisi maior ꝓsylli ad maiorẽ ꝓbãdã, reliquæ oẽs affirmatiuæ sunt.

Quarto demõstratio vtens dignioribus principijs est dignior, sed affirmatiua est hmõi. ergo probatio minoris, qm̃ affirmatiuæ principium est vlis immediata affirmatiua, negatiuæ vero negatiua et illa est prior notior. probatur, qm̃ negatiua ꝑ affirmatiuã nota est, et prius est esse q̃ non esse &c. Quinto qm̃ sine demonstratiua non est priuatiua, sed econuerso, ergo &c.

Demr̃atio negatiua ostẽsiua est, q̃ primũ de tertio negatiue cõcludit ꝑ mediũ a quo negat̃ primũ, & affirmatur de tertio. declarat̃ in terminis A. 1. C. 3. B medio. Quid.

Demr̃atio aũt ducens ad impoẽ est, q̃ probat veram negatiuam, assumit affirmatiuam oppositã, & subsumit affirmatiuã verã, & infert conclonem de qua notũ & certũ est qḋ sit impoẽis, & sic certificata præmissa vera concludit assumptam affirmatiuam oppositam, probando esse impoẽem, & ꝑ hoc ibi oppositam negatiuam esse verã &c. declarat̃ in terminis A primo, C tertio, B medio, ita qḋ B nõ est A sit negatiua probanda.

Termini

Termini quidem silr ordinantur in vtraq; , sed differunt quo & qualis sit notior priuatiua oppositio , qm̄ qn̄ concl'o est notior, qm̄ non est, fit demr̄atio ad impolē. cum aūt quæ vere negatiua p̄missa est, notior fit, ostē- siua demr̄atio fit declaratur in terminis eisdem , ita. s. q̄ nullū B est A , sit vera & vere p̄missa s̄m se, & illa. nullum C est A , sit vera s̄m se, concl'o illius sunt siquidē illa maior negatiue oñsiua, & ista cōcl'o eius , & destructio cōcl'onis impolis in demr̄atione ad impolē, vt clare patet, et ꝯñr ibi assumpta vt p̄missa ad illā neg. p̄bā.

2. Conclus. Demr̄atio negatiua potior simplr est, ducēte ad impolē. probatur demr̄atio ex notioribus & credibilioribus dignior est, negatiua est hmōi. ergo. p̄baf minor, qm̄ cū vtrāq; sint ex nō esse credibiles, negatiua est ex priori, ad impolē vero ex posteriori probaf, qm̄ negatiua est ex qbus est concl'o, ad impolē vero est ex cōcl'one. declaratur in terminis eisdē, & p̄pōnibus eisdem. s. nullum B est A , & nullū C est A , ex quarū prima procedit negatiua, & secunda robur trahit ad impossibile.

Rñdet tacitæ q̃oni. Non. n. si ex destructione affirmationis verificari negatiuam cōtingit negatiua ista est concl'o, & ea ex qbus infertur sunt ex qbus, sed illud est ex quo fit sylls, q̄ se habet ad concl'onem vt totū ad partē, & illa ad ipsum vt pars ad totum hoc aūt non conuenit illi, nullū C est A , respectu illius, nullum B est A , sed econuerso.

3. Conclus. Quare qm̄ prædicatiua dignior est negatiua , & ea quæ est ad impossibile potior erit.

Series autem hæc est.

DEfinita prima q̄ōne. Reliquas exequitur, et primo secundam vnica concl'one quinque rōnibus firmata: sc̄do tertiam ostendens qd sit demr̄atio negatiua, quid ad impolē, in quo conueniāt & differant conclusionem ꝯñsiuam subdens vnica rōne roboratam, excludendo q̄dam contra rōnem obiectionē. & licet exclusio rōni inferatur ab Arist. separauimus tñ eam, vt clarius videatur quod dr̄. vltimo tertiam concl'onem adiecit. affirmatiuam demonstrationem extollentem &c.

Vis sumus processus hac q̃. Circa primam rōnem in prima concl'one aduerte, qd' ideo duplr formata est , qa difformiter habef in diuersis translationibus. lr̄a siquidem cōis, q̄ secutus est etiam Albertus, primū sensum oñdit. Litera aūt, q̄ exposuit S. T. secundum sensum habet, quē et habet trāslatio quędam, cui ex diuersis locis ppendi expōnem S. T. verbaliter cōfirmiorem esse q̄ cūi. Dico aūt hoc, qm̄ penes me habeo quādam translationem, q̄ nisi scriptorū arbitrio quibusdam quibus annexa est cōmentariis sociata sit Boetiana est, qm eloquentia cōmentariorum Boetium sonat, compertum tñ hoc mihi non est, eo qd' ih cap. de vli quædā recitat Albertus ex Boetio , q̄ in eo nullo mō sunt . licet ad hoc posset dici, q̄ Boetius duas editiones super libros posteriorum fecit, sicut sup libros peri her. & Porphyrij. Vel forte qd' vitio scriptoris ab Alber. Boetius noiatur. nec tñ translatio ista est illa q̄ exposuit S. T . vt ex seq. ca. constat , nisi libros defectibus plenos habeamus vel habuerit. Cuiuscūq; ergo sit trāslatio illa habet expresse. vt S. Th. exponit. Et melior vr̄ ista translatio in hoc q̄ cōis (sit vt rō hoc introducitur) secus aūt si vt declaratio, qm̄ iuxta hanc Arist. facit eādem concl'onem primæ demonstrationis & secundæ. & dicit silr se hr̄e illam concl'onem, vt infertur p secundā & penultimam concl'onem primæ, q̄ indubie verū est, quia vtraq; p duo media processit. et p hoc cū penultima sit prior vltima & eius principium, sequif qd' concl'o ex paucioribus sit prior . Sc̄dm cōem vero translationē Arist. non vere accipit duos p̄cessus, sed primo totū, deinde partem. primam siquidē demonstrationem facit cōiungendo supremum infimo per tria mediam, sc̄dam vero supremū coniungendo penultimo. & sic minuit vnum mediū , & subdit qd' silr se hr̄t conclusio primæ & concl'o secundæ, & cōcludit, q̄ concl'o secundæ est prior, vbi nō ita apparet, qūo hoc sequaf, nec qūo silr se habeant . Declaratio tñ stat dicendo qd' silr se habet, nō quo ad numerum mediorū, sed quo ad cætera. puta qd' sunt ex prioribus et notioribus s̄m nā̄m &c. & qd' non infertur ex silr se hr̄e concl'ones . ergo concl'o secundę est prior, sed qd' per (ly silr se hr̄e) declaratur q̄ cætera sunt paria, & postmodū quia concl'o secundæ est principium concl'onis primæ declaratur qd' est prior..

Circa probationē minoris eiusdem rōnis dubitatur, qm̄ Arist. vr̄ incidere in vitium figuræ dictionis qm̄ assumit & probat demr̄ationem ex minoribus absolutæ esse digniorem, & postmodū declinas ad minores qualitatiue, vbi expresse mutasse vr̄ terminos q̄titatis in qualitatem. Ad hoc dr̄ duplr . Primo qd' maior assumpta ab Arist. conditionanda est. sicut probatio minoris cōditionatur, ita vt intelligaf sic processisse demr̄atio ex paucioribus qualitatiue est certior : Affirmatiua est hmōi: ergo & s̄m hoc nulla deceptio accidit. processus m̄ probās maiorem hūc sensum nec tangere vr̄, sed simplr probat demonstrationem ex paucioribus esse potiorem . Sc̄do dr̄ q̄ Arist. breuitati studēs sub terminis q̄titatiuis qualitatiuos sublumpsit, nō vt qualitatiue sunt, sed qm̄ ex eis q̄titas cognoscif maior vel minor &c. & ꝯñr nullum fuit in eius processu vitiū , sed sub talis breuitas. Q; aūt ita sit q̄ s. demr̄atio ex pluribus in qualitate sit ex pluribus in q̄titate, & ex paucioribus s̄m qualitatē sit ex paucioribus simplr, & ꝯñr q̄ affirmatiua demr̄atio, q̄ constat ex affirmatiuis tātum sit ex paucioribus, & negatiua, q̄ constat ex affirmatiua & nega. fit ex pluribus sic manifestaf. Ad probandum præmissas demr̄ationes affirmatiuæ nō p̄ns assumi, nisi ea, q̄ insunt p se in primo vel in secundo mō, antecedentia. s. & ꝯña, qm̄ oēs pręmissæ affirmatiuę sunt. Ad probandum autē præmissas negatiue demr̄ationis, qm̄ vna præmissa est affirmatiua oīa supradicta cōtingit sumere. qm̄ vero altera pręmissa est negatiua extraneum ab altero extremorum mediū oportet sumere, & sic plura media sunt, si p̄missæ plures s̄m qualitatē sunt, vtraq; responsio conueniens vr̄ , sed secunda Alberto placet, & ipsi magis textus consentire videtur.

Formalis sic vitaretur ab aliis forte minus intellectum.

De certitudine & unitate & diuersitate scientiarum & demonstrationum. Cap. 22.

C*Ertior aūt & prior est scīa quecūq; ipsius quia & propter quid, eadē est, sed nō est ipsius quia, extra eā, quæ est propter qd: & quæ non est de subiecto illa, quæ est de subiecto, ut arithmetica harmonica: & quæ ex minoribus, ea, quæ est ex appositione, ut Geometria Arithme. dico aūt ex additione, ut unitas substātia est sine positione, punctus aūt substantia posita, hoc aūt est ex appositione.* Tex. 178. *Vna aūt scīa est, quæ est unius gñis, quecūque ex primis cōponitur, & partes aut passiones horum sunt per se. Altera aūt scīa est ab altera, quarūcūq; principia neque ex eisdē, neq; alteræ ex alterutris sunt. huius aūt signū est, cū in demonstrabilia ueniāt. oporteret. n. ipsa in eodē genere esse his, quæ demōstrantur: signum aūt huius est, cū indemōstrabilia per seipsa in eodem gñe sunt & proxima.* Tex. [illegible] *Plures aūt demonstrationes esse eiusdē possibile est, non solū ex eodē ordine accipiēti non continuū mediū, ut eorū quæ sunt A B C & D & Z, sed ex altero, ut sit A trāsmutari, in quo aūt D moueri, sed B letari & iterū I quiescere, uerū est, igitur & D de B, & A de D prædicari. letans. n. mouetur, & qd' mouetur, trāsmutatur. iterum & A de I, & I de B, uerū est prædicari. cīs. n. letans quiescit & quiescēs trāsmutatur . quare per altera media & nō ex eodem genere sylls est. quare est neutrū de neutro dici mediorum. necesse. n. est idem alicui utrūq; inesse, intendere aūt est et per alias figuras quot modis contingat fieri eiusdem syllm.* Tex. 180.

Summa huius capituli hæc est.

1. Conclus. SCientia est certior et prior alia triplr s. quę eadem est ipsius quia , & propter qd. sed non est ea quæ est ipsius quia tm̄. extra eam , q̄ est propter quid. & quæ non est de subiecto illa, quę est de subiecto: vt arithmetica, harmonica. & quę ex minoribus ea, q̄ est ex appositione. vt arithmetica de vnitate, geometria dr pūcto.

2. Conclus. Scīa est vna, quæ est vnius generis , quæcūq; ex primis componuntur, & partes aut passiones horū sunt p se.

3. Conclus. Altera scia ab altera est, quorūcūq; principia, neq; ex eisdem neq; ex alterutris sunt. Declaratur a signo, qm̄ resoluendo venitur in demr̄abilia, q̄ oportet esse eiusdem gn̄is, cū his, q̄ demōstrant̄. Declaratur & hoc a signo, qm̄ demr̄abilia p seipsa in eodem gn̄e sunt & ꝓxima.

4. Conclus. Plures demonstrationes esse eiusdē possibile est, non solū ex eodem ordine accipienti non continuū mediū, sed ex altero. Declarat̄ primū in terminis A primo, B tertio, C D Z medijs ex eodē ordine subordinatis. Declaratur secundū in terminis A primo, B tertio, D & in medijs diuersorum ordinum, & applicantur ad sp̄ale exemplum. letans tertiū transmutatur primū moueṫ, & quiescit media diuersa. probat̄ deinde de hoc secundum, qm̄ neutrum de neutro dici contingit mediorū, & necesse est eidem alicui vtraq; inesse.

Series autem hec est.

COmparatis demr̄ationibus, sciētias earum effectus comparare intendit in hoc cap. & tria facit, qa primo in prima concl̄one cōparat eas sm̄ certitudinem. scd̄o secundum vnitatem & diuersitatē duabus conclusionibus. tertio quotupl̄r contingat eiusdē esse diuersas demr̄ationes ōn̄dit sic ex hoc insinuans tantā esse vim diuersitatis pncipiorū ad scias distinguendū, vt etiam circa eandem concl̄onem diuersas pariant scientias.

Quę nam scibilium diuersitas & unitas, scientiarum unitatem, ac diuersitatem inferat.

Si aũt dicat aliqs primas immediatas propositiones esse principia, unum in uno quoque genere est, si uero neq; ex oĩbus, ut opus est demonstrari quodlibet, neq; sic ex altera, quare erunt uniuscuiusq; scientiæ altera, relinquitur igitur si proxima sunt principia omnium, sed ex his quidem hæc, ex illis aũt illa. Ten. 192.

Manifestum autem hoc est, quoniam non cõtingit. monstratum est. n. q̃ altera principia genere sunt differentium genere. Principia. n. duplicia sunt, ex quibus & circa que. ex quibus quidẽ igitur cõia sunt, quæ autem sunt circa que, propria sunt, ut numerus, magnitudo. Ten. 193.

Summa huius capituli hæc est.

Conclusio principa. EAdem esse principia omniũ syllogismorum est impossibile. probatur dupliciter. primo logice multiplici conclusione.

1. Conclus. partic. Syllorum verorum & falsorum non sunt eadem principia probatur a priori. Quia veræ ex veris, falsæ ex falsis conclusiones sunt, alteræ autem sunt propositiones veræ & falsæ

Exclusio. Si contingit ex falsis verũ syllogizare, hoc tantum semel fit. Declaratur, qm̃ in prosyllis media illorum propositionum assumentibus, pro omni falsæ erũt præmissæ. probatur, quia oĩs conclõ falsa ex falsis est. declaratur ĩ terminis A primo, C tertio, vere adunatis B medio, vtrique extremorum falso coniuncto.

2. Conclus. partic. Syllorum falsorum non sunt eadẽ principia. probatur a priori, qm̃ contingit falsas conclões inter se contrarias, & incompossibiles esse, & ex positis sic sunt.

3. Conclus. partic. Syllorum verorum non sunt eadẽ principia. probatur. primo, quia diuersorum gñe altere sunt principia, nec conuenirent, vt patet de vnitatibus & punctis. Syllos autem ex eisdẽ principiis necesse est aut in media, aut in sursum, aut in deorsum cõuenire. probatur, qm̃ hi habent terminos medios interius, hi aũt exterius &c. secundo, qm̃ nec aliqua cõia principia sunt, ex quibus solis oĩa demonstrari possunt. probatur qm̃ genera entium altera sunt, & principia q̃titatis solum, alia sunt a principiis qualitatis solum, cum quibus per cõia fit demõstratio. tertio qm̃ principia nõ multo minora sunt conclusionibus, qm̃ principia ꝓpõnes sunt, quæ termini aut assumpti, aut immissi sunt. cõclusiones aũt infinitæ sunt, licet termini finiti sunt, quarto qm̃ quędam principia sunt necessaria, & quædã contingentia &c. scdo probatur conclõ principalis multiplicẽ oppositi sensum destruendo. & prima, qm̃ si tenendo eadẽ omnium principia concedat alia esse principia geometriæ & medicinæ cõceditur diuersa esse sciarum principia, & ꝯñr ridiculum est dicere qđ eadem sint qm̃ cum eadem eisdem sint eadem, oĩa essent eadem. secundo qm̃ si teneatur ex oĩbus syllogizare quodcũq;, ꝙ est omnium quęrere principia eadẽ, multum insipiens est. ꝓbatur, qm̃ nec in manifestis doctrinis, nec in resolutione hoc est possibile. probatur, qm̃ altera fit conclusio, accepta altera ꝓpõne immediata principia.n. ꝓpõnes immediatæ sunt tertio q̃a si aliquis dicat primas immediatas ꝓpõnes esse principia, sciat vnum in vnoquoq; genere exigi &c. quarto qm̃ si non ex oĩbus quodlibet, sequitur qđ neq; erit ex alterius principiis hęc ꝓbare. Sed erunt vniuscuiusq; altera. quinta qm̃ si id, ꝙ relinquitur. s. principia oĩum esse proxima teneatur & cum hoc ex his hæc. ex illis vero illa manifestum est, qđ hoc non contingit, quoniam iam monstratũ est, quod differentium genere altera sint principia genere. principia.n secundaria sunt, ex quibus & circa quod; illa communia, ista propria sunt &c.

Series autem hæc est.

QVoniam scias principiorum diuersitate distinxerat intendit in hoc cap. ostendere qđ impossibile sit oĩum demonstrationum esse eadẽ principia, & duo facit, quia primo oñdit hoc logicæ facta distinctione syllorum in veros & falsos, ex eorum inter se dr̃ia triplici conclõne sub seruiente, post quarum primam excludit obiectionem quæ cõtra illam fieri poterat. secundo probat principalem conclusionem quinque oppositi sensus opinionis ecludendo. Subdens postremo, de quibus principiis loquatur.

Principia quot sunt. Circa rationes adductas aduertẽdum est, ꝙ licet absq; textus corruptione plurificari possint, qm̃ facile pateat tñ primam q̃ tertiam in duas diuidi posse, visum tñ est mihi ob reuerentiam diui Th. ad eũ reducere numerum, & q̃uis tertia ratio minus cõsiderantibus videatur male adunata, subtiliter tñ scrutantibus oppositum videbitur. Ait nãq; Alpharabius (ꝙ per multo plus) infinitus excessus apud pħos significatur, & sic per non multo minus, defectus non infinitus denotatur. Et propterea in eadem ratione legi debet vtrũque, s. infinitas cõclusionum, & non multo minora principia, ac si aperte dixisset, ꝙ principia non sunt infinitæ excessa secũdum numerum ab ipsis cõclusionibus, sed conclusiones sunt infinitæ. ergo & principia sunt infinita, & ꝯñr non sunt eadem omnium, & secundum hæc id qđ subditur. s. termini autem sunt finiti aduersatiue legendum est, vt S. Tho. exponit. Ad euidentiam autem numeri principiorum, Sciendum est, qđ quædam propositiones sunt principia tantum, quædam conclusiones tantum, quædam cõclusiones & principia. Primæ nãq; & propositiones principia sunt & non conclusiones, alıter priores haberent. vltimæ aũt conclões, & non principia, alıter posteriores haberent. mediæ aũt & principia posteriorum & conclões priorum sunt. Et secundum hoc æqualis est numerus principiorũ & conclusionum in mediis. & tota inæqualitas cõsistit in excessu extremorum. Et iõ nam multo minora principia conclusionibus sunt. Si.n. oẽs mediæ propositiones conclusiones essent & non principia, principia remanerent paucissima. Nunc aũt quia (vt dictum est) in mediis non est inæqualitas, principia amplıantur vsq; ad vltimas cõclusiones, quæ quia plures sunt q̃ primæ ꝓpõnes in quocũque ordine, quę principia tantum sunt, iõ pauciora q̃dem sunt principia conclõnibus, sed non multo, & hoc S. T. dicit, licet libri incorrecti oppositum oñdant, et hoc Aristo. intendere vr̃ ibi assumens ꝙ principia propõnes sunt, ꝓpositiones aũt sunt termini aut immissi aut assumpti: quasi diceret, ꝙ iõ principia non sunt multo pauciora, quia principia non solum sunt primæ ꝓpõnes, sed illæ, quæ sunt termini immissi in prima figura, aut assumpti secunda & tertia.i. sed etiam inter principia annumerantur oẽs præmissæ, quæ ex terminis immissis aut assumptis fiunt, est siquidem prædicatio causalis terminorum de propositionibus & non identica &c.

Quo modo eadem eisdem sunt eadem inter se illa eadem. Circa primam rõnem secundi processus, esset quærendum quid veritas habeat illa maxima. s. eadem eisdem sunt eadem, sed quoniam præsentis negotij limites exit sufficiat pro nunc quod intelligitur eo modo identitatis inter, sed extrema adunari quo in tertio vnum sunt. vt si in vno sint eadem genere, inter se eadem generice sunt, & sic de aliis, & hoc sufficit Arist. intentioni in hoc loco, quoniam nihil aliud intendit nisi deducere ad hoc, quod omnes conclusiones essent eædem genere, si principia eadem haberent &c.

Quo modo non eadem omnium demonstrationum principia sunt. Circa totum scdm processum, qui analyticus a S. Th. dicitur, ad demonstrationum principia descendit. illo nãque Arist probat nõ eadem esse principia oĩum demonstrationum, aduertendũ est, ꝙ licet nouo modo introductus videatur a nobis textus in eius summa atq; serie, nõ tamen falso aut extorte aut incõgrue distinctus apparet, Imo quoniam mens mea multis diebus inquieta & solicita erat circa huius textus ordinem & sensum, adeo, vt de eius claro intuitu desperarem, tãdem mutuo acceptis cõmentariis Boetij, quæ nõ nisi in principio, & hinc vidi, excitata est in me expositio supradicta, & nunc declaranda, non qđ ex Boetio illam sumpserim, sed qđ ex quibusdam eius verbis commota sunt phantasmata sic &c. Imaginandũ ergo est sex modis aliquos dicere posse omnium demonstrationum eadẽ esse principia, primo absolute, & hunc sensum antequam hunc secundum processum aggrediatur Aristo. destruxit. secundo sophistice, vt dicatur alia esse principia medicinæ & alia rhetorice quia tamen tam hæc q̃ illa sunt principia, ideo omniũ eadem sunt principia, & tunc sensum in principio huius secundi processus elidit. tertio vt quia ex omnibus conclusionem quãlibet monstrari posse tenetur, ideo eadem omnium dicuntur eadem principia, & hũc sensum tertio loco excludit. quarto vt quia ex primis dignitatibus oĩa demonstrantur, ideo omniũ principia eadem dicantur, & hunc sensum tertio loco remouet quinto vt quia ex quolibet oĩa demonstrari teneantur, iõ oĩum eadem principia dicantur, & hunc sensum quarto loco destruit. sexto vt q̃a oĩum principia ꝓxima esse credat, iõ oĩum eadem principia dicant. & hunc sensum quinto loco repellit. Si aũt alicui hæc nõ placent, inueniat melius pro se & ꝓ me.

De comparatione scientiæ ad alios habitus intellectus & de Solertia. Cap. 25.

Tex. 194. *SCibile autem & scientia differũt ab opinabili*
& opinione. quoniam sciã uniuersalis & per
necessaria est. (Necessarium aũt non contin-
git aliter se habere.) sunt aũt quædam uera
contingentia aliter se habere. manifestum igi
tur est qđ circa hæc sciã non est. esset.n. utiq; impoßibile aliter
Tex. 195. *se habere, poßibilia aliter se habere. At uero neq; intellectus.*
(dico.n. intellectũ principium sciẽ,) neq;.n. sciã est indemonstra
bilis: hæc aũt opinio est immediatæ propositionis. uerus est.n.
intellectus & sciã & opinio, & qđ per hæc dicitur. Quare re-
linquitur opinionẽ esse circa uerum, aut quidem falsum, sed cõ-
tingens est aliter se habere. hæc aũt est acceptio immediatæ pro
Tex. 196. *positionis, & non necessariæ. Et confessum aũt est sit apparẽ-*
tibus. opinioq;.n. incertum est & natura hmõi. Adhuc.n. nullus
opinatur probare, cũ opinetur impoßibile aliter se habere sed
scire, sed aliqñ quidem esse sic, sed tñ nihil aliter probibet, tunc
Tex. 197. *probare, tãq̃ hmõi quidem opinionem esse, sed necessarij sciãm.*
Qualiter igitur est idẽ opinari scire, & quare non erit opinio
sciẽtia, & si quis posuerit esse, aut nihil cõtingere opinari con
sequitur quod hoc quidem sciens. illæ uero opinans per media,
quousq; ad immediata ueniat. quare siquidẽ ille sciuit. et opinãs
sciuit sicut.n. & quia est opinari & propter quid, hoc aũt me-
Tex. 198. *dium est. Aut siquidẽ sic arbitratur non contingentia aliter se*
habere, sicut habent diffinitiones, per quas sunt demõstrationes,
non opinabitur, sed sciet. Si aũt uera quidẽ esse, non tñ hoc ipsis
inesse secundum substantiam & spẽm opinabitur & nõ sciet ue
re & quia, & propter quid, siquidẽ per immediata opinabitur,
Tex. 199. *si uero non per immediata, solũ ipsum quia opinabitur. Eiusdẽ*
autem opinio & sciã non penitus est. Et sicut falsa & uera eius-
dem quodãmodo est, sic & sciã & opinio eiusdem, & opinionem
enim ueram & falsam, sicut dicunt quidã eiusdem esse, inconue-
nientia accidit appetere alia & nõ opinari qđ opinatur falso.
Tex. 200. *Quoniam aũt idem multiplr dicitur, est sicut contingit, est aũt*
sicut non: cõmensuratum.n. esse diametrum costæ uere opinari
inconueniens est, sed qđ diameter, circa q̃ sunt opiniones, idẽ, sic
eiusdem est, sed qđ aliquid erat esse unicuiq; secundum ratio-
nem non idem est. Silr aũt & scientia & opinio eiusdem est, hoc
quidem.n. aĩal est, q. non est contingere non esse animal, sed illa
quidem qđ est contingere, ut si hoc quidẽ qđ uere hoĩs, illa uero
hominis est quidem, non autem ueri hoĩs. idem.n. est, quia homo.
Tex. 201. *hoc aũt non sic idem. Manifestum aũt ex his est, q. neq; opina*
ri simul idẽ & scire contingit. simul.n. utiq; haberet opinionem
aliter habendi & non aliter idẽ esse, quod uere non contingit.
In alio.n. unũquodq; esse contingit eiusdem, sicut dictum est, sed
in eodem nihil sic põt esse, habere.n. opinionem simul, ut quod
Tex. 202. *homo esset, q. uere est aĩal. hoc.n. sic contingere. Reliqua aũt*
quomodo oportet distribuere in rationem & intellectũ & scien
tiam & artem, & prudentiã & sapientiam hæc quidem philo-
sophiæ, illa uero ethicæ speculationis magis sunt. Solertia autẽ
est subtilitas quædam in non perspecto tẽpore medij inueniendi.
ut si aliquis uidens quod splendorem semper habet à sole luna sta
tim intellexit, propter quid hoc sic, quia propter id quod illustra
tur à sole. aut disputantem cum diuite cognouit quoniam accom
modatur est, aut propter id qđ quidem amici sunt, quia inimici
eiusdem sunt, omnes enim causas medias uidens cognouit & ul-
timas splendidum esse ad solem sit in quo A lucere à sole B lu-
na C inest autem lune quidem C quod ipsi inest B quod est lucere
à sole ipsi autem B A quod est hoc esse splendidum à quo splen-
dor, quare & ipsi C A per B.

Summa huius capituli hæc est.

SCibile & sciã differunt ab opinabili & opinione &c. *Conclusio principa.*
Probatur tri. lr. Primo a priori: qm̃ intellectus,
scientia, & opinio, & quod per hæc dr̃ vera sunt.
Sed nec sciã verorum cõtingentium est. qm̃ vlr & per
necessaria est. & ꝯñr, si esset contingentium, impoẽ se
aliter hr̃e, esset poßibile aliter se habere. nec intellectus
principium sciæ verorum contingentium est: qm̃ sciã
indemonstrabilis est. probatur: qm̃ acceptio est imme-
diatę ꝓpõnis, opinio aũt circa verum & falsum est, cõ
tingens aliter se hr̃e &c. & ipsa est acceptio immediatę
propositionis & non necessariæ. Scđo qm̃ consenta-
neũ est apparẽtibus opinio. n sonat incertũ qd. et nãm
hmõi. Tertio, qm̃ nullus arbitrař opinari cũ existimat
impoßibile aliter esse, sed potius scire, & ꝑ oppositum
existimans posse aliter esse arbitrař se opinari &c. tanq̃
scientia sit necessarij & opinio contingentis &c.
Qualiter est idem opinari & scire &c. *Qõ. 2.*
Qualiter non erunt idem opinio & scientia. *Qõ 1.*
Si quis posuerit omne opinari, aut saltem nihil esse scitũ, *Pro prima qõne.*
ꝙ non contingit opinari.
Consequenter & sciens & opinans ꝑ media quousq; im *Pro secunda qõne.*
mediata veniant. probař: qm̃ est opinari & qa & pro
pter quid. ꝙ medium sonat. opinans ergo sciuit &c.
Si arbitrabitur non cõtingentia aliter se hr̃e, sicut se habẽt *Solutio secunda quæstionis.*
diffinitiones, per quas fiunt demr̃ationes, non opina-
bitur. sed sciet. si aũt vera quidem, non tñ hæc eis inesse
secundum subãm, vel secundum spẽm non sciet vere,
sed opinabitur, qa & propter quid Si. n. per immedia-
ta, propter quid, & si per non immediata. quia &c.
Sicut opinio vera & falsa nõ eiusdem penitus, sed eiusdẽ *Solutio prima qõnis.*
quodãmodo sunt, sic & sciã & opinio non eiusdẽ pe-
nitus, sed eiusdem quodãmodo sunt. declarantur sin-
gula. Et primo prima pars primi, qm̃ eiusdem secun-
dum subãm & rõnem, opinionem verã & falsam esse,
sicut dicunt quidã, multa incõuenientia inducit, et hoc
.s. non opinari qđ opinatur falso. secũdo secunda pars
primi. Qm̃ idem multiplr dr̃, & secundum vnũ mo
dum idẽtitatis contingit, & secundum alium. nõ eius-
dem. n. ſm subãm contingit veram & falsam esse eiusdẽ
aut secundum qđ vnicuiq; causat esse ſm rõnem non
contingit Sicut diametrum cõmensurabilem esse, non
contingit vere opinari, sed de diametro circa qđ opi-
niones sunt, cõtingit vere opinari tertio principale in-
tentum. scđo propositum s. ꝙ sciã & opinio non sunt
eiusdẽ oĩno, sed quodãmodo, sicut &c. qm̃ sciã est ali
cuius ꝙ sit tale ex necessitate. puta qđ homo sit id qđ
vere hoĩs est. opinio vero qđ sit tale, sed non ex neces
sitate. sed contingat aliter se hr̃e, puta qđ homo sit qđ
non vere hoĩs est & sic sunt eiusdem sciẽtia & opinio,
quia hoĩs, sed non oĩno quia non eadem ratione.
Non contingit simul eiusdẽ idẽ scire et opinari. probatur *Corollaria conclusio.*
qm̃ simul idẽ hr̃et opinionem eiusdẽ, aliter habendi, &
non aliter habẽdi, ꝙ est impoẽ, vt qđ homo esset qđ
vere est animal, & contingat non esse animal &c.
In alio & alio contingit esse scientiam et opinionem eius- *Corollaria secunda cõclusio.*
dem sicut dictum est &c.
Qũo oporteat distribuere in rõnem & intellectum, & ar *Exclusio.*
tem & prudentiam & sciam, & sapientiã, hæc quidẽ
physicæ. illa vero ethice speculationis magis sunt &c.
Solertia est subtilitas quædam in non prospecto tp̃e me *Diffinitio.*
dij &c. vt vidẽs ꝙ luna semp conuersa ad solẽ lumen
habet, statim intellexit ꝑꝑ qd qa. s. illustratur a sole Et
videns disputantem cũ diuite cognouit, qa accõmoda
tum est. Et vidẽs inimicos, amicos cognouit, qa inimi-
ci eiusdẽ declaratur diffinitio, qm̃ solers oẽs causas me
dias vidẽs, cognouit & vltimas. ordinatur aũt mediũ
solertis iuxta primum exemplum in syllõ in terminis
A primo, B medio, & C tertio in primo primæ &c.

Series autem hæc est.

INtendens distinguere sciam ab aliis habitibus intel-
lectus, tria facit. Primo distinguit ipsam & eius obie-
ctum ab opinione & suo obiecto. Scđo circa eorum
distinctionem qõnes duas mouet & soluit vt ordinauit.

mus, addens duas annexas conclones cõsiderantes sciam & opinionem in ordine ad opinãtes & scientes. Tertia p̃, excusando se ad declarationem distinctionis sciæ ab aliis habitibus intellect⁹, de solertia determinat diffinitiue exẽplariter declarans in diuersis rerum ordinibus &c.

Prius q̃ scientia ab opinione differat. Circa principiũ capituli vbi assignatur drĩa inter scientiam & opinionem ex necessitate & cõtingentia &c. Dubitatur duplr. Primo quia non apparet verum, ꝙ scia & opinio differant propter hoc ꝙ sciæ obiectum sit verum necessarium, opinionis aũt verum contingens, vt in lr̃a dicitur. Exquerimur nãq; qd' multarum opinionũ obiecta sunt vera necessaria, vt patet i opinionibus oppositis De corporum cœlestium mẽ motibus &c. Cum.n. oporteat contradictionis alteram partẽ esse veram, necesse est alteram veri necessarij esse, qm̃ ibi nihil contingens est &c. *Prima secũda q. 67 art. 3. c.* Scdo quia S. T. in prima secundæ. q. 67. expresse determinat, ꝙ scia & opinio non differunt ex parte obiecti, nec ex parte medij, sed ex parte subiecti. Arist. aũt hic ex parte obiecti drĩam Intereas ponit &c. Ad euidentiam huius dubitationis, qm̃ facilis non est. Primo dicendũ est ab solute quid tenendum sit de drĩa inter sciam & opinionem, deinde quid intẽdat hic Arist. & quõ S. T. non dissentit ab eo. Vt aũt certa cognitione percipiatur qd' intendimus, a quid nois inchoandum. Opinio, vt in textu dicitur, incertam cognitionẽ sonat. Incertam aũt non qd' ita ambigua sit, ꝙ ad neutrã partem ɔ̃dictionis declinet; sed quia ita alterã partem ɔ̃dictionis cognoscit vt de opposita veritate formidet. tales siquidẽ nos esse experimur opinantes. Scia aũt (extenso vocabulo) ad cognitionem principiorum immediatorũ, certam vnius partis ɔ̃dictionis cognitionem sonat, adeo, vt de oppositi possibilitate nulla etiam suspicio relinquat. Certitudo aũt in cognitione non nisi ex cogniti euidẽtia est. Infra limites siquidẽ intellectus & eorũ, quæ ipsum perficiunt discurrẽdo nulla alia cã certitudinis in cognitione inuenitur, nisi prædicta. Nec mihi aliqs obiiciat certitudinem fidei nõ esse ex euidẽtia obiecti. *Fidei maior est certitudo, quia diuino lumine, scia vero, cũ lumine intellectus constet quod falli potest, non talis est certitudo.* Qm̃ talis certitudo nõ est intellectus vt sic, sed vt stat sub Imperio volũtatis, propter qd' fides inter virtutes intellectuales numerari non põt &c Ex euidẽtia igitur cogniti certitudo intellectualis est, & ɔ̃nr ex ineuidentia incertitudo, & qm̃ euidentia alicuius cõplexi dupliciter cõtingit, s. vel ex propriis terminis, vt patet in primis principiis, & ex alicuius necessaria connexione visa, ad prima principia: Ideo oĩs cognitio certa vel est circa principia ex terminis nota, vel conclones in illa resolubiles, & resolutas &c. Ineuidentia aũt alicuius cõplexi, qm̃ per priuationem eorũ, quæ euidentiam faciunt, sic multipliciter etiã contingit, vt patet de suspicione, & estimatione, & opinione, vt S. T. in procemio huius libri dilucide docet. *In proemio lectio. 1.* In opinione fit ex eo, ꝙ vel termini ipsi ꝑpõnis, vel connexio conclonis, ad ꝑpõnes alias, quę certę sunt, præseferunt alteram ɔ̃dictionis partem determinatã alteram deiiciendo, sed nõ necessario &c. Differunt ergo scia & opinio penes euidẽtiam & ineuidentiam obiecti, ita ꝙ euidentia sciam facit, ineuidentia aũt (talis) opinionem. Notanter aũt dico (ineuidentia talis) propter duo. Prĩo, quia non oĩs ineuidentia opinionem facit, sed aliqua suspicionem, aliqua existimationẽ, vt dictum est. Scdo, q̃a non intelligo ineuidentiã priuatiue facere opinionem, sed ineuidentiam contrariæ. cũ.n. omne manifestatiuum luminis rõnem habeat. propter qd' & ipse medius terminus lumen conclonis dr̃. imaginor qd' lumen, quo clarẽt quæcũq; cognoscuntur, latitudinem non paruã habeat. & qd' ẽm eius diuersam participationẽ diuersimode res patefiant intellectui. Ita qd' quædã sunt quæ tm̃ in se luminis, seu manifestatiui hñt, ꝙ euidentia intellectui sunt per se, vt principia. Quædã per reductionẽ ad alia vt eorum conclones &c. quædam adeo parum hñt luminis, vt ad euidentiam nõ sufficiat. sufficiat tñ ad determinationem intellectus ad vnam partẽ. qd' est ipsum relinquere cum formidine alterius & hæc sunt opinabilia. Quędam adhuc minus hñt, ita vt nec ad vnam partẽ determinent. licet magis inclinẽt ad hanc q̃ illam, vt suspicabilia. Quędam adhuc minus &c. Talis ergo gradus luminis seu manifestatiui vel ineuidẽtiæ seu obscuritatis opinionẽ facit.

Et, qm̃ talis ineuidentia oritur qñque ex natura ipsius rei cognitæ. qñ. s. ipsum complexum contingẽs est, nullo.n. modo incõplexo contingenti inuenitur aliqd. vnde suæ complexionis euidẽtia ostẽdi possit, qm̃ nec termini eius tale manifestatiuum esse pñt, nec aliqd' medium, qm̃ contingens est. Qñq; aũt oritur talis ineuidentia ex modica participatione luminis intellectus, dũ vel propriis terminorum cõceptibus, vel mediis necessariis carere cõtingit, vel male ordinãt media, vel acies intellectus non figitur, propter phantasmatis motũ &c. Iõ opinio potest esse de contingentibus, & de necessariis, licet diuersimode, quia de contingẽtibus est propter ipsius obiecti nãm, quæ sciri nõ patitur. De necessariis aũt propter ipsius intellectus defectum. Ad Aristo. vero intentũ descendendo dr̃, ꝙ quia opinabile tali ineuidẽtia constat. & duplex est: quoddam ex sui nã, ꝙ s. ex natura sua non põt esse euidens, vt complexum cõtingens. & quoddã ex parte intellectus, ꝙ. s. licet ex se euidẽs esse possit, huic tñ & illi ineuidens et incertum est &c. vt cõplexum necessarium &c. ita de opinione duplr loqui cõtingit. Vno mõ in ordine ad ipsum opinabile secundum se. Alio mõ in ordine etiam ad opinabile quo ad nos &c. Et si sustinere volumus Arist. locutum fuisse de opinione in ordine ad opinabile secũdũ se, necessarium & contingens noiasr sumere oportet ex parte obiecti & dicendũ est secundum ipsum, ꝙ opinio differt a scia, quia scia est veri necessarij, opinio aũt veri contingentis. & ɔ̃nr etiam falsi: quia verum contingẽs mutabile est in falsum &c. & silr cum dixit, ꝙ opinio est acceptio ꝑpõnis immediatæ non necessariæ, intelligenda est cõtingentis &c. Si aũt sustinere volumus ꝙ sermo Arist. sit de opinione vtroq; modo, tũc profundius dicta Arist. intelligere oportet. & diligẽter aduertere, ꝙ Arist. ineuidentiam, q̃ diximus circũloquitur per ly contingens aliter se hr̃e, & euidentiam per ly necessarium &c. intelligẽs per necessarium, necessariũ in se, & in cognitione nostra (& per cõtingens vero) contingens in se, vel in apparentia &c. ita qd' scia differt ab opinione in hoc qd' scia est veri necessarij, vtroq; mõ. i. ꝙ non solum sit necessariũ, sed etiam sit visa sua necessitas. Opinio aũt est cõtingentis, altero modo. i. vel ꝑpõnis contingentis, vel necesse cõtingenter & merito, quia malũ consurgit ex particularibus defectibus, bonum aũt ex causa integra, & hic sensus est magis dignus Arist. qm̃ enucleat opinionis naturam. Vñ magnus Alb. dicit, ꝙ aduerbialiter accipiendum est ly. non necessariæ, cum in textu dr̃, ꝙ opinio est acceptio propositionis immediatæ nõ necessariæ. Et S. T dicit in expositione, ꝙ opinio de his est, q̃ accipiuntur. vt contingentia aliter se hr̃e siue sint talia, siue non &c Nec prætermittendum est qd' opinabile accipi, seu cognosci, vt contingens potest duplr intelligi. Vno mõ, vt (contingẽtia) concurrat, vt conditio cognita opinabilis, & hoc mõ falsum est oportere opinabile apparere vt cõtingẽs nec hoc intelleximus cũ diximus opinabile oportere esse contingens in apparẽtia saltem qm̃ secundum hunc sensum opinio vera de necessariis esset, non solũ diminuta cognitio, sed falsa apprehensio. qm̃ apprehenderet necessariũ posse aliter se hr̃e &c. Alio mõ potest intelligi vt contingentia concurrat vt modus cognitionis seu euidẽtiæ Et hic sensus est verus & intentus. Verus quidẽ. quia opinans cõplexum sibi obiectum q̃tũcũq; sit necessarium in se cognoscit cõtingenter. i. apprehendit tali claritate, qua videtur hoc sic esse, sed non vr̃ qd' non possit aliter esse &c. ita qd' sicut ipsum cõplexum diuiditur p necessarium & contingens, ita etiã cognitio seu claritas eius distinguitur in cognitionẽ per modum necessarij & per modũ contingentis, & illa vocatur claritas necessaria q̃ ostendit sic esse & nõ posse aliter esse, illa aũt contingens, q̃ licet ostẽdat sic esse, non tñ ita quin possit aliter esse. Intentus aũt. qm̃ per hoc vlr, & primo differunt scia & opinio (vt dictum iam est) quia scia necessario attingit obiectũ suum, opinio vero cõtingenter &c Et secundum hoc patet qd rñdendum sit primæ rõni dubitandi. dicendum est n. ꝙ Arist. distinxit opinionẽ & sciam, non ex contingentia, & necessitate obiecti absolutæ, sed ex contingẽtia & necessitate eorũ in cognitione seu apparẽtia. Posset quoque *Notabile fundamentũ huius digressionis.*

& forte

& forte nō male dici ꝙ in principio capituli Arist. separauit opinabile ſm ſe ab ipſo ſm ſe ſcibili, & opinionem a ſcia, ī ordine ad opinabile & ſcibile abſolutę, & poſtmodum in ꝓceſſu capituli inſinuauit vſiorē drīam, q̄ diximus &c. Ad id vero ꝙ diſſenſionē inter Arist. & S. T. inducit dr̄ ꝙ nulla eſt inter eorū dicta ꝯdictio: qm̄ S. T. de opinione vlr locutus eſt, ſiue ex parte obiecti, ſiue cognoſcentis, ſiue aliūde contingat. & dixit, ꝙ non diſtinguit a ſcia ex parte obiecti ſm ſe ſumpti, qa ſcia de neceſſariis eſt, & opinio de neceſſariis eſſe poteſt nec ex parte medij ſm ſe ſumpti, qa qn̄q; idē medium ſi clare videatur connexum cōcſoni, facit ſciam, & ſi nō ita clare, facit opinionem, ſed ex parte ſubi, quia ſcia includit euidentiā abſq; formidine, opinio claritatem q̄dā cū formidine alterius partis. ꝙ nihil aliud eſt dicere, q̄ dicere. ꝙ differūt ex hoc ꝙ obiectum ſciæ neceſſarium eſt non ſolū in ſe, ſed in ſua apparentia, obiectū vero opinionis eſt cōtingens, vel in ſe vel in ſua apparētia, vt Ariſto. dixit, appellauit autem. S. Tho. differentiam hāc ex parte ſubiecti, & nō ex parte obiecti, nec medij, quia nec ex diuerſitate obiecti, nec ex diuerſitate medij. vniuerſaliter prouenit, ſed ſemp eſt ex diuerſitate tali modi cognoſcēdi, q̄ ex parte ſubiecti ſe tenet. & qm̄ formale in opinione eſt ꝙ contingenter, ſeu cum formidine cognitio habeatur &c.

Verus eſt intellectus, ſcia, & opinio, & qd' per hæc dicitur.

Circa illā ꝓpōnem aſſumptam in textu, ſ. ꝙ verus eſt intellectus & ſcia, & opinio, & qd' per hæc dr̄, plura notāda ſunt. Primū eſt, ꝙ quatuor illa vera quę ponit, diſſimiliter veritatem hn̄t. Alia n. rōne verum eſt, ꝙ dr̄ per ſciam & intellectum & opinionē, & aliter ipſa ſcia & opinio & intellectus. illud. n. eſt verum, quia ipſum eſt tale, hæc vero qm̄ illius ſunt cognoſcitiua &c. Sed qm̄ alterius negotij hoc eſt, alibi differendum reor.

Scdm eſt, ꝙ notanter Ariſt. dixit. & qd' per hæc dr̄: & non dixit, & ſubm eorum vel aliquid hmōi. qm̄ res, de quibus ſunt hmōi habitus, poſſunt cōſiderari dupliciter. Vno mō in ſeipſis, & ſic cū complexione careant, eo qd extra aīam nulla complexio eſt, veritatē quoq; neceſſe eſt non habeāt. Alio mō conſiderantur, vt ſtāt ſub ſecunda operatione intellectus: & ſic cōplexionem q̄dam ſortiuntur, & veritatem aut falſitatē adipiſci neceſſe eſt &c. Et ſilr prædicti habitus habent duos terminos. vnum ad quem proxime terminanť, et hic eſt complexū quoddā, ꝙ obiectum eorum dr̄: & alterum, quē vltimo attingūt .ſ. mediāte illo proximo, et illa eſt ees incōplexa, ſ. eſſe ſubiecti, ſm ſuas paſſiones &c. Et ꝓpter hoc dr̄, ꝙ aliud eſt obiectum, & aliud ſubm ſciæ &c. quia ergo talis drīa in hmōi negligenda non eſt, iō Ariſt. notanter dixit ꝙ verum eſt (& qd' per hæc dr̄) qm̄ hoc ſonat cōplexum qd' obiectum eſt, & nō res ipſas abſolutę. nō. n. dn̄r res niſi ad cōplexionem reductæ, niſi forte in prima operatione intellectus qd' propoſitum non impedit &c. Tertium eſt, ꝙ cum dr̄ opinionem eſſe veri, vel ſuſpenſiue ſuſcipiendum eſt, expectando ſubiectā determinationem, qualis veri ſit, quia contingentis. & iō veri & falſi &c. vel quia omnia appetunt bonū. & bonum intellectus conſtat eſſe verum. opinionem eſſe veri, intelligēdum eſt per ſe, quoniam falſi eſt per accidens &c.

Abſoluta ſcientia et opinionis differētia.

Circa ſolutionem ſecundæ qōnis aduertendum eſt, ꝙ ex ea clare habetur drīa opinionis & ſciæ ex parte ſubiecti, q̄ ſupra diximus. qm̄ hinc habetur ꝙ ſcia & opinio differunt p arbitrari & non arbitrari. & fuit adeo intētus Ariſt. hoc in loco, vt inſinuaret hanc drīam, vt prętermiſiſſe videatur ſciam requirere neceſsitate in obiecto, dū eā tacuit, qm̄ clarū hoc erat, & (pp hoc) vt dictū eſt, nō differt primo ab opinione, ſed p euidentiā & ineuidentiā.

Opinio vera & falſa de eodē nō ſunt.

Circa id quod dr̄ in ſolutione primæ qōnis, ſ. qd' non de eodem penitus ſunt opinio vera & falſa, & illā ꝯn̄am quæ ibi fit, ſ. ſi oīno eiuſdem eſſet opinio vera & falſa, nō opinaretur, q falſo opinaretur. Dubitatur. quia nō ſolū de eadē re, ſed de eodem enūciabili non incōuenit aliquē habere veram opinionē, & aliquem alterū falſam. de hoc enim enūciabili epiciclos eſſe, cum duæ ſint opiniones cōtradictoriæ oppoſitæ, neceſſe eſt alterā eſſe verā & alteram falſam. Et confirmať. quia niſi opinio vera & falſa eſſent circa oīno idē, ſed ſolū circa idem ſubto, vt in litera dicitur opiniones oppoſitę nō eſſent incōpoſsibiles, quia ſm diuerſa reſpicerent vnum ſubm &c. Ad hoc dr̄, ꝙ quia opinionē eſſe alicuius nihil aliud eſt q̄ illud eſſe opinatum vel opinabile, & opinionem verā eſſe alicuius, nihil aliud eſt q̄ illud opinatum eſſe verū, opinionem falſam eſſe alicuius nihil aliud eſt q̄ illud opinatum eſſe falſum: ꝯn̄s eſt, ꝙ opinionem veram & falſam eſſe oīno eiuſdem, nihil aliud ſonat q̄ qd' idē oīno opinabile ſit ſimul verum & falſum. Hoc aūt cum manifeſte impoſſe ſit, relinquitur ꝙ impoſſe ſit oīno eiuſdem obiecti eſſe opinionem verā & falſam, licet poſsit eſſe eiuſdem ſubiecti &c. Valet aūt ꝯn̄a illa, quia ſi oīno eiuſdem obiecti eſſet opinio vera & falſa veritas opinionis nō attenderetur ſecundum adæquationē, vel conformitatē ad ſic eſſe in re, vt opinio dicit, ſed cōſiſteret in apparentia, & tūc quodcūq; appareret eſſet verū, & quia quilibet opinatur ſm ꝙ ſibi apparet, quælibet opinio eſſet vera, & ꝯn̄r nulla eſſet opinio falſa. & ꝯn̄r qui opinatur falſo, nō opinaretur, ſicut ſi nullus hō eſſet albus, quicūq; haberet albedinē, non eſſet homo &c. Ad argumentū in oppoſitum dr̄, ꝙ cū idem ſit iudicium de oppōne & veritate & falſitate opinionū & enunciationū, & enunciabiliū, vt ex fine ſecundi perihermenias habetur: ſicut impoſſe eſt idem oīno enunciabile eſſe ſibiipſi oppoſitū, ita impoſſe eſt q de eodē oīno ſint oppoſitæ opiniones &c. Sed ſicut enūciabili affirmatiuo vero, vt ibidem dr̄, opponitur negatiuum de eiſdē terminis, & affirmatiuū de oppoſito, ita opinioni veræ, de aliquo affirmatiuo, opponitur opiniones non de eodē, ſed de negatiuo eorūdem terminorū & de affirmatiuo ꝯrij. vn̄ non ſunt opiniones oppoſitæ de hoc enūciabili epiciclos eſſe, ſed vna opinio eſt cuius ꝓprium obm eſt epiciclos eſſe, altera q̄ dicit, epiciclos non eſſe &c. Cōſtat aūt ꝙ aliud enūciabile eſt epiciclos eſſe. & aliud epiciclos non eſſe. Falluntur aūt in hac re minus cōſiderantes. ex eo ꝙ non ſolum eiuſdē ſubiecti. ſed etiam p̄dicati contingit eſſe diuerſa enūciabilia &c. Et p hoc patet rn̄ſio ad cōfirmationem. qa opiniones oppoſitas nō oportet eſſe circa idē omnino obm ad hoc vt ſint incōpoſsibiles, ſed ſufficit ꝙ ſint circa idē ſubm & prędicatum ꝯdictorię, cōplexa vel circa idē ſubm. & prædicata oppoſita. Et nota, ꝙ cū dicit opiniones oppoſitas ſeu verā & falſam nō eſſe eiuſdem omnino, intelligiť, vt proprij obiecti, nihil. n. ꝓhibet opiniones oppoſitas eſſe eiuſdē oīno ꝯn̄æ, opinio nāq; arbitrans epiciclos nō eſſe, ꝯn̄r deſtruit epiciclos eſſe. & ſic eſt p ſe primo negatiui & quodāmō eius oppoſiti &c. Aduertendum quoq; eſt. ꝙ qa nihil refert in ꝓpoſito, an circa idem ſubm opinemur ꝯria prædicata, an idē prædicatum, affirmatiuę et negatiuę, qm̄ vtrobiq; eſt idētitas ſubiecti, & non identitas omnimoda, iō Ariſtot. propoſito inſiſtens abſq; diſtinctione dixit, eiuſdē omnino non eſſe opinionem &c. veram & falſam.

In fine ſecundi perihermenias.

Circa ipſam ſolutionem primæ qōnis, dubitatur, an verum ſit, ꝙ eiuſdem oīno obiecti non poſsit eſſe ſciētia & opinio &c. Vr̄. n. ꝙ hoc nihil prohibeat. qm̄ ſcientia & opinio nihil ponunt aut poſitū connotant in obiecto p qd' differant. vt ex dictis patet qm̄ ex mō cognoſcēdi differunt. & ſi ſic eſt, nihil apparet ex parte ſciæ, aut opinionis, ꝙ vetet eas in vnū conuenire obiectū. Et confirmatur. qm̄ experientia docet ꝙ huius enūciabilis Deum eſſe vnum, contingit vnū rōnem aliqualem hr̄e, et demōſtrationē nō penetrare, adeo ꝙ cū formidine alterius partis intellectus reſtet, alterum aūt penetrare, & tunc manifeſte eiuſdem oīno erit opinio, cuius eſt ſcia &c. Ad hoc dicitur multiplr. ſm ꝙ multis modis contingit loqui de opinione et ſcia &c. Si. n. ſequendo primū ſenſum ſuprapoſitum, ſermo ſit de ſcibili & opinabili ſm ſe, clara eſt rn̄ſio: ꝙ. ſ. impoſſe eſt idē oīno eſſe ſcibile, tam in eodē q̄ in diuerſis, ſiue ſuppoſitis, ſiue tpibus. qm̄ ſcibile ex propria nā eſt enūciabile neceſſariū, & opinabile ex ſe eſt contingens, & impoſſe eſt transferre cōtingens in neceſſariū, & econuerſo &c. poſſe eſt tn̄ eiſdē quodāmodo eſſe ſciam et opinionē ſimul. qm̄ nō inconuenit circa idem ſubm ſimul diuerſa cōſiderare, alterū opinādo, alterū ſciēdo &c.

Eiuſdē obiecti formaliter opinionem & ſciam eſſe eſt impoſſibile.

vt de se patet. Tenemus.n.de multis subiectis aliqua demonstratiue scientes illis conuenire, aliqua vero opinantes ꝙ eis insint &c Et secũdm hunc sensum saluatur similitudo in textu adducta inter idẽtitatem veri & falsi opinabilis, & idẽtitatem scibilis & opinabilis: qm̃ sicut ibi nõ erat identitas oĩmoda, seu ꝓm subm̃, ita hic non est identitas omnimoda. qa non est idẽ enunciabile scibile & opinabile, sed ꝓm subm̃ quia contingit cõicare in subto, opinabile & scibile &c. Et huic sensui multum fauẽt oĩa, quæ dñr in hoc cap &c. Si aũt sit sermo de scibili & opinabili nõ ꝓm se & absolute, sed in ordine ad vnũ hoĩem, & simul, sic dr̃ ꝙ impoĩe est idem oĩno esse scitum & opinatum: qm̃ sequeretur qđ idem oĩno enũciabile esset huic simul euidens & inuidẽs, certum et incertũ, necessario acceptũ, & incontingenter, ꝙ est impoĩe &c. possibile tñ est eiusdem quodãmodo esse sciam & opinionem in eodem simul &c. qm̃ non inconuenit de eodem subto, puta Sole, aliqua opinione, puta ꝙ moueaᷣ eccẽtrice, & aliqua scia, puta ꝙ accessu & recessu causet gñationem & corruptionem &c. teneamus. & ꝓm hũc quoqꝫ sensum saluatur similitudo supradicta: qm̃ non contingit idẽ enunciabile, sed idem subm̃ esse opinatũ & scitum simul ab eodẽ &c. & hic sensus a S. Th. ex textu sumiᷣ. Si aũt sic sermo de opinabili et scibili nõ ex meritis obiecti, nec ex ordine ad eundem, sed simplr̃ de opinabili & scibili, duplr̃ rñderi potest qõni motæ. Primo concedendo ꝙ nõ incõuenit eiusdem oĩno esse opinionem & sciam, qm̃ idem enunciabile põt ab vno opinatiue teneri, & vere, & ab altero vera scia haberi &c. vt experimur quotidie. & licet negare hoc sit indisciplinati, attamen declaraᷣ sequendo similitudinem Arist. Sciendum est nãqꝫ ꝙ iõ opinio vera & falsa non possunt esse oĩno eiusdem, qa veritas & falsitas in opinione ex esse rei oritur, qm̃ ab eo ꝙ res est vel non est orõ dicitur vera vel falsa &c. Et sic sequeretur ꝙ idẽ omnino esset & nõ esset simul, si idem oĩno esset verę & falsæ simul opinatum &c. Certitudo aũt sciæ, & incertitudo opinionis, non vr̃ oriuntur ex rerum, aut mediorũ conditionibus (vt superius declaratum est.) & iõ si idem omnino est scitum & opinatũ, non sequitur ꝙ idẽ oĩno habeat in se condõnes oppositas. sed solũ ꝙ habeat oppositas condõnes, puta certitudinem & incertitudinem in aĩa, hoc aũt non inconuenit in diuersis hoĩbus, licet in eodem (vt diximus) sit impoĩe. Qđ.n. inconueniens sequitur, si vnum enũciabile mihi certũ, tibi dubium est. Et confirmatur. qa sicut nihil prohibet idem oĩno enunciabile esse notũ tibi & mihi ignotum, ita nihil prohibet mihi esse certũ & tibi incertũ, certitudo etenim & incertitudo modi cognitionis sunt. Et licet hæc rñsio sit verissima non tñ est hic intenta ab Arist. vt expresse patet in litera. Nec putet quisqꝫ hoc esse cõtra Aristo. qm̃ verum

In fine. vero non est contrariũ, vt dicitur in Secundo Periherm. Et qđ ipse dixit, verum est, & qđ nos &c diuersimode, vt ex p̄cedentibus patet. Nec obstat ꝙ eius similitudinẽ in dissimilitudinẽ vertérimus, qm̃ similitudo est & non identitas. imo & hoc ipsum confert discretioni eiusdẽ, vt sciatur in quo assimilatio sit, et in quo nõ &c Posset forte aliter dici, loquendo etiã de opinabili & scibili vr̃ & simpliciter, ꝙ opinio & scia non sunt eiusdem oĩno, sed quodãmodo: quia licet sint eiusdẽ enunciabilis, tñ illud enunciabile non eodem mõ se habet vt relatum est ad sciam, et vt relatum ad opinionẽ: qm̃ vt respicit opinionem, induit rõnem contingentis. vt autem respicit sciam, habet rationem necessarij. Sed hæc rñsio, licet sit vera, non tñ videtur textui cõformis. Tũ quia titulus dubitationis ab Aristo. motæ est, an istæ denoĩationes. s. sciri, & opinari, possint idem denoĩare, an non: & rñsio eius est, ꝙ non denominant idem oĩno, sed idem ꝓm subm̃ &c. ista aũt rñsio vltimo inducta dicit idem oĩno enunciabile denominari scitum & opinatũ &c. Tum quia diuersitas illa, q̃ ponit dicta rñsio, non est diuersitas varians obiectũ, sed tantum est distinctio modi attingẽti idem obiectum &c. Distinctio.n. eiusdem enũciabilis, per hoc ꝙ induit rõne contingentis, vel habet rõnem necessarij, est distinctio secundum modos, quos in aĩa habet, qui obiectum nõ variant. Arist. aũt expresse vult varietatem obiecti esse inter scitum & opinatũ &c. Posset tñ hæc rñsio palliari dicendo. ꝙ licet nõ sit hic distinctio obiectorũ absolute, est tñ distinctio obiectorũ in esse cognito, & qđ oĩa, quæ Aristoteles dicit de diuersitate obiecti, intelligenda sunt vr̃ loquendo in esse cognito. Voluntaria tñ videtur expositio magis q̃ textus interpretatio, eo qđ similitudo adducta in textu non habet locum, & verba Arist. ibi dictis, ꝙ scia & opinio sunt eiusdem, quia hoĩs, & nõ omnino eiusdem, quia scia est veri hoĩs, opinio non veri hoĩs, saluari, non nisi extorte vñr. posset nãqꝫ dici, ꝙ similitudo tenet quo ad non oĩmodam identitatem, sed nõ quo ad modum non idẽtitatis. & qđ illa verba intelliguntur de eo, ꝙ non est homo, in esse cognito, seu ꝓm apparẽtiam, vt dictum est. ac si dixisset, ꝙ scia est necessarij. apparẽtis necessarij, & opinio apparentis cõtingentis &c. Quicqđ igitur intenderit nõ est inutile cognouisse, & hanc rñsionem, qm̃ vera & principali intento proficua, multa expressit &c. Ad rões ergo in oppositum nõ oportet aliter respondere, qm̃ loquendo de opinione et scia simplr̃, verum est, ꝙ eiusdem oĩno obiecti esse possunt, sed non eodem mõ. vt ex tertia & quarta rñsione patet. nec hoc negauit Arist & si negasset falsum dixisset. loquendo aũt de opinione & scia, ex meritis obiecti, sic est impoĩe esse eiusdem, vt prima rñsio dicit, & silr̃ loquendo de eisdem in eodem simul, vt secunda rñsio dixit &c quarum alteram vel vtrãqꝫ Aristo insinuare voluit &c.

Circa conclusiones illas corollarias, Aduertendum est primo, ꝙ quia Aristo. in eis expresse ponit dr̃iam inter idem opinari & sciri ab eodem hoĩe, & diuersis, in eodẽ tempore, & diuersis, primam rñsionem a se expellere videtur qm̃, si opinabile, non est idem omnino qđ scibile, iõ quia opinabile est in se contingens, & scibile necessarium, & iõ est quodammodo idem quia idem est subm̃ vtriusque, sicut nec respectu vnius hoĩs, ita nec respectu plurium contingit, idẽ oĩno esse opinatum & scitum, & sicut respectu plurĩũ contingit idem ꝓm subm̃ esse opinatum & scitum, ita respectu vnius. possum.n ego opinari aliquid de Deo scire aliquid de eodem, & silr̃ est respectu eiusdem tp̃is diuersi. Sicut.n. impossibile est idem oĩno esse simul necessariũ & contingens. ita & successiue quia non fit mutatio de contingenti in necessariũ, nec econuerso. & silr̃ idem subto esse necessarium contingens ꝓm diuersa simul, nulla repugnãtia est &c Et sic nullam dr̃iam facit ad idẽ esse opinatum & scitum, pluralitas suppositorum, vel tẽporum. cuius oppositum Arist hic dicit propter qđ sola secunda rñsio textui conformis vr̃ qm̃ vt ex ea patet, multũ refert an ab vno, an plurib⁹, an simul, an distinctis tp̃ibus idem oĩno sit opinatum & scitum, licet nulla dr̃ia sit an ab vno vel pluribus simul vel successiue idem quodãmodo sit opinatum & scitum &c. propterea qñ in textu dr̃, ꝙ alio vnumquodqꝫ esse contingit eiusdem. sicut dictũ est. ly. sicut dictũ est) non refert ly eiusdem. qm̃ non est sensus, ꝙ in alio contingat idẽ quodammodo esse opinatũ & scitum, sed qđ in alio contingit idem oĩno esse opinatum & scitũ sed refert totam cõclusionem, q̃ ex dictis sequitur &c. Si quis tñ pro reuerẽtia Arist. cui etiam quæ nũqꝫ actualiter cogitauit vera tñ a posterioribus attributa sunt. q̃ņum congrue posset adaptare rñsionem textui saluabitur ista nunc dicta dr̃ia, inter vnum & plures opinãtes Dixi autem pro reuerentia Aristo. qm̃ minus dignum Aristo. videtur, ꝙ particulariter determinauerit qõnem hanc, & iuxta quartã rñsionem vr̃ sic decisio &c. Posset tñ aliter inducendo has conclusiones, p̄spicacitas Arist. saluari, tenẽdo primam rñsionem in præcedenti dubio positã esse intentã ab eo. & dicendo, ꝙ primo soluit qõnem intuendo opinabile & scibile secundũ se, seu ex parte obiecti, & deinde in his conclusionibus locutus est de opinabili & scibili in ordine ad vnum vel plures, simul vel successiue. Aduertẽdum est secundo, ꝙ licet prima conclo corollaria, iuxta secũdam responsionem sic conclo principalis, & non fuisset separãda a superioribus vt tñ via detur facilior ad supradicta, separauimus eam, & etiam quoniam hic explicite meminit Aristo. vnitatis & pluralitatis, opinãtium, simpliciter vel secundum tempus &c.

Eadem not. tertia.

A Num impossibile est idē oino enūciabile opinari & sciri ab eodem simul.

Circa hanc partem occurrit dubiū. An verum sit vl̄r, ꝙ impossibile sit idem oīno enunciabile opinari & sciri ab eodem simul &c. Videtur enim ꝙ non sit vl̄r verum. primo quia nihil prohibet idē enunciabile ab eodē simul teneri per mediū contingens, & per medium necessariū, vt continue experimur in sciētificis processibus, vbi probabilia necessariis annectunt: opinio aūt & sciā in hoc differunt, quia illa ꝑ medium contingens, hæc per necessarium est. ergo &c. Scđo quia contingit eidem enūtiabili necessario ab eodē assentiri simul per duo media, quorū vnum est vere necessariū, & alterum est contingens. existimatum tñ est necessarium, & tunc cū assensus per vere necessarium sit scientificus, ꝑ apparens aūt necessarium sit opinatiuus, sequitur in eodē simul esse sciam & opinionem eiusdem oīno &c. Casus est possibilis, & oīa assumpta manifeste sunt vera preter hoc, ꝙ assensus ꝑ medium contingens apparens necessariū sit opinatiuus et hoc probatur. Quia si talis assensus nō est actus opinionis assignetur cuius habitus actus sit, & nisi quis fingat aliquē alium habitum ab his quos in intellectu posuit Arist. nō inueniet nisi id qđ dictum est. ergo &c. Tertio quia si aliqd impediret opinionem & sciam eiusdem esse in eodem simul, hoc esset oppositio euidētis & ineuidētis, certi & dubij quæ est inter opinionem & sciam. Sed hoc non impedit, qm̄ medium necessarium & contingens possunt dupliciter inueniri. Vno mō seorsum causantia suos ꝓprios effectus. & sic circa idem causant assensus condōnum incompossibilium: quia vnus est certus, & alius dubius & hoc modo clarum est ꝙ sciā & opinio eiusdem in eodem non sunt. Alio mō inueniuntur simul causantia vnicum assensum certum & nullo mō dubium. Qui rōne medij ꝓbabilis opinatiuus rōne medij necessarij scientificus est, & sic vnus assensus erit vtriusq; habitus simul, opinionis .s. & sciæ &c Q. aūt hæc distinctio non sit fictitia declaratur exemplo. & sol candela accēsa, si sumantur vt seorsum causantes lumina, sic causant lumina condōnum incompossibilium, qa illæ causat lumen clarum, hæc obscurum: impossibile est. n. idem lumen esse clarum & obscurum. Si aūt medium illuminatum illo lumine obscuro recipiat solem, tūc simul sol & candela causant vnū numero lumen, vt duo agētia partialia. clarum est. n. ꝙ cādela non desinit tunc illuminare. Silr̄ his se hn̄t opinio & sciā.

Rňsio. Quare simul possunt esse in eodē &c. Ad hæc dr̄. præmittendo ꝙ non est pn̄tis intentionis discutere an simul contingat actualiter opinari & scire idē, ita ꝙ non inquirimus an intellectus possit habere simul plures actus circa idem, sed sufficit nostro ꝓposito an simul possimus habere habitum opinionis & sciētiæ circa idem oīno. Et ad hoc dr̄ cum Arist. ꝙ non, & rō est, quia cum opinio & scientia circa idem opponantur primo sm̄ certitudinem & incertitudinem ex parte subiecti, nō medij. neq; obiecti. & impossle sit opposita sm̄ id in quo opponūtur aduDnari. non pōt fieri vt opinio & sciā eiusdem omnino sint in eodem subiecto simul &c. Q. n. opinio & sciā opponantur secundū certitudinem et incertitudinē ex textu patet. Q. aūt talis certitudo & incertitudo vl̄r se teneant ex parte subiecti, & nō obiecti nec medij declaratur. primo qđ non ex parte obiecti, quia de eodem oīno enunciabili cōtingit esse opinionem & sciam in diuersis, (vt diximus) & tunc est manifestū quod æqua est certitudo obiectalis vtriusq;. Deinde ꝙ non ex parte medij. Tū quia non oīs opinio est per mediū, sed contingit opinionem esse propositionis immediatæ, vt in textu dr̄, & ꝓñr ex parte medij non potest vl̄is dr̄ia assignari inter opinionem & sciētiam. Propter ꝙ Albertus dicit, ꝙ notāter Aristo. dixit opinionem esse acceptionē immediatæ ꝓpōnis, vt sciamus a fortiori ꝙ & mediata & immediata sub opinione cadunt. Tū quia contingit per idem mediū in altero debilioris ingenij fieri opinionē, & in altero sciam. Et tunc certitudo medij æqua est in vtroq;, quia idē est &c. Vltimo ꝙ sit ex parte subiecti. Tū propter sufficientem diuisionem. Tū ex quid nōis ipsius opinionis. Oēs. n. tunc nos opinari arbitramur & dicimus, qñ in intellectu nr̄o formido aliqua remanet alterius partis vndecūq; veniat formido illa, q̄ nil aliud est q̄ non plena determinatio intellectus ad hanc partē, & tunc scire arbitramur & dicimus, cū absq; formidine alterius partis alteram certā intellectus (non volūtas) habet &c. Ad argumentum vero primum in oppositum dr̄, ꝙ licet contingat idē enunciabile cognoscere simul ꝑ medium contingens & necessarium, non tñ contingit illud simul opinari & scire. Nō enim distinctio ex parte medij sufficit ad distinctionē opinionis & sciæ, sed exigitur, vt dictum est, incertitudo ex parte subiecti. Et aduerte prout dicit S. T. tertia par. q. 9. art. 3. ꝙ sicut in gn̄atione subs̄ formam antecedunt dispositiones, & in aduentu formæ corrūpuntur & firmiores cōcomitantur, ita ī processu sciētifico opiniones ꝑ probabilia media præcedunt demr̄ationem, sm̄ q̄ introducitur scientia, & in aduentu sciæ desinunt quidem opiniones, sed concomitantur firmiores existimationes ꝑ illā & media probabilia. Hn̄tes. n. media demr̄atiua facilius & firmius probabilia cōiectamus & possidemus. Et hoc notandum est non parū, qm̄ liberat a laqueo venantiū &c.

Tertia par. q. 9. art. 3.

Ad secundum dr̄ admittendo casum, sed negando qđ assentire ꝑ medium contingens existimatū necessariū sit actus opinionis. Et cū quæritur, cuius ergo habitus actus est? dr̄ ꝙ est actus ignorātiæ praue dispōnis, & nō oportet fingere nouum habitū. Ad tertium dr̄, ꝙ illud argumentum si aliqd concludit, concludit id qđ diximus in rn̄sione ad primum, ꝙ .s. simul per mediū probabile & necessarium assentire cōtingit. Et exēplum & declaratio adducta nihil aliud indicant, qm̄ claritatem et obscuritatē medij concernūt. Sed ex hoc non sequit̄. ergo opinio & sciā stāt simul. Qm̄ iam declarauimus ꝙ obscuritas & claritas sm̄ quas differunt sciā & opinio ex parte subiecti se tenent. Argumentū aūt procedit ac si se tenerēt ex parte causæ Quapropter dicta (a Durando) in illo argumento quo ad distiōnem illam et exēplum sint in declarationem & robur eorum, q̄ diximus in rn̄sione ad primum &c.

Circa vltimam partē capituli aduertendum est, ꝙ Aristo. solertiæ et opinionis, et intellectus tm̄ meminit de sciā tractans, reliquorum habituum dr̄ias aliis relinquens Fecit aūt hoc, qm̄ intellectus principium est sciæ, quæ conclusionem respicit, opinio aūt & principiorum & conclusionum est. Solertia aūt medij cōiectatrix est, a natura initium lumens & ab exercitio promptitudinē. Reliqui aūt habitus extranei a scientiæ proposito sunt.

Quod habitus intellectuales scientiæ conferant.

Additionum super Primo libro Posteriorum analyticorum. Finis.

ARISTOTELIS

POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER SECVNDVS.

De quæstionibus quot & cuius sunt. Cap. 1.

T. com. 1.

Circa scd̄am conclōnē aduertendum est, ꝙ methodus sibi tradita ad inueniendū quod quid est, nō vniformiter ab illustribus expositoribus intelligit, propter qd̄ decreui singulorū intellēs ponere: vt via ad inuestigandū quod quid est facilius ex diuersis adiunctis vijs habeat. Auer. ergo & Alber. moti ex illo verbo totū & diuisione statim facienda in atoma, vnanimiter sentiūt ꝙ Arist. intendit hic tradere viā venandi quod quid est specie, subalternæ, diuersimode tn̄ illā interpretant. Auer. siquidē quatuor obseruāda accipit Diuidendū primo dicit ipm̄ subalternū in spēs diffiniendas: deinde singulas spēs: accipiendū deinde id, qd̄ cōe est in oībus diffinitionibus: & anteponendū demū genus illius subalterni: & sic habebit diffinitio subalterni. Vt si ꝟ g. lineæ quod quid est quærit, diuidatur linea in suas spēs, puta rectam & circularē: & deinde diffiniantur illæ spēs: dicendo linea recta est longitudo sine latitudine: cuius mediū nō discrepat ab extremis. linea circularis est longitudo sine latitudine, a cuius centro ad circūferentiam oēs lineæ ductæ sunt æquales: accipiatur deinde totū id, in quo cōicant hæ diffōnes, puta lōgitudo sine latitudine: & ꝑponatur huic eius genus, puta quātitas, hoc erit diffinitio lineæ. s. quātitas longa sine latitudine. Et addit Auer. ꝙ hæc via, etsi facilior sit q̄ via diuisionis, & sit iter s̄m ordinem naturæ, quoniam gn̄a sunt cōposita & spēs simplices, Aristo. tn̄ eam sufficientem nō reputauit, sed dialecticos locos ad demōstratiuā artem trahere oportet. Albertus autē magnus aliqualiter dissentit, qm̄ sex faciēda cēset. primo diuidi vult ipm̄ subalternū diffinibile scd̄o diffiniri spēs singulas s̄m artem datā in præcedenti conclusione. tertio sumi genus primū. quarto passiones, i. d̄rias proprias. quinto ꝙ in acceptione talium differentiarū a cōioribus ꝓcedatur cōponendo vsq; ad atomas sub illo subalterno sexto ꝙ assumatur totū id in quo conueniunt oēs illarū specierū diffinitiones: & sic ex illis diffinitionibus erit manifesta diffinitio subalterni. Exemplum aliud adducere nō oportet, sed vtere supradicto. Sanctus Thomas aūt non motus ex illo verbo, cum totum aliquod &c. quoniam non est opus intelligere, per iy totum vniuersale tale ꝙ habeat differentias formales, sed sufficit intelligere totum vl̄e & totum diffinibile, vt sic & infima & suprema excludantur, & silr non mutatus ex diuisione statim in atoma facienda, quoniam hoc, vt patebit, alienum ab intento nō est: opinatus est ꝙ Aristoteles absolute loquatur & non magis de subalterni quod quid est: q̄ specialissimi. Et sex secundum ipsum, obseruanda accipi possunt. primo ꝙ fiat diuisio subalterni gn̄is secundo ꝙ tententur diffōnes specierum, in quas facta est diuisio. tertio ꝙ accipiatur genus primum. quarto ꝙ propriæ passiones illius, ꝙ diffiniendum est, aspiciantur secundū se & earū causas quinto ꝙ aspiciendo tales passiones debemus ad primum genus primo recurrere & in eo inuenire cām passionis, & sic sexto descendere obseruatis conditionibus inferius declarandis. Est aūt singulorū seruitiū: id quod nunc dicet. Diuisio subalterni in atoma extremorū ex inferiori parte cognitionem parit. Tentatio aūt ad diffinienda ipsa extrema accepta. acceptioni generis primi, quę tertio loco facienda est, deseruit. Tentare enim diffinire nō est diffinire: sed cōditiones potius descriptiuas considerare, ex quibus primum genus elicitur. & sic ex vtraq; parte: terminis stabilitis, facilior fit venatio mediorum. Intuitus autem passionum differentiarū notitiā facit, qm̄ eæ passionū sunt ipsæ fortæ a quibus d̄riæ sumuntur. Recurrere vero in consideratione passionū ad cōe genus oportet, qm̄ vt in quinto cap. primi libri dictū fuit: sic oportet inuenire, subiectū proprium ipsius vl̄is. Descendere autē postmodum oportet: qm̄, vt infra dicetur, nisi sic fieret saltus in diffinitione accideret: qui vitandus est. Q. conformis quoq; sit expositio illa textui, ex ipso textu liquet & præsertim ex quarto & quinto obseruandis. Expresse siquidem in litera dicitur, ꝙ oportet passiones considerare per communia prima, & assignatur huius causa, quoniā ea, quæ cōueniunt compositis propter simplicia seu atoma ex diffōnibus compositorum fiūt manifesta: quoniā simplicia illa, quibus p se insunt passiones, principia sunt

diffinitionum

Rore esse mosa methodus inuestigandi qd quidem.

Nicol. 18. Auer.

Albertus.

S. Tho.

T. cō. 14.

diffinitionum compositorum. Ex hoc.n. clare habetur, ꝙ quia ipsæ passiones ex diffinitionibus manifestantur a priori, ab eis a posteriori venandæ sunt diffinitiones, & quod primo ab atomis inchoandum est, quia principia aliorum sunt &c.

In eodem capitulo Argyropilum vide T. cō. 19.

Circa tertiam concl'onem aduerte ꝙ (vt ex alia translatione habetur) litera nostra defectiua vr̄, non tn̄ variatur sententia, propter quod posuimus probationem cōclusionis, vt ex alia translatione habetur. Et consistit in hoc ꝙ quia diffinitio ex duobus constat, gn̄e.s. proximo, & vltima dr̄ia, et ipsum genus proximum vnum per se esse, ex superiori genere & eius differētia constitutum, & iterum ex illo genere proximo & differētia vltima vnum per se fit, spēs s. oportet colligentem diffinitionem per diuisiones, ordinatæ incædere a cōioribus ad minus communia. Si.n. præpostero ordine incædatur, nō fiet vnum per se, ex priori & posteriori, sicut ex propria potentia & proprio actu, vt magis ex dicendis apparet &c.

An dicere animal mansuetum, et econuerso sit idem.

Circa eandem concl'onem occurrit dubium, qm̄ (in secundo peri herme.) dicitur ꝙ transposita nomina idem significauit. Si aūt idem significatur, cum dicitur aīal mā suetum, & cum dicitur mansuetum aīal, qūo verum est, ꝙ differt dicere aīal mansuetum, & mansuetum animal, opposita ergo vr̄ docuisse hic et ibi &c. Ad hoc dicitur, ꝙ quia sermones accipiendi sunt ſm subiectam mām, & ibi de enūciationis vnitate, hic vero de diffinitione sermo est, oportet diuersimode intelligere ea, q̄ in his locis dn̄r. Enunciationem non variari ex transpōne nominum ibi docuit, eo ꝙ aliter sequeref ꝙ vnius affirmationis essent duæ negationes, & ecōuerso, vt clare deductum est illic: diffinitionis vero & viam & vnitatem impediri ex transpositiōe noīum docet modo. & in via diuisiua quidem quantam differentiam faciat trāspositio, manifestum est. Multum.n. refert, si aīal præpono, & diuido ipsum per domesticum & syluestre, & si econuerso, domesticū prępono, & diuido ipsum per animatum & inanimatū &c. Transmutatur siquidem ex tali transpōne genus in differentiam & econuerso &c. Vnitas aūt diffinitionis, ꝙ impediatur ex tali transpōne, liquet ex eo qđ diffinitio debet explanare rem ordine naturæ a prima potentia vsq; ad vltimum actum, ita ꝙ semper ex priori & posteriori fiat vnum, sicut ex potētia propria & actu proprio. hoc autem si postponenda præponuntur fieri non pōt, quoniam tali transpōne facta, posterius non erit actus & perfectio prioris, sed econuerso. Quia igitur enunciatio non tot exigit quot diffinitio, ideo transpositio enunciationi non nocet, sed diffinitioni &c. Ad rōnem in oppositum dicitur, ꝙ licet idem significent est aīal mansuetum, & est mansuetum animal, sicut est homo albus & est albus homo, vt ibi dicitur, & per hoc nō varietur enunciatio transposito nomine: ex hoc tn̄ non sequitur, ergo nō differt in diffinitione, quid prius & quid post ponatur, qm̄ diffinitio non solum exigit significata nominum & eorum vnitatem, sed motum vnitatis.s. ꝙ ex eis secundum nāæ ordinem fiat vnum per se, ꝙ transpositio nominum violat, & sil'r ex identitate significati non sequitur ꝙ via diuisiua indifferenter possit transponere. qm̄ oportet diuisum præponere & diuidentia sequi, & non indifferēter, hoc aut illud diuisiuum, & econuerso &c.

Quo in opposita est facienda diuisio.

Circa rn̄sionem datam in textu cuidam tacitæ qōni ante sextam concl'onem immediatę aduertendum est, ꝙ opposita esse immediata seu quibus nihil interest, est intelligendum non solum de immediatione inter se, sed etiam de immediatione inter ipsa & diuisum. oportet siquidem opposita, in quæ fit diuisio & esse imediata inter se, ita ꝙ nihil inter ea cadat medium, aliter diuisum nō necessario euacuaretur per talia opposita, vt patet in diuisione coloris per album & nigrum in tali nāq; diuisione non est necesse totum diuisum euacuari &c. oportet quoq; talia opposita immediatæ cōtineri sub diuiso, aliter idem accideret inconueniens, vt patet si diuideretur q̄titas in parem et imparem. est ergo sensus ꝙ qn̄ fit diuisio alicuius in opposita, quibus nihil interest, tam inter se, q̄ inter se & diuisum non est opus petere ꝙ totum diuisum euacuetur, qm̄ hoc est necessarium, & hoc ostēdit probatio sequēs, cum dicit, qm̄ talis diuisio fit per illius diuisi dr̄ias, & nō per dr̄ias alicuius inferioris &c. Nec obstat si ex hoc sequatur ꝙ nullius generis habentis spēs plures duabus diuisio per veras differentias & proprias est sufficiens si fiat bimembris. Fatendum est.n. ꝙ talis diuisio bimembris est insufficiens simpliciter & formaliter, potest tn̄ esse aliquando sufficiens, si fiat diuisio per veras differentias extremas, qm̄ habendo extremas quodāmodo habentur mediæ: quoniam mediæ dr̄iæ ex extremis constant, vt dicitur. in. 10. metaphy. & vniuersaliter principiis habitis principiata quodammodo habentur.

T. cō. 13.

Circa sextam conclusionem nihil notandum occurrit nisi ꝙ Arist. vocat genus & differentiam prędicata in eo quod quid est, non qđ opinetur differentiam prædicari in quid, sed quoniam ingreditur, & est pars intrinseca ipsius quod quid est: & subdit ꝙ per problema de genere vtrūque manifestum fiet: qm̄ problema defferentia non ponit in numerum cum problemate de genere, vt in topicis manifestandum est &c.

Quæ prædicata in eo qđ quid est.

1. Topico. cap. 3.

Circa septimam concl'onem occurrit vnum dubium, qm̄ ibi dicitur ꝙ facilius est singulare diffinire q̄ vl'e, & ideo oportet ex singularibus in vl'ia ascendere. videtur.n. hoc esse contrarium & veritati, & ipsi Arist. & S. T. Veritati quidem, qm̄ impossibile est diffinire singulare i minus vniuersale, non prędiffinito magis vniuersali, qm̄ minus vniuersale actu & intellectu includit vniuersalius. Si autem hoc est impossibile, qūo potest verificari ꝙ sit facilius? Ipsi Arist. vero, qm̄ in procemio, physicorum expresse dicit, ꝙ ex vniuersalioribus tāq̄ ex notioribus nobis, in minus vl'ia procedendum est S. Th. autem qm̄ in procemio Metaphy. dicit ꝙ magis vniuersalia sunt magis nota & faciliora ſm simplicem apprehensionem constat.n. ꝙ simplex apprehensio diffinitiuam cognitionem importat &c. Ad hoc dr̄ ꝙ ſm duplicem ordinem intellectualis cognitionis s. ſm se, & quo ad nos, dupliciter loqui possumus de ordine procedendi. Si loquamur secundum ordinem nāę & doctrinę secundum se, sic oportet ab vniuersalioribus inchoare, vt prima obiectio concludit, & Arist. in auctoritate adducta dicit. Si aūt sermo sit ſm ordinem nostræ inuestigationis, sic oportet a minus vl'ibus ascendere ad magis vniuersalia, qm̄ vnitas minus vniuersalium (vt in litera dr̄) facilius inuenitur, dum non oportet per tot vagari, & vnius æquiuocationis interuenit &c. vnde primus ordo ex difficilioribus procedit, propter qđ liber physicorum, qui primus est in ph'ia naturali, valde difficile intelligitur, et lōge difficilius inuensus fuit &c. Ordo aūt secundus ex facilioribus procedit, & eum hic tradit Aristo. primi tn̄ non oblitus. Duos.n. modos venandi qđ quid est docuit. primus, quorum secundum ordinem nāæ procedit a superioribus diuidēs, & nihil vsq; ad atoma prætermittens. Secundus aūt a nobis incipit, & a posterioribus in priora procedit, ex minus communibus magis cōia quærens: vnde fit, vt illæ doctrinali processui magis seruiat hic inuestigatiuo. Ad id ergo quod obiicitur de impossibilitate dicitur ꝙ (sicut in primo dictum fuit) comparatio inter vl'e & minus vniuersale non est accipienda inter ea, vt vnum clauditur in reliquo, qm̄ esset fatua talis comparatio, sed distincta sunt formaliter inter se. Vnde cum hic fiat cōparatio inter ea ſm facilitatem diffiniendi, non dicitur facilius est diffinire minus commune, q̄ magis cōmune, accipiendo minus commune vt includit in se cōmunius & aliquis plus, sed dicitur ꝙ facilius est diffinire minus cōe formaliter sumptum &c. & hoc est verum, vt probatum fuit. Et si instetur contra hoc, quia in minus cōi etiam formaliter sumpto includitur communius, qm̄ inferius non abstrahit a superiori homo enim non potest intelligi sine animali. Rn̄detur ꝙ quia minus commune formaliter sumptum hoc in loco nihil aliud vocatur, nisi ipsum inferius secundum suum differentialem conceptū, ſm quem constat ꝙ non includit formal'r superius, ideo falsum est in proposito ꝙ assumitur instando. Pōt quoq; distinguendo dici, ꝙ inferius potest dupl'r sumi formaliter. vno mō secundum totum id quod formal'r est, & sic includit superius formaliter, quoniam quod quid est superioris est quod

An facilius singulare q̄ vniuersale diffiniri possit.

T. com. 4.

Lect. 2. in medio.

Capit. 22. circa med.

quid est inferioris, licet non conuertibiliter. vt in capitulo (Cap. 3.) tertio huius secundi dictū est. & sic modo non accipitur inferius formaliter. Alio mō s̄m id quo formaliter constituitur, & distinguitur etiam a superiori, & sic non includit superius, qm̄ sic accipitur sec̄dm differentialem conce- (Cap. 3.) ptum, qui expers est generis formalr, vt in quarto Thopicorum dicitur. & hoc mō loquimur hic de minus communi, vt ex textu conuincitur. Tum qm̄ comparationē Aristo. facit inter vniuersale, & minus vniuersale. comparatio autem s̄m ea in quibus distinguunt intelligenda est. Tum qm̄ id vnum, in quo communicant singularia, diffinitionem dicit esse: constat aūt q̄ ex processu ex singularibus, seu minus cōibus, puta huiusmodi & illiusmodi magnanimis, si veniatur in vnum in oībus magnanimis, illud vnum nihil aliud est q̄ propria differentia magnanimitatis, siue aliquid circūloquens illam differentiam, & tunc sistit processus: qm̄ tunc dicit Aristo. haberi rōnem. Clarum est aūt q̄ genera magnanimitatis adhuc inuestiganda remanent. & magna est difficultas ad venāda illa, quoniam vniuersaliora sunt, vt in textu dicitur &c. Ad id qd' inducitur ex primo physic. dicitur q̄ Arist. loquitur ibi de processu doctrinali secūdum se, hic autem quo (T. com 4.) ad nos. Ad vltimum qd' ex S. Tho. adducitur dicitur, q̄ per simplicem apprehēsionem intelligitur apprehensio terminorum, & non apprehensio quidditatiua perfectæ, vt ibidem declarabitur, quoniam verba illa non facile omnibus patent &c.

(Qualem viā venandi qd' quid est approbet Arist.) Circa determinationem factam in hoc cap. occurrit dubium, qm̄ in procemio de anima ab Auerroi Alberto & S. Tho. attribuitur Arist. q̄ via venandi qd' quid est sit via compositiua, Platoni aūt via diuisiua, Hippocrati vero via demonstratiua. In hoc aūt capitulo vbi determinatur difficultas hæc, non apparet Aristo. ponere viam compositiuam venantem qd' quid est, nec apparet q̄ reprehendat viam diuisiuam, sed potius qd' ipsam magni- (Com. 18.) ficet & amplectetur. Qūo ergo hæc simul stant &c. Ad hoc dicitur s̄m Auerroim q̄ via posita in secunda conclusione & ab ipso exposita est via cōpositiua. Accipiuntur siquidem quatuor viæ ex hoc cap ducentes ad quod quid est. prima ponitur in prima conclusione. secunda in secunda. tertia a tertia vsq̄ ad sextam inclusiue. quarta in septima & prima quidem subiecti qd' quid est venatur. secunda autem speciei subalternæ. tertia simplr ipsum quod quid est. quarta passionis. Sed si hæc vera sunt qūo secunda via est via compositiua, per q̄ Arist differt a cæteris? illi nanque methodus non ducit secundum eos nisi ad speciem subalternam, & sufficiens est s̄m Auerroim &c.

Aliter ergo dicitur, q̄ vltima via est, q̄ Aristo. docuit. & hæc compositiua & adunatiua est, qm̄ a multitudine inchoat & adunando ascendit. Sed contra hoc est quoniam vltima methodus nō est methodus simplr, sed quo ad nos, quæstio aūt de modo venandi qd' quid est quæstio est de processu simplr. Ideo dicendum mihi videtur q̄ via posita in secunda conclusione cum conditionibus suis vsq̄ ad sextam inclusiue, est via compositiua, q̄ po- (T. com 4.) nit Aristo. Ad cuius euidentiam reducenda sunt ad me- (T. com. 4.) moriam superius dicta examinauit superius Arist. quāta sit vis demonstratiui processus ad habendum qd' qd est: & vt patuit, nec totaliter reprobauit, nec totaliter approbauit. & sic opinionem Hippocratis pertrāsiuimus. Examinauit quoque quātæ efficaciæ sit processus diuisiuus, & determinauit q̄ ad syllogizandum inutilis est. & per (Secundum S. Th. tertio meta. T. co. 25.) hoc arbitror eum diuulsisse Platonis opinionē, saltem secundum sonum verborum, vt alibi cōsueuit. Concludit tandem in hoc capi. q̄ congrua via ad venandum quod quid est, processus est diuisiuus, non syllogizando, quia hoc reprehendimus, sed colligēdo incipiendo a supremo genere cum cæteris conditionibus dictis. additis regulis ex problematibus topicis. & hæc est via compositiua. Licet enim diuisiua dicatur, qm̄ a diuisione incipit & diuidendo incedat, efficaciam in ex compositione sortitur, & non ex vi diuisionis &c. Vnde notanter Aristo. statim post secundam conclusionem subiūxit q̄ diuisiones vtiles sunt ad colligendum qd' quid est, non ad demōstrandum. Et sic posuit opinionem suam non extraneam omnino ab aliis, sed vtentem aliquo modo vtraq̄ illarum, dum huic viæ & diuisiones, & syllogismi secundum problemata diuersimode seruiunt &c.

De uenatione propter quid &c. Cap. 11.

Vt habeamus proposita, eligere oportet decisiones & diuisiones, sic autem eligere subiectū genus cōmune omnium, ut si animalis sint quæ considerantur, qualia cum aīali insint, acceptis autem his reliquorum omnium qualia inhæreat: ut si hoc est auis, qualia oīum inhæreant aui, & sic semper proxima: manifestum enim, quoniam habebimus iam dicere propter quid insunt inhærentia his quæ sunt sub communi, ut propter quid homini aut equo insunt. Sit autem animal in quo A: B autem inhærentia omni animali: in quibus autem sunt C D E, sint quædam animalia, manifestum igitur est propter quid est B in D, propter A enim. silr autem & in aliis, & semper in aliis deorsum eadem rō est. Nunc quidem igitur secundum ea, quæ sunt aßignantur communia nomina dicimus. Oportet autem non solum nomina considerare, sed & si aliquid aliud accipiatur esse cōe accipientes, siue hoc aliquibus inhæreat, & qualia hæc sequentur, ut cornua habentia, habere uentres non utrobiq̄ esse dentes. Item cornua habere sequitur quædam. Manifestum enim est propter quid in illis, q. dicitur propter id qd' cornua habent. Amplius alius modus est secundum analogiam eligere: unum.n. accipere nō est idem, qd' oportet uocare sepion & spinam & os, sunt autem quæ sequuntur & hæc, tanquam una natura huiusmodi existente. Eadem autem proposita sunt quæ quidem idem medium habēt amplius ut quoniam omnia contrarius status. horum autem quædam genere sunt eadem quæcūque habent differentias ex quo aliorum aut aliter sunt, ut propter quid echon, aut propter quid apparet, & propter quid iris. omnia enim hæc idem propositum sunt genere, omnia enim repercußio sunt, sed specie altera. Altera autem causa ex eo, quod medium quod sub altero medio est, differunt propositorum, ut propter quid nilus finiente mense, magis fluit, propter idquod uernior finiens mensis: propter quid autem uernior finiens mensis, quoniam luna deficit. hæc quidem enim sic se habent adinuicem.

(Tex. 85.) (Tex. 86.) (Tex. 87.) (Tex. 88.) (Tex. 89.)

Summa huius capituli hæc est.

AD habendum propter quid, oportet decisiones diuisionesq̄ eligere, & genus sūm cōe oīum, & qualia insunt omni generi &c. deinde reliquorum primo qualia inhæreant, & sic semp ꝓximo &c. declaratur, qm̄ sic manifestum fit propter quid talia inhæreant his, q̄ sunt sub illo cōi, vt patet in terminis B primo, C D E vltimis, & A medio, applicatis ad ꝓpria animalis, quædam animalia & animal &c. (Regula.)

Oportet non solū in his considerare pp qd sed & si aliud aliqd' accipiatur esse cōe. & accipere quibus illud inhæreat, & qualia hæc sequantur. declaratur exēplariter: ad cornutum esse sequitur hr̄e duos ventres & carere dentibus superioribus. inuenitur aūt in boue, & hirco, declaratur, quoniam sic manifestum fit propter quid illis hæc insunt, puta propter cornua &c. (Regula.)

Oportet aliqn̄ analogum propter quid eligere. probatur a primi, qm̄ quædam sunt quæ sequuntur analoga, tanquam si eorum natura vna, vt sepion, spinam & os, vnum non sunt, & ea quædam sequuntur. (Regula.)

Eadem problemata sunt, quæ idem habent medium, vt puta antiparistasim. (Propō.)

Horum quædam hn̄t idem medium genere, & differunt specie, vt propter quid echon. idolum in speculo, & iris &c. propter repercusionem diuersarum spērum. Quædam hn̄t medium subalternum. vt propter quid nilus magis fluit in fine lunæ, qa vernior est finis. propter quid autem vernior, quia luna deficit &c. (Diuisio.)

Series

Series autem hec est.

INtendens tradere modū inuestigandi propter quid, duo facit. primo tres regulas dat, quarum prima propter quid vniuocum genus nominatū inuestigatur. secunda vero vniuocum nō tamen essentiale genus, aut nominatum in propter quid inuenitur. tertia aūt non semper ad vniuocum propter quid recurrēdum fore dicēs. scdo non esse semper in diuersis diuersum propter quid inquirendum, sed qnq; idem, diuersimode tñ in diuersis docet vnica propositione & diuersione &c.

Contra Sco. Ex tertia regula habes Scotista vñ errorem tuum deprehendas, dum putas iō oportet ens & alios terminos metaphysicales esse vnicos, vt possint de eis & ex eis demonstrationes fieri, aliter oīa in æquiuoco constitui. Ecce textus Arist. expresse dicens, q̧ analoga media sumenda qñque sunt, quæ licet vniuoca non sint, sequuntur tñ ea quædam ac si essent vniuoca, vt patet in spina &c.

De tribus quæstionibus circa propter quid. Cap. 12.

Tex. 90. *DE causa autem & cuius causa, dubitabit aliquis, nunquid quando est causatum & causa est, ut si folia fluant, aut deficit luna, & causa deficiendi, & folia cadendi erunt. ut si huiusmodi est lata habere folia, deficiendi autem, terram in medio esse. si enim non, alia aliqua erit causa ipsorū: si uero causa simul sit & causatum, ut si in medio terra est de-*
Tex. 91. *ficit: aut si latum est folium, folia fluunt. Si autem sic est, simul utique erunt, & demonstrantur per altera. Sit. n. folio fluere in quo A: latum autem folium in quo B: uitis uero in quo C si igitur in B est A, omne enim latum folium folio fluit, causa aūt est B medium. sed & quoniam latis folius uitis sit, est propter id quod folio fluit demonstrare. Sit D quidem. n. latum folium: E autem folio fluere. uitis uero in quo Z, in Z igitur est E, folio fluit omnis uitis in E. aut enim D: omne enim folio fluens latum est folium, omnis ergo uitis latum folium est. causa autem est fo-*
Tex. 92. *lio fluere. Sic aūt non contingit causas esse adinuicem. causa enim prius est eo cuius est causa. & deficiendi quidem causa est in medio terram esse: eius autem, quod est in medio terram non est deficere. si igitur per causam demonstratio propter quid est. Si autem non per causam ipsius quia, quoniam quidem in medio est cognouit, propter quid autem non. quod autem non deficere causa sit in medio esse, hoc deficiendi manifestum est. In ratione enim ipsius deficere inest quod in medio sit. quare manifestum*
Tex. 93 *quod per hoc illud cognoscitur, sed non hoc per illud. Aut contingit unius plures causas esse? sed nāque si est idem de pluribus primis prædicari sit A in B primo existens, & in C alio primo, & hoc sit in D E, erit itaque A in D E, causa autem in D quidem B in E, aūt C quare cū causa sit necesse est rem esse. Re aūt existente, non necesse esse omne quodcūque fuerit causa, sed cau-*
Tex. 94. *sam quidem necesse est esse, non tamen omnem. Aut si semper uniuersale propositum est, & causa totum quoddam & cuius est causa uniuersaliter: ut folio fluere in toto quodam determinatum est, & si species illius sint, & igitur uniuersaliter aut plātis, aut huiusmodi plantis: quare & medium æquale oportet esse in his, & cuius est causa & conuerti, ut propter quid arbores folio fluunt. Si igitur propter cōdensationem humidi fluit arbor, oportet esse condensationem, sed quia condensatio est non in quolibet, sed in arbore folio fluere. quare mediū æquale opor-*
Tex. 95. *tet esse densitatem. Vtrum autem contingat non eandem causam esse eiusdem in omnibus, sed alteram, aut non? aut si quidem per se demonstretur aut non, sed secundum signum, aut per accidens? non potest autem esse: ratio enim ultimi medium est, si*
Tex. 96. *uero non sic est, contingit. Est autem & cuius est causa in quo considerare secundum accidens, non tamen uidetur proposita esse: si autem non similiter se habebit medium siquidem æquiuocum, æquiuocum erit medium. Si uero ut in genere sis, similiter se habebit, ut propter quid commutabiliter analogum. Alia. n. causa est in numeris & in lineis & eadem, inquantum quidem enim linea est non est eadem, inquantum autem habens augmentum huiusmodi eadem, sicut in omnibus. Similem autem esse colorem colori, & figuram figuræ aliam esse, æquiuocum enim est simile in omnibus. hic quidem enim forsassis est secundū analogiam habere latera & æquales angulos. in coloribus autem sensum unum esse, aut aliud aliquid huiusmodi. Secundum autem analogiam eædem sunt, & medium habebit se secundum analo-*
giam. Habent autem sic consequi causam adinuicem, & cuius Tex. 97.
est causa, & in quo est causa. unūquodque quidem accipienti, & cuius causa in plus, ut in quatuor æquales, eo qui extra in plus sunt q̄ in triangulis. aut quadrangulis, omnibus autem in æque. Quæcunque enim quatuor rectis æquales exteriores & medium similiter: est autem medium ratio primi extremi, propter quod omnes scientiæ per diffinitionem fiunt. ut folio fluere simul sequitur uitem, & excedit ficum, sed non omnia, sed æqualium. si itaque accipiat aliquis primum medium, ratio fluendi folia est: erit enim primum in altero medium, quoniam omnis huiusmodi sunt. Sit huius medium qđ succus densatur, aut aliquid huiusmodi. quid est autem folio fluere densari in cōtactu seminis
succum: In figuris autem sic assignabit quærentibus consen- Tex. 98.
tionem esse causæ & cuius est causa. Sit enim A quidem in B omni: B autem in unoquoque eorum, quæ sunt D in plus autem: B quidem igitur uniuersaliter utique in ipsis erit D: hoc autem dico uniuersale, quod non conuertitur, omnia autem conuertuntur & excedunt. In ipsis igitur ex causa ipsius A B est: oportet itaq; A in plus q̄ B extendi. si uero non, quid magis erunt causa hæc illius. Si ergo in omnibus E est, A erunt aliquod unum, illa omnia aliud A B. si enim non, quomodo erit dicere, quoniam in quo est E, sit A omni, in quo autem A non omni insit E propter quod. n. erit aliqua causa, ut A sit in omnibus E. Si itaque quæ
sunt D, erunt aliqđ unum considerari oportet. & sit C. con- Tex. 99.
tingit igitur & plures causas esse eiusdem, sed non eiusdem speciei. ut longæ uitæ esse quadrupeda, causa est non habere choleram, uolatilia autem sicca esse, aut aliqua alia. Si autem in atomum non statim ueniunt, nō solum unum medium sit, sed plura, & causæ plures sunt. æqualis est causa mediorum, quæ ad uniuersale primum est, aut quæ ad singulare singularissimum. manifestū igitur est, q̧ magis proxime unicuiq; proxima est causa. Primum quidem sub nū esse hæc est causa, ut in D q̧ est C ipsius B causa est in D, quidem igitur esse C, causa est ipsius A in C au-
tem B in hoc autem eadem est. De syllō & demonstratione qđ Tex. 100.
sit unumquodq; sit & quō sit, manifestum est: similiter autem & de scientia demonstratiua: idem enim est.

Summa huius capituli hæc est.

NVnquid cum est causatum, & causa est, vt si folia fluant sit habere lata folia: & si luna deficit, sit interpositio terræ? 1. QE.

Cā & causatum simul sunt. probatur dupl r. primo quia si cā assumpta non sequitur ad effectum oportet. illius causati esse aliq̄ aliam cām, siue causa & causatum sint simul, vt eclipsis. & interpō. siue nō vt lata folia & fluere. Si aūt sic est, simul vtiq; erūt. Scdo quia demrāns se inuicem, vt patet in terminis A primo, C tertio, & B medio applicatis ad fluxū foliorum, vitem, & latū folium. q̧ cā demonstrat effectū. et in terminis D primo, Z tertio, & E medio applicatis ad latum foliū, vitem, & fluxum folij. q̧ effectus demonstret causam. Conclusio 1 partis.

Demonstrationum dictarū altera est p causam & pp qđ, altera aūt per non causam, & quia. probatur a priori, qm̄ non contingit illa duo media esse ad inuicem cās, Differētia.

qm̄ causa prior est eo cuius est causa. & alterum eorū est alterius cā. qm̄ in diffinitione illius cadit. Declaratur exemplariter in eclipsi lunæ & interpositione terræ.

Conclusiones responsiua conditionalis inter quæst.

Si contingit vnius plures causas esse, ad cām necessario sequitur effectus, ex effectu aūt non concluditur cā certa, sed cā hæc, vel illa &c. Declaratur añs. Si contingat idem de pluribus primis p̄dicari. vt A de B, & C primis subiectis. et D sub B. et E sub C, liquet siquidē tūc. q̄ B & C sunt duę cāę, quare A insit vltimis. s. D et E.

Si aūt semper vl'r propositum est, & causa totum quoddam est. & effectus vl'r sumitur, necesse est medium & effectum æqualia esse & cōuerti. declaratur exemplariter in fluxu folij, vt effectu: & densitate in arbore, vt causa vniuersali: & tali planta, vt subiecto &c.

ij. Q. Vtrum aūt contingat eiusdem effectus non eādem cām in omnibus, sed diuersis esse, aut non.

Conclusiones responsiua secunda quæstioni.

Qn̄ demonstratur, per se, non contingit eiusdem esse diuersas causas in omnibus. probatur a priori, quoniam ratio vltimi est medium.

Declaratio secunda cō clusio.

Qn̄ demonstratur secundum signum, aut accidens, contingit eiusdem esse diuersas causas &c.

Contingit causam & effectum, in quo s̄m accidens considerare non tm̄ videntur proposita esse vel imo videntur problemata esse &c.

Declaratio prima.

Si nihil interuenerit per accidens, sil'r se habebit medium cum eo cuius est medium, ita q̄ æquiuoci æquiuocū, & generici genericum, & analogi analogum medium erit Declaratur exēplariter, et primo quo ad generica, incommutata proportione & lineis & numeris &c. secundo quo ad ęquiuoca in similitudine inter figuras inter se, & colores inter se.

Conclusio responsiua primæ quæst.

Causa, & effectus. & subm̄ ita se habent s̄m ꝯñam q̄ particulariter acceptis subto & causa in plus est effectus q̄ subiectum & causa &c. vniuersaliter aūt sumptis, oīa æqualia sunt. Declaratur primo in hr̄e angulos extrinsecos æquales quatuor rectis, vt effectu, & triāgulo & quadrangulo, vt particularibus subiectis & oībus talibus vniuersali subto & medio seu causa vniuersali. & quo ad causam probatur, qm̄ medium est ratio primi termini, ex quo oēs sciæ sunt per diffinitiones &c. declaratur iterum in nā libus, in fluxu folij, vt effectu: ficu, & vitę, vt particularibus subiectis oībus talibus. vt vniuersali subiecto & rōne primi termini. vt vniuersali medio per qd' inest oībus puta seminis succi densatione in contactu &c. tertio declaratur primū ordinando formam syllogisticam assumpto effectu cōi. & causis spālibus. et subiectis particularibus illum effectū particularibus diuersis inter se propter illas spāles causas, in terminis gn̄alibus A effectu, B causa spāli, & D subiecto particulari: & ex alia parte C altera cā spāli. & E subto altero particulari applicatis ac nālia lōgam vitam respectu modicæ choleræ & quadrupedum. ex alia parte respectu siccitatis, & volatilium.

Tertia conclusio pro secunda quæ ne tertia quæ conclusio responsiua.

Contingit igitur plures causas esse eiusdem, sed non eiusdem specie.

Si nō statim in atomum venitur, sed plura media & causæ occurrunt eiusdem. Qualis est causa mediorū proxima vniuersali, aut proxima singulari.

Magis proxima vnicuiq; causa sumenda est. probatur a priori, qm̄ hæc est primo causa q. illud sit sub vniuersali &c. declaratur in terminis A primo, B secundo, C tertio, D quarto. inchoando. n. ab vltimo &c & gradatim ascendendo, semper cā proxima præinuenitur vsq; ad atomum, seu immediatum &c.

Series autem hæc est.

INtendens terminare tractatum de ipso ꝓpter quid. Tria facit s̄m tres quæstiones, quas mouet & determinat. sed qm̄ in prima & secunda se intersecant, attendendum est, q̄ sic ꝓcedit, mota prima qōne, duas rōnes adducit ad partem affirmatiuā. & dr̄iam subdit inter assumptos processus in secunda rōne vel in idem redit, inter ꝯñas determinatas. Deinde sub disiunctione duabus conclusionibus rn̄dendo qōni motæ eius categoricam solutionem ex alia qōne dependere ex ipsis conclonibus ostendit. Sicq; ad secūdam quæstionem properat. & motæ statim duabus conclusionibus rn̄det, subdens declarationes earum præpostero ordine. & sic reuertitur ad primam quæstionem. & vnica illi conclusione, plures partes habente satisfacit. multipliciter declarando eam &c. Et tandem tertiam conclusionem corollariæ deductam responsioni ad secundam quęstionem addit &c. postremo tertiam mouet quæstionem. & illi statim satisfacit vnica conclusione &c. & epilogat &c.

Quæ non simulbus causa & effectu sequatur à Philosopho in phis loco.

Circa primam rōnem aduerte qd' textus sn̄iam, q̄ in summa posuimus, expresse habet & valde conformis est titulo qōnis. propter qd' alietas forte translationis causa fuit q̄ expositoribus conformis nō sit. Differt siquidem rō posita ab interpretatione aliorū in hoc q̄ nos assumpsimus ꝯñam primam absque probatione. eo qd' verba illa. s. causa & causatum sint simul vt ad explanandū consequentiam q̄ vl'r sermo sit inducuntur. ab aliis autem ad probandum ꝯñam inducuntur. Consentaneam aūt nostram interpretationem qōni esse duximus, tum quia textus noster & Boethij expresse ita habet. siue cā sit simul & causatum, vt si in medio est terra deficit. aut si latum folium est folia fluunt. ex quibus verbis patet. q̄ dicit, siue causa & causatum simul sint, vt interpositio & defectus, siue non, vt latum folium, & fluxus. Tum qm̄ sic intellecta vt exposuimus nos, titulus qōnis ab ipsomet Arist. explanatus inuenitur. & dubium q̄ posteriores inuasit. an. s. cum hic quærit', si est causatum, sit cā. intelligatur de simultate tp̄is. an de simultate cōsecutionis ab ipso Arist. solutum accipitur in illis verbis. Perspicuū siquidem sit. q̄ de simultate consecutionis qō est. ex eo qd' dicitur, q̄ siue causa & causatum simul sint vt interpositio &c. siue non. vt latum folium &c. consistit igitur vis primæ rōnis in hoc q̄ si ad B effectum non sequit' A causa, siue simul tempore, siue prius oportet ipsius B alteram esse causam q̄; A, & hęc ꝯñā est manifesta ex eo q̄ nullus effectus est, ad quem nō sequatur causa aliqua &c. & si sic est. s. q̄ sit altera cā, erunt vtiq; simul effectus & causa, licet nō recte sequatur, erunt vtiq; simul effectus & cā hæc, nec inconuenit nihil plus concludi per hanc rōnem, qm̄ inuestigando proceditur paulatim ad veritatem a cōioribus &c. ad specialia. quo sequens ratio ducit &c. vel. Si aūt sic est. s. q̄ illa assumpta est vera. seu sola cā simul vtiq; erūt effectus, & causa hæc. Nec putet aliq̄s hæc dicta esse vt non imitetur S. Th. expōnem. sed qm̄ textum eius non habeo. & nostrum in hac parte forte meliorē saluare volumus, ab ipsius sententia non discrepantes, qm̄ talem esse quæstionis titulum, ipse expresse dicit, explicans q̄ Aristo. tacuit, s. q̄ de mutua consecutione quæstio agitur an. s. ad effectum causa. & econuerso sequatur &c.

Vis processus Arist. probāti q' ad causam sequatur effectus, sed ad effectū non sequatur certa causa, sed hæc vel illa.

Circa responsiuas conclōnes aduertenda sunt tria. Primum est, q̄ Arist. s̄m veritatem disiunctiue eas format, vt patet per præpositam cuilibet earū notam disiunctionis aut: sed qm̄ veritas illius disiūctiuæ vsq; ad sequētem quęstionem pendet, & ab Arist. prima pars ex quadam conditionali declaratur, & s̄m veritatem condōnalibus, quas nos formauimus, æquiualet, sō ad faciliorem perceptionem condōnales fecimus. nec propter hoc. S Th. aduersamur dicenti Arist. determinare qōnem hic cōclusionibus. Ipsæ. n. ideo hoc dixit qm̄ vt ex dicendis patebit. vtraq; disiunctiue pars vera est. & ipsa decisio est qōnis. nos autem decisam qōnem non esse dicimus, qm̄ veritas disiunctiue ex sequenti dependet qōnem &c. Scd̄m est, q̄ conditionalis illam. s. si cōtingit idē de pluribus primis prædicari, assumpta ad declarationem primæ conclōnis, potest dupl'r intelligi. Vno mō de prædicatione per se in secundo mō perseitatis, et sic illius categorica est impossis, qm̄ qualibet passio habet vnum tm̄ primo subm̄, q̄ ponitur in eius diffinitione, condōnalis tn̄ ipsa est vera, vt patet. Alio mō intelligi pōt de prædicatione essentiali in primo mō, & sic non solum condōnalis, sed categorica illa vera est: aial. n. & sil'r omne genus, de pluribus p̄dicatur immediate &c. Multū aūt interest quo istorū modorum accipiātur verba Arist. qm̄ vt ex sequētibus apparet ipse intendit p primam conclonem puenire ad hāc decisionē, q̄ quia contingit vnius effectus esse plures cās partiales

seu

seu spāles, iō, cum de illis sermo est, dicitur qđ ad cām sequitur effectus, & ad effectū non sequitur causa determinata &c. huic aūt intentioni prima expō exemplariter deseruit, & non assertiue, qm̄ falsum assumit &c. scđa vero expō assertiue opitulatur, qm̄ inter media gña seu drīę sunt causę seu rōnes, q̄ superius inferioribus insit, & qđlibet eorum infert ipsum genus. ad ipsum aūt nullum eorum determinatæ sequitur, sed indeterminatæ hoc vel illud &c. Tertium aduertēdum est, q̄ vt mēbra istius disiunctiuæ seu condōnalis rñsionis, ex opposito distincta, & euacuantia quæsitū accipiamus. ly vłe propositum in secunda conclōne positum pro conclōne seu problemate quæsito exponi potest, & non de quacūq; vłitate, sed ea, sm̄ q̄ demonstratio vłis differt a particulari (vt in primo libro dictū est) ita q̄ mēbra diuisionis sunt, q̄ quæsita aut sunt particularia, aut vłia: & sub aliis verbis, aut habent plures cās, aut vnam. & sic exponendo totum residuum conclōnis declaratio et dearticulatio est antedicti. Potest quoq; exponi pro subīto ipsius quæsiti de vłitate eadem, & sic nō expositiue reliqua addita sunt, sed vt oīa enumerarentur: subīm. s. cā et effectus, q̄ ad demr̄ationem concurrunt, & vłia proponerentur, habenturq; nihilominus membra diffinitionis opposita, vt prius &c.

Capi. 31. circa textum cō. 29.

Quam causam eiusdē effectus eādem, vel diuersam esse quæsiuerit Aristo.

Circa secundę qōnis titulum dubitatur. quid intelligat Arist. noīe causę, an. s. causam in essendo, an cōuer causam siue in essendo, siue in inferendo. Est aūt ratio dubitandi hincinde ex multis. Cōsiderantibus n. diuisionem factam in textu rñdendo huic qōni, apparet causam communiter sumi, quia distinguitur in cā in per se, & sm̄ signū, seu accidens. constat aūt q̄ signum causa non est nisi illatiua. Amplius dum in textu ordinaṫ in figuris consecutio cāæ & effectus, expresse dr̄, q̄ si medium & primum essent conuertibilia, non esset maior rō quare medium esset cā primi magis q̄ ecōuerso: ex quo euidenter apparet, q̄ de causa illatiua sermo est, de tali nāq; verificatur, q̄ duorū cōuertibilium, neutrū magis altero causa est: & de cā in essendo falsum est, qm̄ subīm est causa suæ passionis, & non ecōuerso &c. Amplius de cā in essendo (in primo libro) dictum est, q̄ augentur demr̄ationes non per media, vt quid ergo iterū de hoc dubitandum est. Intuentibus aūt tractatus rationem q̄ de cā in essendo sermo tm̄ fit videtur. Tum qm̄ intentio pręsentis negotij est de ipso propter quid, & in lr̄a expresse excluditur ab ordine demonstrationum propter quid demr̄atio ab effectu etiam conuertibili. vt patet. Tum qm̄ hæc qō ad perfectionem primæ qōnis introducta est, vt expresse ex textus serie liquet, adeo vt negare hoc sit proteruire. constat aūt q̄ prima qō de causa in essendo loquebatur, & non cōiter. Tū qm̄ in toto processu huius cap. & dubitādo, & rñdendo, & exempla ponendo, de cā in essendo sermo est. Tum qm̄ quæstio de cā illatiua non est posterioristica, sed prioristica. vbi & determinata est qō illa determinando conuersionem conclōnis ad præmissas & Arist. expresse superius cōfessus est se circularem syllm̄ determinasse in anterioribus. i. libro priorū, vt dicit idē Albertus &c. Ad hoc dubium dicitur. q̄ qō est de cā in essendo, nec oportet aliter probare, q̄ per rōnes vltimo adductas. sunt. n. efficaces & rationibus alterius partis facile est respōdere.

T. com. 29.

Ad primam nāque dicitur q̄ per ly signum aut accñs, non intellexit effectum, sed causam spālem, vt nunc dicetur. Ad secundam dr̄ q̄ verum est illa verba oportere intelligi de cā in inferendo, sed non tantum. arguit. n. ibi a posteriori, vt ibi declarabiṫ. Ad tertiam dicitur q̄ in primo libro determinatum est q̄ vnius vna est causa potissima, & non simpliciter qđ vnius vna sit causa in essendo. agebatur enim tunc de demōstratione sm̄ eius summum &c Nunc propter quid declaratur cōiter & in demonstratione vniuersali & particulari &c

Quid quæsiuit philosophus in secunda quæstione.

Circa eiusdem qōnis titulum aduertendum est, q̄ adhuc pōt accipi sm̄ duos sensus. Primus sensus est, vt inquiratur hoc in loco, de causæ vnitate & pluralitate simpliciter respectu eiusdē effectus. propter demonstrationē tamen &c. ita q̄ qō sit, an contingat eiusdem effectus esse causas plures, an vnam tm̄: & hic sensus est alienus a præsenti intentione, licet a cursim studētibus approbeṫ, propter abbreuiata verba Arist. in rñsione, & expositorum vnitatem & pluralitatem cārum hic sonantia. Alius sensus est, vt inquiratur de vnius & eiusdē effectus cāæ vnitate & pluralitate non simplr̄, sed in oībus, in quibus inuenitur ille effectus, ita q̄ non est qō, an vnius effectus sint plures causæ, vel vna tm̄, sed an vnus & idē effectus in oībus, in quibus inueniṫ causetur ab eadem causa, siue vna siue plures causæ ad eūdem effectum concurrant, an non ab eadem, sed diuersis, & est sermo nō de identitate & diuersitate numerali, sed formali &c. Quāta vero sit inter hos sensus differentia, exemplariter manifestatur. Iuxta primum esset qō, an vnius effectus, puta domus sint causæ plures, an vna tantum &c. & tali qōni diceretur, q̄ eiusdem effectus sunt plures cāæ per se in naturalibus, quia materialis & finalis & formalis &c. Iuxta scđm vero sensum est qō, an talis effectus vnus, puta domus, vbicūque inuenitur, proueniat ab eisdē causis, an a diuersis. puta an domus vbiq; habeat pro cā materiali lapides cemētum &c. pro formali, quadraturam: p̄ efficiente artem: pro finali habitationem, an nō, sed alicubi domus habeat aliud efficiens, puta naturam, vel aliam mām, puta ferrum &c. Et silr̄ in simplicibus, an hr̄e tres angulos æquales &c. conueniat oībus per vnāmet causam, an diuersis per diuersas &c. Et hic sensus est intentus ab Arist. q̄ breuiter ex multis declaratur, ne alicui videaṫ nouus, & insipienter veritatem refutet. primo hoc patet ex verbis Aristo. in titulo qōnis. au. n. verum autem contingat nō tandem causam eiusdem in oībus. sed alteram, aut non? vbi ex ly in oībus, & ly eandem, & ly alteram, liquet qđ dicimus. vt cuilibet exercitato facile est deducere. Scđo ex eo q̄ sm̄ hunc sensum intenta veritas de cōsecutione causæ & effectus inter se habeṫ. & totus processus Arist clarus valde est. Iuxta primum aūt processus insufficiens & scrupulosus inueniṫ, & extorquenda veritas magis q̄ elicienda ex eo esset. Tertio qm̄ expresse Arist. in tertia cōclusione determinat concludendo ex antedictis ad hanc quæstionem, q̄ licet vnius effectus contingat esse plures causas, non tn̄ hoc contingit si effectus ille est vnus secundum speciem. quæ conclō esset manifeste falsa, si de vnitate & pluralitate cārum absolutæ loqueretur, quoniam specierum naturalium sunt multæ cāæ per se, & est manifeste vera loquēdo de vnitate & pluralitate in omnibus, qm̄ sicut effectus est indiuisibilis secundum speciem ita et causæ atomæ sunt & p̄nr̄ in omnibus eædem &c. Est autem valde notandus sensus iste, & præ oculis semper habendus in hoc cap. qm̄ oportet oīa intelligere conformiter ad quæsitum. Et apparebunt impertinentes qōnes de vnitate & pluralitate causæ hic agitatæ &c.

Quō vnius effectus vnam vel plures cās esse contingat.

Circa conclusiones rñsiuas huic quæstioni, notanda sunt quatuor. Primum est, q̄ Arist. nō distinxit causam in per se, & per accñs &c. sed diuisit demonstrationem in demonstrationem per se, & demr̄ationem sm̄ signum aut accñs, vt patet in litera. quid aūt intelligat per talis diuisionis membra ipsemet declarat in sequētibus duabus propositionibus. Demōstrationem per se vocat, quādo proprium de suo adæquato subiecto, per propriam cām demonstratur. & merito, qm̄ tunc saluantur in demonstratione omnes modi p̄dicationis per se perfectæ. Demonstrationem vero sm̄ accñs vocat qn̄ aliquid prædictorum trium deficit. vt si cā inadæquata, vel subiectum inadæquatum, vel passio inadæquata sumatur hoc. n. intendit in illis verbis, cōtingit causam & cuius est causa. & in quo sm̄ accidens considerare. Vocatur aūt merito demonstratio sm̄ accñs talis demonstratio, eo q̄ est secundum aliud & non est p̄ se in primo gradu perseitatū. quotiescunq;. n. subiectum inadæquatū sumitur perseitas secundi modi nō nisi per aliud saluatur. & silr̄ de passione & causa inadæquatis dicendū est, vt ex dictis in primo libro & exēplis hic positis ab Arist. & S. T. patet vocatur quoq; prædicta demr̄atio sm̄ signum, non propterea q̄ per effectum demonstret causam: qm̄, vt dictum est præsens sermo est de cā in essendo, sed quia inadęquatione sic prædicta interueniente, non cōpletæ cognoscitur passio in proprio subīo, q̄ demonstratio quærit, sed signū eius habetur. (sciēdo n. volatilia longe vitæ esse, signum du- *T. cō. 14.*

cens ad notitiam ampliorē diuturnæ vitę accipimus) siue propria causa assumatur pro medio, qm̄ proprium subiectum ex tali processu nō scitur, sed signum eius, inferius .s. &c. siue per spālem cām sciatur, qm̄ tunc non per causam propriam, sed p signum causæ propriæ scitur passio &c. Eadem ergo demr̄atio vocatur ſm signum aut accidens diuersis rōnibus. & sic diuisio Aristo. bimembris ſm rem est. trimēbris aūt attentis diuersis rōnibus vnius membri &c. nec demr̄ationem ex his, quę sunt per accn̄s posuit, nec nouam diuisionem demr̄ationis induxit, ac si insufficienter in primo libro demr̄atio diuisa fuisset. patet enim ex dictis, ꝙ diuisio ista reducitur ad illā, qua distincta est demonstratio in vlem & particularem. Scd̄m notandum est, ꝙ licet qō sit de causa & causato, demonstrationem tn̄ distinguere placuit Aristo. eo quia non agitur de causa nisi in ordine ad demr̄ationem, ita nihilominus demonstrationem diuisit, vt cāæ diuisionem immisceret. Accipitur siquidem hinc, ꝙ cā in essendo est duplex: q̄dam adæquata effectui, & quędā excessa ab effectu, quæ vocatur causa spālis, et partialis, non eo mō quo quilibet trahentium nauem est cā partialis, per modum partis integralis, qm̄ talis causa partialis non infert effectum, quia non est causa sufficiens: sed potius p modum partis subiectiuæ quæ sufficiens est ad illationē sui totius &c. tales. n. de quibus loquimur causæ spāles sufficienter singulæ causant & inferunt effectum, sed nulla earū est vl̄is seu adæquata causa illius, vt in exēplis textus in mathematicis & naturalibus patet. Sunt aūt hæ causæ signa non effectuū, sed propriarum cārum, & causæ ſm accidens, quia cāæ sunt ſm aliud, ſm propriam. s. & adæquatam causam, ad q̄ reducuntur. Tertium notandū ad claritatem doctrinæ, est sensus ipsarum concl̄onum potest. n. sensus earum distingui sicut & qōnis sensus distinctus est. vt iuxta primum sit sensus, ꝙ qn̄ aliquid demonstratur per se. i. pee adæquatam causam &c. vnicū est medium, & qđ vnius effectus vnica est cā per se. i. adæquata &c. inadæquatæ vero plures. & hic sensus, licet in se aliquo mō verificari posit, vel potius aliqualiter tolerari, recurrēdo ad immediationem & perfectionem seu cōplementum causarum, alienus tn̄ est ab Arist. intentione, vt ex titulo patet, qm̄ nihil refert in hac qōne, an vnius effectus sint plures cāæ, vel vna tantum. Iuxta secundum aūt sit sensus ꝙ qn̄ aliquid demonstratur per se, mō exposito eiusdem effectus in oībus eadem est causa, & non est in istis cā illius effectus altera a cā illius effectus in aliis. Qn̄ vero demonstratur ſm accidens modo exposito eiusdē effectus in omnibus plures sunt causæ & nō vna & eadē. & hic sensus directæ qōni & eius fini satisfacit, qm̄ ex hoc habemus qđ duplex est causa (vt diximus). s. p se. i. adæquata, & secūdum accidens. i. spālis. & si de illa loquamur, vnius effectus in oībus eadem est causa, siue vna siue plures sint illę causæ. si aūt de causa speciali sermo sit, non est eadem in omnibus, sed plures in diuersis, vt exempla dicta manifestant &c. Quartum aūt notandum est probatio primæ conclusionis s. rō. n. vltimi est medium: noīe siquidem vltimi accipi pōt ipsa passio, quæ superius & inferius vocatur primum diuersis rōnibus, vltimum quidem dici pōt, quia in essendo vltimū est, qm̄ effectus est subiecti & medij. Primum aūt dicitur, qm̄ primum locum tenet in demonstratione, qm̄ maior extremitas est, & secundū hoc, qm̄ ratio vltimi. i. passionis dicens ipsius propter qd est medium propriū includitur ꝙ eiusdem eadē est in omnibus causa, qm̄ talis passionis ratio vnica est & nō diuersificatur in diuersis, qm̄ diffinitio cuiusq; vnius rei, siue genericam, siue specificā, siue analogam habeat vnitatem, illam retinet in quibuscūq; inueniatur. Potest quoq; vltimi nomine subiectum ipsum accipi, ꝙ quia minor extremitas est. vltimum vocatur in demr̄ationis ordine, respectu primi & medij, & ſm hoc quia rō vltimi. i. subiecti est ꝓprium medium, ad qđ oportet eandem resoluendo venire, & a quo oportet cōponendo inchoare: ideo vnius effectus in omnibus vna causa concluditur, qm̄ rationem eiusdem subiecti primi & proprij, in oībus eius passio inuenitur. Vtrūq; aūt horum intelligi absq; dissonantia potest, qm̄ ꝓpō declaratiua huius primæ concl̄onis vtrūq; comprehendit, dicens identitatē effectus & causæ per se semper proportionalr̄ se comitari &c. ita ꝙ si effectus in omnibus est vnus specie, causa per se nō quæratur eadem genere, sed specie: si effectus est vnus genere, causa per se erit vna in oībus genericæ, & si effectus est vnus analogia, causa inquiratur vna in oībus analogicæ &c. hæc siquidem, & de diffinitione propter qd passionis, & de diffinitione subiecti veritatem habent &c.

Prio. huius T. co. 39.

Circa conclusionem secundam primę qōni, aduertenda sunt duo. Primum est, ꝙ concl̄o illa tam ex verbis textus q̄ ex sensu habet̄. oportet siquidem vt verbalr̄ ex textu habeatur sic glosare (accipienti vnūquodq;). i. sub ſm particulariter (& cā) supple propria particulari subīto accepta cuius est cā. i. effectus in plus est, s. alis, vel sic, causa & cuius est causa. i. subiecto ſm vnūquodq;, i. particulariter acceptis in plus est supple effectus &c. Pōt autem dici subiectum, cuius est causa, eo qđ eius etiā est causa vt in quo sustentatur, vel saltem vt in quo causat suū effectū. & forte vitio scriptorū aut translationis hoc accidit &c. sensum enim concl̄onis exempla subdita clare ostendūe. & S. T. accepit. Posset aliter formari concl̄o. vt Albertus dicit, & nihilominus eadem sn̄ia rediret. & textus integer saluaretur. Ad cuius euidentiam sciendum est qđ qn̄ aliquis effectus, puta diuturna vita, habet vnā causam, adæquatā, puta tardam passibilitatē, & diuersas in diuersis inadæquatas puta in quadrupedibus choleram, & volatilibus siccitatem, dupliciter pōt fieri demonstratio talis effectus de subiecto particulari. Vno mō per causam adæquatā. Alio modo per causam spālem tenentem ex se partem illius particularis subiecti. Et scd̄m hunc duplicem modū demonstrandi dupl̄r formari potest præsens conclusio. Vno quidem mō, sicut formata est, & tunc accipit̄ tam subiectum, q̄ causa particulariter, & vt dictum est verba textus nostri aliqualiter dissona sunt. Alio mō formatur sic. Causa effectus & subiectum ita se hn̄t secundum consequentiam, ꝙ vnūquodq; accipienti, i. subiecto particulariter accepto, tam effectus q̄ causa in plus est &c. & tūc accipitur causa adæquata, & hoc magis consonat verbis textus, nec exēpla ab hoc aliena sunt sensu. sed vt clare liquet primum exēplum fauet huic. Scd̄m vero cum ordinatione in figuris fauet primo sensui. Amplectere igitur vtrūq;, & faciliorem habebis ad alia progressum, & siue istæ siue illæ siue vterq; accipiatur sensus, cōsecutionem inuentam, inter causam effectū & subiectum habemus, ꝙ quia ex eo qđ est in plus nō sequitur qđ est in minus, sed econuerso consecutio cōuertibilis erit si tria illa vniuersaliter sumantur, & ex illa parte deficiet, ex qua aliqd vniuersalius sumetur. siue illud sit causa cū passione siue passio sola, qm̄ tunc particulare sequetur vniuersalius & non econuerso. Et sic patet quid dictū sit ad primā quæstionem. s. ꝙ cum causarum, cā est. & econuerso. si sermo sit de cā per se (modo exposito) qm̄ hanc in oībus in quibus inuenitur effectus illæ esse oportet, qm̄ eadem est in omnibus. & hoc est sumere cām & effectum vl̄r &c. Si autem sit sermo de causa ſm accn̄s, cum causa est, causatum est, sed nō econuerso. cū causatum est, talis causa est, sed hæc vel illa. qm̄ causa ſm accidens non eadem, sed altera in diuersis est, & hoc est sumere effectū vniuersalem, & causam particularem &c. Secundum notandum est, ꝙ quia Arist. probās A. i. effectum in plus extendi q̄ B causam spālem illius ex eo probat, quia si non est in plus non magis B erit causa ipsius A q̄ econuerso, & exponitur de causa in inferendo: qm̄ si conuertibilia essent, neutrum alterum magis infert. ex hoc superius arguebatur. ꝙ de causa inferendo sermo esset. Sed hoc non moueat, quoniam tripliciter respōderi potest. Primo ꝙ subtiliter Aristoteles a posteriori declarauit causam specialem in essendo in minus extendi quā suus effectus extendatur, ita ꝙ sermo est semper de causa in essendo &c. processit. n. sic, B est causa propria ꝙ A effectus cōis, sit in D particulari subiecto. ergo A est in plus q̄ B probatur a destructione consequentis, qm̄ si A non esset in plus q̄ B, sed conuerteretur, non magis B esset causa propria ꝙ A sit in D particulari subiecto quam econuerso A esset causa ꝙ B sit in D particulari subiecto, quod est contra hypothesim,

De cōsecutione causæ & effectus respectu determinati subiecti.

In hoc cap.

thesim, tenet consequentia ista vltima, qm̄ duorum conuertibilium neutrum est magis propinquum particulari subiecto &c. & ꝯn̄r neutrum est magis altero causa propria, ꝙ alterum particulari subĩecto insit, & sic ex hoc concluditur causam propriã subiecto particulari ꝙ in sit sibi effectus vl̃is, esse in minus in ipso effectu, & cõsequenter ex hoc non habet̃, ꝙ sermo sit de cã in inferendo. Sc̃do dici põt. ꝙ non inconuenit, ꝙ sermo vltimus sit de cã in inferendo, qm̄ causis sp̃alibus, de q̃bus est sermo ista duo conuertibiliter insunt. s. ꝙ sint cãę inconuertibiles in essendo. & sil̃r ꝙ sint inconuertibiles in inferendo & ꝓpterea a posteriori declaratũ est prius tali sensu, B est cã propria in essendo q̃ A sit in D particulari subĩecto. ergo A est in plus q̃ B tenet ꝯn̄a, quia nisi esset in plus, non magis B esset cã inferens A q̃ econuerso. ex hoc aũt interius speculando cãæ proprię illius effectus in particulari subĩecto. proprietates cognoscunt̃ et non excludunt̃. Tertio põt dici, ꝙ non inconuenit ꝙ tota ista rõ loquatur de causa in inferendo, & sit a posteriori, qm̄ de ordine syllogistico causarum sp̃alium & effectus cõis agitur hic. Et ꝓpterea alienum non est, si ex proprietatibus logicis eorũ hic arguatur. physicas proprietates præ se ferentibus. Ex hoc aũt non habetur ꝙ de causa in inferendo qõ sit, sed ꝙ ex natura illationis cãs in essendo declarauerit sp̃ãles &c. Vltimæ responsiones antiquis expositoribus conformiores sunt, prima autem Arist. profunditati attestatur.

Vera & ꝓpria causa passionis ve[?] ... determinati subiecti. Circa vltimam q̃ōnem breuiter notandũ est ꝙ vt dictum nunc fuit, qñ cõis passionis propter quid quærit̃, & illud non habetur adhuc ꝙ in oĩbus causa illius est. ꝙ atomum dr̃. Tum quia vnum & idem est in oĩbus vt dictum est. Tũ quia irresolubile est in superius propter q̃d. Sed hñr plura & particularia subiecta, & sunt plures partiales cãæ illius. tunc dubitatio est, qualis est cã mediorũ. Q̃ potest dupl̃r intelligi. Vno modo s̄m ordinem inuestigandi, vt sit sensus qualis cã de numero mediorũ (quęlibet. n. hm̃õi est medium sufficiens) præinquirenda est, proxima vl̃i, aut proxima singulari. Alio mõ s̄m ordinem cãlitatis ipsarum (vt sit sensus) qualis cã est vere cã, ꝙ illa passio sit in intermediis. i. subiectis particularibus, quæ media sunt inter singularia infima & vl̃e summum. Et rñsio est vtriq; sensui deseruiens, ꝙ cã proxima vnicuiq; i. particulari, & præaccipienda est & magis propria causa est, ꝙ illa passio sit in particulari subĩecto licet non absolute. Cã siquidem magis remota a particularibus, quæ proxima est vl̃i effectui, vere propria & prima cã est absolutæ illius passionis &c. huius aũt rñsionis iuxta primũ sensum rõ superius habita est. qñ. s. ex particularibus facilior est via &c. & in textu datur alia q̃ etiã deseruit huic responsioni iuxta sensum secundum. qm̄. s. proximũ particulari est propria causa particulari ꝙ participet vl̃em effectum &c. vt satis patet in terminis &c.

De cognitione principiorum indemonstrabilium & habitu principiorum. Cap. 13.

Tex. 101. *DE principiis aũt qualiter fiant cognita & quis est cognoscens habitus, hinc est manifestũ præ dubitantibus primum. Q̃d quidem non contingit scire per demonstrationem non cognoscentẽ prima principia immediata, dictũ est prius. Immediatorum aũt cognitio & utrum eadẽ est, aut nõ eadem, dubitabit utiq; aliquis: & utrum sciã utriusq;, an non: aut huius quidem sciã, illius autem aliq̃d genus sit: & utrum cũ non insint habitus, fiant, aut cũ insint, lateant. Si quidẽ igitur habemus ipsos inconueniens est: cõtingit. n. certiores habendo cognitiones, demonstrantem latere. Si aũt accipiamus non hñtes prius, qualiter ita cognoscemus & addiscemus ex nõ præexñti cognitione?*
Tex. 102. *impossibile. n. est, sicut & in demõstratione diximus. Manifestum igitur, q̃ neq; habere possibile est ignorãtibus, & neq; non habentibus, habitũ fieri. Necesse itaq; est habere quidẽ quãdam potentiam, non talem aũt habere, quæ est his honorabilior secũdum certitudinem.*
Tex. 103. *Videtur aũt hoc oĩbus esse aĩalibus. habent. n. potentiam naturalẽ iudicatiuã, q̃ uocant sensum: cũ insit autem sensus in aĩalibus, his quidem aĩalium est mansio sensibilis, in aliis aũt non sic. In quibuscũq; igitur non sit, aut oĩno, aut circa quæ non sit nõ est in his cognitio extra sentire. In quibus aũt inest sentientibus est habere unũ quoddam in aĩa. Multis autem factis hm̃õi iam quædam differentia fit, quare in his quãdam est fieri rõnem ex talium memoria, in aliis uero nõ.* Tex. 104. Idẽ in proœmio metaphy. *Ex sensu quidem igitur fit memoria sicut diximus. Ex memoria aũt multoties facta experimentũ. multæ. n. memoriæ numero experimentũ unum sunt. Et experimento aũt, aut ex omni quiescentem ul̃i in anima, uno præter multa, q̃ cum in oĩbus unum sit idem, artis est principiũ & sciẽ. si quidem circa gñationem, est artis, si uero circa ens sciẽ.* Tex. 105. *Neq; igitur determinati habitus, neq; ab aliis habitibus fiunt notioribus, sed a sensu, ut a machinæ euersione facta, uno stante alter stetit, postea alter quousq; in principiũ uenit: aĩa aũt existit talis, qualis possit pati hoc. Quod aũt dictum est olim, non aũt plane dictum est, iterũ dicamus.* Tex. 106. Hoc immediata supra. *Extante enim indifferentiũ uno primo quidem in aĩa ul̃e est. Et nãq; sentire quidem singularis, sensus autem ul̃is est. ut hoĩs, non calliæ hominis. Iterum in his statur, quousq; ad impartibilia stent & uniuersalia, ut puta huius aĩalis quousq; animal. & in hoc sil̃r. Manifestum est quoniã nobis ipsa prima inductione, cognoscere necessarium est. & nãq; sensus sic ul̃e intus facit.* Tex. 107. *Quoniam aũt circa intellectiuos habitus, in quibus uerum dicimus, alij quidẽ semper ueri sunt, alij aũt recipiunt falsitatem, ut opinio & ratiocinatio: uera aũt semper sciã & intellectus & principia demonstrationum notiora sunt. Et nihil certius est sciã, q̃ intellectus. Scientia aũt, cum omnis cum rõne sit, principiorum sciẽtia quidem non utiq; erit. Quoniam aũt nihil uerius contingit esse scientia q̃ intellectus, intellectus utiq; erit principiorũ ex his considerantibus. Et quia demõstrationes principium non est demõstratio, quare neq; sciẽ scientia. Si igitur nullum aliud genus præter scientiam habemus uerũ, intellectus utiq; scientiæ principium erit. & hoc quidem principiũ principij utiq; erit. Hoc aũt omne similiter se habet ad omne rerum genus.*

Summa huius capituli hæc est.

PRincipia qũo cognoscantur & quo habitu dicendum est Probatur a priori. qm̄ nõ contingit scire per demonstrationem non cognoscentem immediata principia &c. 1. Conclus.

Vtrum immediatorum principiorum eadem sit cognitio, aut non eadem. Q. 1.

Vtrum, vtriusq; sciã sit, aut non? aut huius quidem sciã, illius autem alterum cognitionis genus. Q. 2.

Vtrum habitus principiorum fiat in nobis de nouo, aut inditi sint & lateant &c. Q. 3.

Habitus principiorum non est inditus. probatur. quoniam inconueniens est certissimas cognitiones latere demonstrantem. *Contra secundã partem tertiæ conclusionis.*

Habitus principiorum nõ est de nouo acq̃situs probat̃, q̃a impossĩ est discere nisi ex præexñti cognitione &c. *Contra primam partẽ conclusio.*

Habitus principiorum, neq; determinati, neq; ab aliis habitibus fiunt notioribus, sed quadã potẽtia ignobiliore s̄m certitudinẽ, i. a sensu &c. Declaratur, qm̄ principium artis & sciẽ fit ex omni vl̃i quiescente in aĩa vno præter multa, & vno in oĩbus, & experimento: experimentum aũt fit ex multis memoriis, qm̄ multæ memoriæ experimentũ est vnũ numero, memorię aũt ex sensu. Declaratur processus istæ quadrupl̃r præmissis duabus diuisionibus. Prima diuisio est: aĩalium, quædam hñt memoriam seu retinent sp̃ẽm sensibilem, quędam non. Sc̃da est aĩalium habentium memoriã quædam habent rationem, quædam non. Sc̃do subiuncto exemplo reparationis pugnæ. Tertio qm̄ stante vno indifferenti vl̃e primum est in aĩa, sensus aũt vl̃is est, licet sentire particularis sit. Quarto, qm̄ primo necesse est cognoscere inductione sensus aũt sic facit vl̃e. *Responsiua tertiæ q̃ōnis.*

Conclusio ostensa primis quaestionibus. Habitus principiorum non est scia, sed intellectus probatur tripliciter praemissa diuisione habituum intellectualium. q. s. alij sunt, quibus verum & falsum dicimus, vt opinio &c. Alij semper veri, vt scia & intellectus. Primo quo ad partem negatiuā, quia scia oīs cum ratione est. Principia aūt sunt notiora seu certiora rōne. Scđo quo ad secundam partē, quia principia sunt veriora conclonibus, nihil aūt est verius scia, q̄ intellect⁹. Tertio quo ad vtrāq; simul, qm̄ habitus principiorū causat sciam, scia aūt nō est principiū sciae, sicut nec demonstratio demr̄ationis. Et qa nullus verus habitus restat nisi intellectus, intellectus ergo erit habitus principiorum & principium sciae & principiū principij &c.

Series autem hec est.

TErminaturus doctrinam de demr̄atiuo syllo, declarata demonstrationis nā, conditionibus, mēbris, & medio principiorū eiusdem notitiam, vt res exigit, tradere intēdit, vt sic cōpletae docuerit proposita in principio primi. Facit aūt quatuor in capi. hoc. primo ostēdit necessitatem tractatus huius. scđo qōnes tractandas proponit. tertio vltimam qōnem disputat & determinat, tali ordine: qm̄ primo determinat p̄existem potentiam & cognitionem, ex qua fit habitus principiorū pertinere ad sensum, & hoc ex duabus diuisionibus, cū membrorum differentiis deducit. Deinde conclonem inductam exemplo declarat, ex quo vis multorū singularium vt ex eis fiat principium sciae in proportionato passibili aperitur. vñ habeat sensus tantam efficaciā, deinde subdit, & vltimo modū, quo gñatio ista perficitur ponit &c. Quarto principalr̄ satisfacit simul primis qōnibus &c.

Quae requiruntur ad habitum principiorum generationem. Circa conclonem rñsiuam primę qōni occurrunt duo dubia simul pertractanda pp eorum connexionē. Primum est. an ad gñationem habitus principiorū praeexigatur necessario experimentū, vel non, sed sufficiat cognitio sensitiua interior. Scđm est, an habitus principiorum praeexigat experimentum rōne cognitionis terminorū, an rōne complexionis eorūdem. Ad hanc vltimam dubitationem, a qua ordiendū arbitror qm̄ ex fine sumitur rō eorum quae sunt ad finē, *Ant. And. primo metaphy. q. 5.* Antonius Andr. in qōne 5. primi meta. dicit. ꝙ experimentū non requirit necessario ad hoc vt fiat in nobis cognitio cōplexa principiorū, sed solum ad hoc ꝙ fiat in nobis cognitio incōplexa terminorum. Scđm horum non aliter probat q̄ ex eo ꝙ cognitio intellectus depēdet ex sensu, ita ꝙ phantasma factum intelligibile in actu est id qđ mouet intellectum ad cognitionem incōplexam &c. Primum aūt probat, quia intellectus ex seipso pōt conceptos terminos cōponere & diuidere, & ɔ̄ñr cognoscere principia, qm̄ cognitio cōplexa principiorū ex solis terminis cū lumine intellectus *T. com. 6.* agentis resultat. Vñ (& in primo huius) dr̄ ꝙ principia cognoscimus inquātum terminos cognoscimus. Sed (vt mihi vr̄) opinans p̄dictus a veritate declinauit (dū dixit) ꝙ ad cōplexam cognitionem principiorū non est necessaria experimentalis cognitio. Hoc. n contra Arist. & rationem vr̄. Contra Arist. quidem, qm̄ experimētum est cognitio complexa, cū sit collatio multorum particula- *In proemio.* rium (vt dr̄ in 1. meta.) Habetur. n ibi explicite ꝙ experimentalis cognitio est cognoscere, ꝙ haec herba contulit huic morbo, & similis illi &c. ergo experimētalis cognitio cōplexa est, & complexae ɔ̄ñr deseruit cognitioni intellectus. Vñ & ibi subditur ꝙ ex experimentali cognitione huius & illius herbae fit vl̄e complexum, oīs talis herba est curatiua talis morbi. Scđo qm̄ Arist. hic dicit cognitionem principiorū fieri ex sensu via inductionis, inductio aūt (clarum est) ꝙ ex particularibus cōplexis ad complexum tendit. Contra rōnem autem, qm̄ oportet ponere aliqđ motiuum & determinatiuū intellectus ad talem cōplexionem faciendam: termini aūt accepti (licet si componerentur hr̄ent ex se euidentiam, non sufficiunt tñ ad mouendum determinandum intellectū ad hāc cōpositionem potius q̄ illam.) Experimur nāq; continuę in nobisipsis, ꝙ habemus diu multorū terminorum conceptus absq; notitia principiorū cōplexorum, q̄ ex illorū terminorum cōiunctione constat. Fateor. n. me cognouisse, quid aequale, qđ demere, & qđ remanet, nesciuisse tñ hoc principium, Si ab aequalibus aequalia demas, quę remanent sunt aequalia, & similis rō est in aliis, oportet ergo vltra conceptus terminorū incōplexorum ponere aliquod determinatiuum seu motiuum intellectus ad talem compōnem faciendam. tale aūt motiuum oportet esse sensum, qm̄ ante cognitionem principiorum Arist. nullū motiuum intellectus nouit nisi sensum. ergo necessario cognitio cōplexa principiorum praeexigit sensitiuam experimentalem. Et confirmatur, qm̄ cū ex eisdem terminis variae possint fieri compōnes (vt manifestū est) nisi cognitio experimētalis determinet intellectum ad hanc cōpositionem, nō erit maior rō quare intellectus acquirat hanc cognitionem cōplexam (q̄; vocamus principium) ex illis terminis magis q̄; aliam &c. Praeterea cū particularia extra aīam sint in vno extremo & vl̄is complexio intellectus sit in altero extremo. & in hmōi s̄m Auerroim in libro de sensu et sensato, *In de sensu et sensato.* & nō fiat transitus de extremo ad extremum nisi p media, oportet ptransiri media anteq̄; ad cognitionem vl̄em perueniatur. Constat aūt ꝙ vnum imo vltimum & supremū mediorū ad cognitionem cōplexam principiorū est cognitio experimentalis eorūdē. ergo experimentū praecedere oportet. Fatendum est igir̄ ꝙ ad gñationem habitus principiorū praeexigitur experimentum. (rōne complexae cognitionis) qm̄ est propriū motiuum seu determinatiuū intellectus ad hoc, & qm̄ est medium essentialr̄ ordinatum ad hoc. Sed vt clarior pateat supradictorū, & mōae huius intellectus, notandus est modus quo Arist. hoc in loco putat ex sensus cognitione generari cognitionem principiorū. Hoc. n. plurimū proderit. Cū vidisset Arist. ꝙ intellectus nō mouetur nisi ab intelligibili in actu, & res intelligibiles (prout sunt in particularibus sensibilibus) esse intelligibiles (in potētia valde remota) eo ꝙ plurimum mālitatis habeant, posuit ipsas res intelligibiles deferri primo ad sensus, vt in eis positae sine mā magis appropinquent ad hoc ꝙ fiant intelligibiles actu: deinde qm̄ in sensibus exterioribus & cōi positę multas hñt conditiones māles posuit eas poni in cogitatiua, vt spūaliores sint & magis proxime intelligibilitati. & qm̄ simplex cogitatiuae operatio non sufficit vlr̄, ad hoc vt res per eam cognita sit tantae spūalitatis vt possit actione intellectus agētis fieri actu intelligibilis, posuit frequentem conuersionē & operationē cogitatiuę, circa eādem rē disponere rem illam vt cogitatā, ad hoc vt proxima sit intelligibilitati in actu, & habilis sit vt eā transferat intellectus agens in ordinē intelligibilium in actu. Habēt autem vim taliter disponendi hmōi actus frequētati pro quanto hñt vim collectiuam, & adunatiuā particulariū in vnū quasi vl̄e (ꝙ est obiectū experimentalis habitus) qui ex frequētia talium actuum gñatur. cum. n. terminus vltimus istius pcessus sit cognitio vere vl̄is, cōsentaneum est, vt id ꝙ vltimum mediū & simillimū termino est, sit quasi vl̄e (ꝙ vl̄e confusum possumus appellare.) Sic aūt re disposita & reducta ad tātam spūalitatem, operatione intellectus agentis fit verae vl̄is & intelligibilis in actu, & mouet ɔ̄ñr intellectum possibilem ad sui cognitionē &c. hic est modus ab Arist. hic positus &c. vt patet. Tum ex eo qđ dicit ꝙ ex experimentali cognitione fit cognitio vniuersalis. constat. n. experimentū ex frequentibus memoriis fieri, vt in textu dr̄. Tum ex eo ꝙ vl̄em cognitionem quiescentem in aīa fieri addit. non. n. est dubiū ꝙ de quiete a varietate inuēta in particularibus loquar̄, ad q̄; omnimodam quietē rei cognitae, non pōt ex particularibus tumultibus veniri īmediatae, sed mediante experimētali cognitione in qua res a varietate plurimū recedit, & iam quasi quieta est p priuationem exteriorū mutationum. Tū ex eo ꝙ comparat rē semel phantasiatā vni pugili, q principium pugnae esse non pōt, rem aūt frequenter cogitatam in diuersis &c. multitudini, q̄ principiū pugnae est. Tū ex eo ꝙ ad declarandum qūo ex sensitiua cognitione fit cognitio vl̄is principiorum explicitae assumit ꝙ sensus cognoscit quodāmodo vl̄e &c. Tum qm̄ p modum inductionis cognitionem vl̄em ex sensu fieri asserit.

Dicendum est ergo ad primū dubiū, ꝙ ad gñationem habitus principiorū non sufficit quaecūq; cognitio sensitiua

tiua interior etiã cogitatiuæ, sed requiritur frequẽs actus cogitatiuæ circa idem formaliter &c. vt probatum fuit. & signis pluribus apparet. Primo in pueris, in qbus (nõ quia careant actu cogitatiuæ, sed quia propter multitudinem humidi fluentis. nõ figit cogitatio) impedit vsus intellectus. Scdo in nobis experimur & multa cogitantes aciem intellis figere non possumus. vt vsũ limpidũ habeamus. Tertio quia ab oibus pbis vnanimiter cõcedit ꝙ ob meliorẽ vel peiorẽ dispõnem phantasmatũ in hoc & in illo. & in eodẽ (diuersis tpibus) melius vel peius intelligere fit: sunt. n. hæc oia signa ꝙ oportet phantasmata disponi & spiritualiora reddere, vt possent intellectui offerri, & actu intelligibilia fieri, quod frequentia actuum facit adunando, vt dictum est &c.

Ad scdm. Ad scdm vero dubiũ, dicitur ꝙ ad cognitione in complexã terminorum primorũ principiorũ, experimentũ nõ proprie dcm exigitur, sed multiplicata apprehẽsio illius termini in parte sensitiua sufficere vr̃, qm̃ cognitio incõplexa terminorũ, requisita ad cognitionem primorũ principiorum non est notitia cõpleta quid rei terminorũ sed est notitia cõfusa & parũ vel nihil excedens cognitionẽ quid nominis. Ad talẽ autẽ cognitionẽ habendã, quia vniuersalis est & quiescẽs oportet frequentẽ cognitionẽ sensitiuam adunantem præcedere: quia vero confusa cognitio est experimentum proprie dictum quod collationem & cõplexionem sonat exigi non video &c. Ad cognitionem vero cõplexam principiorum, quæ proprie cognitio principiorũ actualis vel habitualis dr̃, præexigitur, vt dictũ est, experimentalis cognitio illius cõplexionis. oportet. n. non solũ conceptus terminorum vses gñari, sed etiam cõpõnem eorum, quæ ita se habet ad cõplexionem experimentalem, sicut cognitio terminorum ad frequentem apprehensionẽ sensitiuã illorũ. Ad rõnem aũt Antonij Andreæ in oppositum dicitur, ꝙ principia sunt euidentia ex proprijs terminis, sic iam cõpositis. vel (& idem est) si taliter cõponanẽ eorũ termini ab intellectu, sed taliter cõponi nequeunt, absq; experimento determinatiuo intellectus ad hoc &c. Vnde qñ dicitur, ꝙ principia ex solis terminis lumine intellis cognoscuntur, nõ excluditur adminiculum sensus, sed tantũmodo termini medii, sic. n. principia cognoscimus in quantũ terminos cognoscimus, quia absq; alio medio termino cõplexũ illud, quod principiũ est, euidens est, & nõ quia absq; experimentali complexione compõ intellectus fiat &c. Ex his autem, quæ diximus, nullus arbitretur meæ opinionis esse, ꝙ omnem compositionem intellectus oporteat præcedere cõpositionem experimentalem similem illi &c. hoc enim nõ teneo: neq; sequitur ex dictis: sermo enim noster versatus est circa generationem illius compositionis intellectus, quæ non fit ex præexistenti habitu, & non circa omnem, quare

Habitus principiorũ an acquisitus vel naturalis. Cap. 1 Circa eandem conclusionem notandũ est: ꝙ habitus primorum principiorũ, neq; est pure naturalis: neq; pure acquisitus, sed partim ab intra & partim ab extra. vt enim dicitur in. 2. Ethi. Virtutum semina a natura sunt in anima nostra: ipsę aũt virtutes in actu ex actibus nostris sunt, sed inter virtutem, qua bene intellectus noster se habet circa principia, & alias tantũ interest, ꝙ cum oẽs virtutũ habitus ideo aliqualiter a natura sint, quia in nobis a natura congenitũ est, tam principiũ passiuum q̃ actiuum earum, cætere virtutes a principiis naturalibus non oriuntur immediate & ꝓxime, sed medijs virtutibus superioribus, principiorum autem habitus, ipsa naturalia principia tanq̃ proximas causas sibi vendicat. Quia igit cognitio principiorũ a lumine intellectus agentis proxime emanat, & sensuum cognitio non nisi vt determinatiua passiui principii i. intellectus ad talem cognitionem concurrit, ideo Aristo. dixit, ꝙ habitus principiorũ neq; ab aliis habitibus fiunt, sicut cætere virtutes: neq; ita a natura ꝙ determinati omnino sint, sed in potentia proxima tam passiua q̃ actiua sunt inditi ad perfectionis terminum reducendi seruitio sensuũ experientiam determinatiuam ministrantium. vt sic non solum inchoatiue, sed radicaliter sint a natura completiue autem ab extra &c.

Nec mireris si pluraliter Aristoteles habitus principiorum nominat, quoniam speculabilium & agibilium nõ sunt eadem prima principia &c.

Sensus vniuersalis, sentire vero particularis est. pri. huius cap. 23. Circa eandem conclusionem notandum est, qũo sensus sit vniuersalis, sentire vero particularis, vt perfecte intelligas propositiones has, diligenter inspicias glosam. S. Tho. in hoc loco, & addito ea quæ in 23. cap. primi libri diximus de hac re. Ex his enim illucescit quomodo operatio partis sensitiuæ attingere potest vniuersale &c. & quomodo non &c.

An sensus sit certior intellectu, Circa eandem conclusionem dubitatur, quoniam ibi dicitur, ꝙ sensus est incertior intellectu, hoc enim non videtur verum, quoniam cognitio illa, quæ est principiũ omnis nostræ cognitionis, & in quam resoluitur est certior cæteris. Cognitio aũt sensitiua est, & a qua oĩs nr̃a. intellectualis notitia ortum habet (vt in textu dicitur) & ad quã omnis nostra cognitio resoluitur. Tum qm̃ primum in compositione est vltimum in resolutione. Tum quia vt in tertio cœli dicitur. notitia tam practica q̃ speculatiua, cuius iudicium non peruenit vsque ad singularia, vnde incoepit perfecta non est &c. Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ absq; dubio intellectualis euidentia est certior sensitiua. Tum quia intellectus operationes sunt immateriales, & per hoc a varietate, quæ causa est incertitudinis remotæ sunt. Tum quia lumen intellectus agentis efficacius & in se est, & operatur in intellectu principiorum q̃ quodcũque medium in sensu. Nec est verum ꝙ cognitio sensitiua sit prima in componendo notitiã intellectiuam, licet sit prima ordine originis. Ad hoc. n. ꝙ aliquid sit primum in componendo (nisi ęquiuoce loquamur) exigitur ꝙ illud ingrediatur compositum. constat autem ꝙ cognitio intellectiua non integratur ex sensitiua, sed fit ex illa in genere causæ efficientis ministratiue &c. Similiter auctoritas Aristotelis nihil obstat, quoniã aliud est notitiam sensitiuam esse principium in quod resoluitur intellectiua, & aliud est eam esse principium ad quod oportet terminari cognitionem intellectiuam. Primum enim negamus, quoniam nimis vilificat intellectum, & magnificat sensum. Sequeretur enim sensum esse causam principalem intellectiuæ certitudinis & euidentiæ, quod intellectus agentis opus est. Secũdum autem (secundum sententiam peripateticam, quam sequimur) verum esse oportet, quoniam sine phantasmate, nec accipere, nec exercere intellectiuam cognitionem potest anima. Et vt in loco allegato dicitur, sicut iudicium artis, quod nõ extendit se vsq; ad singularia, imperfectum est (eo ꝙ finis practici intellectus opus est) ita iudicium speculatiuum nisi vsq; ad naturas rerum in singularibus existentes, per sensus representatas pertingat perfectum non est, eo ꝙ philosophia non quæritur vt loquamur in aere, sed vt de rebus realibus quas vniuersum integrare cernimus cognitionẽ habeamus, propter quod ligatis sensibus somno vel infirmitate, aut passione iudicium intellectus impeditur &c. Quare autem ab hoc anima humana liberari in hac vita non potest alterius negocii est. Et sic sit præsentis operis finis in quo si qua falsa sint omnes cuiusque ordinis viros rogo (vt passionibus reiectis) dum superstes sum aut verbis, aut scriptis arguant: gratissimum. n. mihi erit ab errore reuocatum esse, & opiniones meliores amplecti. Si autem veritati consona deprehendẽt, ob diui Thomæ gloriam pro qua hoc onus suscepimus dilatent. Gratiasque mecum agant Saluatori nostro Iesu Christo, Qui opus hoc in conuentu Brixiensi: Anno christianæ salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, In die sacratissimæ natiuitatis suæ consummari concessit &c.

Expliciunt Additiones in libros Posteriorum Analyticorum. Fratris Thomæ Caietani ordinis Predicatorum, ac sacræ theologiæ professoris & post cardina. s. Xysti castigatissime.

Commentaria fratris Thomæ de Vio Caietani ordinis Prædicatorum: ac sacre theologiæ professoris, cardinalis S. Xysti in libellum S. Thomæ de Ente et essentia.

Tex. 33.

Quia paruus error in principio magnus est in fine secundum philosophum Primo Cœli & Mundi: Ens autem & essentia sunt quæ primo in intellectu concipiuntur, ut dicit Auicenna in Metaphysica, ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horũ difficultatem aperiendam dicendum est, Quid nomine essentiæ & entis significetur: & quomodo in diuersis inueniuntur: & quomodo se habeant ad intentiones logicas, scilicet genus, species, & differentias.

ca 5 in principio.

OPVS istud insigne in duas partes diuiditur principales, in procemiũ. s. & tractatum. Incipientẽ ibi (Sciendum est &c.) In procemio artem rhetorice seruando tria agit Primo reddit auditores beneuolos vtilitatem & necessitatem dicendorum ostendens tali ratione, omnis errans circa principia oĩum intelligibiliũ magis errabit circa alia, oĩs errans circa essentiã & ens errat circa principia oĩum intelligibilium. ergo omnis errans circa essentiam & ens magis errabit circa alia. Vtile igitur & necessariũ est tradere notitiam de essentia & ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. huius rationis maioris subintellectæ probatio ponitur in litera sumpta ex primo cœli textu cõmenti. 33. Minor autem probatur auctoritate Auic. 1. suæ meta. cap. 5. Ad euidentiam maioris & suæ probationis scito. Quia principium est paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur. Et quia principium est magnũ in virtute, vtpote virtualiter cõtinens omnia principiata. ideo error in principio paruus in fine efficit magnus. Crescit. n. error sicut & dilatatur principium in suis principiatis, vt manifeste patet in principio biuij in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deducit in processu.

ca 5. in principio.

Qõ 1. De primo cognito.

Ad euidentiam minoris occurrit dubitatio in hoc studio trita. an. s. ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nr̃o. In hac qõne quinq; agam. Primo declarabitur in quo stat difficultas qõnis. secũdo ponetur opinio Scoti cum fundamentis suis. tertio ponetur opinio S. T. & impugnabitur simul opinio Sco. quarto arguetur contra dicta S. T. & respondebitur. quinto satisfiet argumentis principalibus.

Quo ad primum notandum est, q̃ vle, qd̃ tñ ab intellectu directe cognosci supponimus, duplicẽ habet totalitatem est enim totum diffinibile, & est totum vle. Differunt autem hæ totalitates tripliciter. Primo, quia totalitas diffinitiua fundatur supra actualitatem rei, totalitas autem vlis supra virtutem seu potestatẽ. Secundo quia illa est in ordine ad superiora, si habet ea, ista vero est in ordine ad inferiora. Tertio, q̃a illa naturaliter est ista prior. Et sicut habet duplicem totalitatem ipsum vle, ita habet duplicem cognitionem cõfusam, & duplicem distinctã. Prima cognitio cõfusa est, qua cognoscitur vt totum diffinibile non resoluendo in partes diffinitiuas. Secũda cognitio confusa est, qua cognoscitur vt totum vle non cõponendo ipsum cum partibus subiectiuis. Prima distincta est, qua cognoscitur totum diffinitiuum resoluendo ipsum in singulas partes diffinitionis: & hæc respondet primæ confusæ. Secunda distincta est, qua cognoscitur totum vle cõponẽdo ipsum cũ suis partibus subiectiuis, & hæc respondet secundæ confusæ. Differunt autẽ illæ duæ cognitiones confusæ inter se tripliciter. Primo, quia prima cognitio respicit obiectum vt totum diffinibile, secunda vero vt totum vle. Tertio, quia prima nullam notitiam distinctam eiusdem obiecti secũ cõpatitur. Secũda vero cõpatitur secum notitiã distinctã eiusdem obiecti, in eo q̃ totum diffinibile, vtpote nõ sibi oppositã. Similiter enim ignoro animal in suis speciebus, & noui quid sit animal. tertio quia prima naturaliter est prior secũda. Ex quibus pono verbalem drĩam. Et prima vocet̃ cognitio confusa actualis, scd̃a vero notitia virtualis cõfusa. & merito, eo q̃ prima cognitione cognoscitur confuse id, quod actualiter in obiecto reperitur, secunda vero cognoscitur confuse id. quod virtualiter in obiecto includitur. Illæ vero duæ distinctæ cognitiones differunt etiã tripliciter. Primo, quia prima cognitiõe penetratur res, vt totum diffinibile, scd̃a vero vt toto vle. Secundo, q̃a prima cõpatitur secũ eiusdẽ obiecti aliquã cognitionem confusam, vniuersalem. s. vtpote sibi non oppositã. scd̃a vero nullã confusam secũ cõpatitur, cũ notitia enim animalis cum suis speciebus nõ stat ignorantia animalis in se. & ex hac sequitur tertia drĩa, q̃ scd̃a distincta infert primam, & non econuerso Ex quibus pono etiam hic verbalem differentiam, & prima quidem vocetur notitia distincta actualis, secunda vero notitia distincta virtualis, & merito, quia prima penetratur res secundum id quod actualiter in ea inuenitur, secunda autem cognoscitur res secundum id quod virtualiter in ea includitur.

EX his elicio primo diffinitiones istarum quatuor cognitionum, deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoscitur & diffinitur per suum habitum, ideo a distinctis incipiendo dicitur, q̃ cognitio distincta actualis est, qua penetratur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est, qua citra penetrationẽ cognoscitur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est, qua obiectum penetratur secundum id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio confusa virtualis est qua obiectum secundum id quod virtualiter in ipso includitur non perfecte cognoscitur.

Coordinationes harum cognitionum sunt istæ prima est cognitionum confusarum actualium. secunda confusarum virtualium. tertia distinctarum actualium. quarta distinctarum virtualium. In prima est cognitio, qua cognoscitur substantia in seipsa non penetrando tamen, & cognitio, qua cognoscitur corpus vt corpus, & qua corpus animatum vt sic, & qua animal vt sic, & qua homo vt sic, semper absq; penetratione. i. absque hoc q̃ habeatur ratio formalis clara & resoluta. In tertia sunt cognitiones oppositæ supradictis, s. qua substantia & qua corpus & qua animal & qua homo qdditatiue cognoscuntur. In secunda sunt cognitiones, quibus substantia, corpus, corpus animatum, & animal cognoscuntur non cõponendo cum inferioribus suis In quarta sunt cognitiones his oppositæ, s. qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur totum vle, s. cũ suis partibus, & qua corpus sibi cũ suis ptibus subiectiuis penetrat. & sic de aliis. Cũ ãt vt ex dictis patet, ordo cognitionum confusarum actualium sit via originis prior cæteris primum cognitũ in ordine cognitionis confuse actualis, erit primum cognitum simpliciter. & sic cum hic quęramus, quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro via originis. nihil aliud dubitamus nisi quid sit primum cognitum in ordine cognitionis cõfuse actualis Stat ergo inter nos & Scotũ difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confuse actualis via originis primum cognitum sit ens, an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonij trombete qui hanc quæstionem mouendo adducit opinionem. S. T. ex prima parte. q. 85. art. 3. etenim a. S. T. nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales, de quibus est hic tota quæstio, sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se. cõparauit quoq; distinctam actualem superioris distincte virtuali eiusdem. comparauit & confusam virtualem superioris distinctæ virtuali eiusdem comparauit & confusam actualem distinctæ actuali eiusdem obiecti. vt patet intuenti. & hoc de primo.

1. q. 85. ar. 3. S. T. ... ex a positum.

Quo ad secundum Scotus primi sententiarum dis. 3. q. scd̃a ponit hanc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima, cuius singulare efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus. Prima est, causæ naturales non impedi

Opio Scoti cũ suis rationibus ex 1 di. 3 q. 2 et q. Ant. Tromb.

tæ producunt primo perfectissimum effectum, quẽ pñt primo producere patet ista: quia agunt ſm vltimum potentiæ suę. sed agentia ad primum actũ intell'is sunt causæ naturales nõ impeditæ: ergo producunt primo perfectissimum effectũ: quẽ possunt primo producere. talis effectus non est nisi conceptus actualis confusus speciei specialissimæ: ergo &c. ꝓbatur hoc vltimo assumptũ: q̃a si talis conceptus. s. perfectissimus sit conceptus cõioris, sequitur ꝙ nunq̃ illa agentia poterunt producere conceptũ speciei specialissimæ. tenet ꝯñtia, quia nũq̃ aliqua potentia potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu. conceptus aũt speciei specialissimæ est perfectior cõceptu cõiori, sicut totum sua parte. Et cõfirmaẽ inq̃t Ant. Trõbeta, qñcunq̃ sunt aliqua duo naturalia agẽtia æque approximata passo debite disposito id quod est actualius præuenit id quod est minus actuale in agendo erga passum: sed rationes obiectiuæ speciei specialissimę, & cuiuscunque superioris sunt hmõi. s. ꝙ species specialissima est actualior: ergo species specialissima prius producit effectũ suum quam genus. Secunda ratio est ista, termini metaphysicales, vel vniuersalissimi sunt vltimo

ca. 3. circa medium. actualiter noti via doctrinæ patet ista ex Auicen. 1. Metaphysi. cap. 1. dicente, ꝙ meta. est vltima ordine doctrinæ: sed termini illi sunt vlissimi. ergo vliora nõ sunt pri' nota actualiter. Et confirmatur, ait Ant trõbeta: q̃a ordo scientiarum quo ad nos attenditur penes ordinẽ cognoscibilium quo ad nos: si ergo Metaphysica est vltima quo ad nos: ergo termini sui erunt etiã vltimo noti quo ad nos. Tertia rõ est ista, si oporteret ante speciei conceptum concipere vliora, tunc supposito sensu in actu & intellectu soluto, magnũ tpis interuallũ accideret anteq̃ intellectus cognosceret speciem. tenet ꝯñtia, quia multa sunt prædicata media inter supremum & infimũ. Quarto ad idem arguit Anto. trombe. sic, id prius cognoscitẽ, qđ est facilioris abstractionis: sed ipẽs specialissima est facillimæ abstractionis: ergo species specialissima prius cognoscitur. probatur maior, quia cũ intellectus non intelligat nisi abstrahendo, sicut se habet ad abstrahendum, ita se habet ad intelligendum. Minor patet, quia a similioribus facilior ẽ abstractio, q̃ a dissimilioribus, indiuidua aũt vnius speciei, a quibus abstrahiẽ genus, seu quoduis superius. Quinto, id vl'e prius cognoscitur ab intellectu cuius singulare fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimæ fortius mouet sensum, q̃ cuiuscũq̃ superioris singulare: ergo species specialissima primo cognoscitur ab intellectu. Maior patet, quia nostra cognitio intellectiua nascitur ex sensitiua. Minor probatur dupliciter. Primo, sensus mouetur a singulari. ergo maxi-

2. topicorũ. me mouetur a maxime singulari (per regulam topicã. sicut simpl'r ad simpliciter) sed maxime singulare est singulare speciei specialissimæ, quia est determinatũ non solum determinatione singularitatis, sed etiam naturę determinatæ, non amplius determinabilis per aliam naturam: quod indiuiduis superiorũ nõ conuenit. ergo &c.

Secundo probatur eadẽ minor sic: singulare actualius fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimæ est actualius, cum sit perfectius, cum ad alia singularia addat. ergo singulare speciei specialissimæ fortius mouet.

Sexto sic, compositius est prius notum: species specialissima est compositior omnibus superioribus: ergo species spãlissima ẽ prius nota oĩbus superioribus. maior ha-

Cap. 3. ca: de differentia. betur a Cõmentatore primo physicorum, commento tertio, Minor a Porphyrio dicente ꝙ species abundat a genere, & hoc de secundo.

Quid sit primo cognitum secundũ veritatem. Quo ad tertium ponuntur duæ conclusiones. Prima est, ens concretum quidditati sensibili est primum cognitum cognitione confusa actuali. Anteq̃ hæc conclusio probetur duo præmittam. Primo declarabo quid nominis subiecti conclusionis. s. quid sit dicere ens concretũ quidditati sensibili. Secundo declarabitur quoddã quod præsupponit ipsa conclusio. Circa primũ scito ꝙ ens sub triplici conditione potest terminare actũ intellectus. Primo vt habet conditionem istam, quę est abstractio totalis (non dico a singularibus) sed a speciebus & a generibus. Secundo modo vt habet conditionem istam, quæ est abstractio formalis, similiter a specieb' & generibus. Tertio modo vt neutram istarum cõditionum habens, abstractum tamen a singularibus. primo modo, ens nõ est pertinens ad hanc quæstionem, quia ipsum vt sic est totum vl'e, nos autem loquimur de cognitione confusa actuali non virtuali. Secundo modo ens est terminus metaphysicalis, & forte adhuc viris doctissimis non innotuit. Tertio modo ens est primum cognitum & nuncupatum est ens concretum quidditati sensibili, quia nõ est separatum aliqua dictarum abstractionum a quidditate specifica vel generica. Ad horum faciliorem intelligen- *Nota doctrinam de abstractione totali et formali a Doctore dilucidius q̃ ab aliis hic absolutam.*

tiam nota, ꝙ sicut est duplex cõpositio. s. formæ cũ materia, & totius cum partibus, ita duplex est abstractio ꝑ intellectũ. s. qua formale abstrahitur a materiali, &, qua totum vl'e abstrahitur a partibus subiectiuis. ſm primã quãtitas abstrahitur a materia sensibili iuxta sc'dam animal abstrahitur a boue & leone. primã voco abstractionem formalem, secundam vero voco abstractionem totalem, eo quia quod abstrahitur prima abstractione est vt forma eius a quo abstrahitur, quod vero abstrahitur secũda abstractione est vt totum vl'e respectu eius a quo abstrahitur. Differunt aũt hæ duæ abstractiones quadrupliciter. Primo, quia in abstractione formali seorsum vterq̃ conceptus completus hẽ, eius. s. qđ' abstrahitur. & eius a quo abstrahitur. i. formalis & materialis. ita ꝙ conceptus alter alterum non includit. linea enim in eo ꝙ linea habet complete suam diffinitionem non includentẽ materiam sensibilem, & econuerso, materia sensibilis lineæ habet cõplete suã diffõnem non includentem aliq̃d lineæ: in eo ꝙ linea, aliter diffõnes naturales abstraherẽt a materia sensibili. In abstractione vero totali non remanet seorsum vterq̃ conceptus cõpletus, ita ꝙ alter alterũ non includat, sed vnus tm̃, eius. s. qđ' abstrahitur. Quando. n. abstraho ai[illegible]b hoĩe nõ præcidunt se inuicẽ conceptus hominis & aĩalis, sed tm̃ conceptus aĩalis non includit conceptũ hoĩs: hõ enim non est intelligibilis sine aĩali. Fundamentũ huius dr̃iæ est, ꝙ illa abstractio fit per cõsiderationẽ alicuius, qđ ẽ de rõne inferioris, & ꝑ remotionẽ. i. nõ cõsiderationẽ alicuius, qđ est de rõne illiusmet inferioris. Abstrahiẽ. n. animal ab hoĩe per hoc, ꝙ intell's cõsiderat in homine aĩal & nõ rõnale, quorũ vtrũq̃ est de rõne hominis Illa autem abstractio nõ fit per considerationem alicuius quod sit de ratione materiæ, & per nõ considerationẽ alicuius qđ sit de illius rõne, sed potius fit per separationẽ eorũ, quæ sunt de rõne formalis ab his, quæ sint de rõne materialis, & ecõuerso, vt exẽplũ datũ ostendit. Sc'do differunt, quia per abstractionẽ formalẽ oritur in eo ꝙ abstrahitur actualitas, distinctio & intelligibilitas in abstractione vero totali oritur in eo, ꝙ abstrahitur potentialitas, confusio, & minor intelligibilitas. Tertio differunt, quia in abstractione formali quanto aliquid est abstractius, tanto est notius naturæ, in abstractione vero totali quanto est abstractius, tãto est notius nobis. Fundamentum harum differentiarũ est: quia abstractio formalis fit per separationem a materialibus, potentialibus, & hmõi. Abstractio aũt totalis fit per separationem a specificis actualitatibus, a quibus quãto aliquid est abstractius, tanto est potentialius, cũ genus potestate contineat inferiora, & tanto est minus intelligibile, cum actus secundum se sit notior potentia, sexto Metaphysicæ. tex. cõmenti sc'di. *T. cõ. 2.* Quarto differũt, q̃a penes diuersos modos abstractionis formalis scientiæ speculatiuæ diuersificãtur, vt patet sexto Metaphy. in principio. Abstractio aũt totalius cõis est oĩ scientiæ. propter quod (metaphysicalia, vt sic,) nõ cõparantur ad naturalia per modũ totius vl'is ad partes subiectiuas, sed vt formalia ad materialia sicut & mathematicalia. licet. n. gradus metaphysicales sint vliores aliis, & cõparari possint ad alia vt ad partes subiectiuas, eo ꝙ eidẽ potest vtraq̃ abstractio cõuenire, tamen inquantum stant sub cõsideratione metaphysicali non sunt vlia respectu naturalium, sed formæ, & naturalia sunt earum materia. & hoc est valde notandum. Patet ergo qũo ens qñq̃ habet abstractionem formalem, qñ. i. cũ præcisione ceterarũ rõnum genericarũ & specificarum accipitur, & qũo qñq̃ habet abstra-

ctionẽ totalem, qñ.ſ. vt totũ vĩ poteſtate includens cęte ra genera & ſpecies conſideraſ. Patere etiã põt ꝙ nũc intendimus, qũo ens ſit concretũ quidditati ſenſibili, cũ.ſ. neutra illarum abſtractionum fulcitur, ſed in quidditate ſenſibili abſtracta a ſingularibus abſque aliqua ſeparatione inſpicitur, & ſic eſt manifeſtum quid ſignificetur nomine entis concreti quidditati ſenſibili.

Ens poſſit cognoſci cognitione actuali confuſa velut.

Et iō sciendum est, q̄ materia non quolibet accepta est principium indiuiduationis sed solū materia signata. Et dico materiam signatā, quæ sub certis dimensionibus cōsideratur: hæc aūt materia in diffinitione hoīs, inquantum hō, non ponitur sed poneretur in diffinitione Socratis, si Socr. diffinitionem haberet. in diffinitione autem hoīs ponitur materia nō signata. non. n. in diffinitione hominis ponitur hoc os & hæc caro, sed os & caro absolute, quæ sunt materia hominis non signata.

Hic rn̄det obiectioni destruendo maiorem cū sua probatione dicens, q̄ mā dupli̇r accipitur, signata. s. & nō signata: signata est principium indiuiduationis, nō signata ponitur pars essentiæ specificæ, signata poneret in diffinitione Socr. si diffiniret, nō signata ponit in diffinitione vlium. vñ & patet vlia diffiniri, & tñ mām includere, sed non signatam, quæ particularitatis est principium.

Circa hanc partem dubitat, an mā sit principiū indiuiduationis. In hac q̄one sunt sex agēda. Primo declarabit titulus. Scdo ponetur opinio Scoti. Tertio impugnabit. Quarto ponitur opinio S. T. Quinto arguetur contra illam Sexto rn̄debitur argumentis in oppositum.

Quo ad primū nota, q̄ cū de principio indiuiduationis agitur cū indiuiduum duo dicat. s. indistinctum a se et distinctum ab alijs, nihil aliud quærit nisi per quid primo natura specifica reddatur incōicabilis, ita q̄ repugnet sibi cōicari pluribus vt superius inferioribus cōicatur atq; quid hoc indiuiduū primo distinguit realiter ab alijs eiusdem spēi. Duo ergo quæruntur concurrentia ad indiuiduationem. s. quo (primo) natura specifica reddatur incō municabilis, & quo (primo) realiter distinguatur ab alijs eiusdem spēi Et aduertas bene singulas partes tituli, quas declarauimus. qm̄ aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur.n. hic de incōicabilitate quæ opponitur communicationi reali, & nō de incōicabilitate q̄ opponitur cōicationi formę. hāc n. nullus dubitat primo conuenire materiæ. Et sil̄r agitur hic de distinctione reali indiuiduorum sub eadem specie, q̄ non est nisi inter entia realia, & non de distinctione qua Ior. viuus & Plato mortuus distinguuntur. Aduertēdo semp q̄ non loquimur nūc nisi de indiuiduatione subarum materialium, hæc de primo.

Quo ad scdm. Sco. 2. sen. dist. 3. q 6. opinat q̄ nā speci fica indiuiduatur p quoddam positiuū per se ɔ̄hens illam & faciens vnū cū illa, ita q̄ illud positiuū nec est mā, nec

Marginal notes: 1 Physico. c. 79 fin. 9 metaph. com. 17. 7. com. 7. 7. cō 21. 7. cō 15. 7. cō 16. 7. cō 22. Ad primā. Ad scdm. 7. cō 34. & 37. 2 Physico. 7. co. 18. Ad vlti. mam. Q. Scotus 2. dis. 3 q 6.

forma, nec cõpositum, sed est modus oium, seu vltima realitas mãæ, formæ & compositi eadem illis realiter: & sic apud eũ de principio indiuiduationis ponitur talis cõclusio. Principiũ indiuiduationis non est mã, nec forma, nec q̃titas, sed proprietas indiuidualis. s. hecchei tas. Huius conclonis probões (quo ad tres primas partes nunc omitto, postmodum q̃rum ad propositũ spectat adducendas.) Pro quarta arguitur sic. Vnitas sequitur entitatem proportionabilr loquendo. eodem. n. mõ res est ens & vna igitur vnitas simplr vltima. s. innumeralis seu indiuidualis sequitur entitatẽ indiuidualem. sed clarũ est q͏ entitas illa indiuidualis non est aliqd' eorum, q̃ sunt actu in specie, nec aliqd' accñs, cum omnia accñtia sint post. ergo est proprietas indiuidualis. indiuiduorũ. s. cõstitutiua, vt arguatur sic. Illud, ad quod primo sequif vnitas numeralis est principiũ indiuiduationis: proprietas illa seu hecceitas est id, ad qd' primo sequif vnitas numeralis: ergo heccheitas est principiũ indiuiduationis. maior patet. qa vnitas proportionabilr sequitur ens. Minor probatur, quia vnitas numeralis nõ sequitur quidditatem. vt patet, nec ad aliqd' accñs cum præcedat totum genus accñtium.

Secunda. Scdo sic. omnis dr̃ia differentiũ reducitur ad aliqua primo diuersa, alioquin nõ esset status indifferẽtibus: sed indiuidua proprie differunt. ergo eorum dr̃ia reducitur ad aliqua primo diuersa hæc non sunt nãæ ipsorum, nec priuationes, nec accñtia aliqua. ergo sunt hecchei tates. probatio huius vltimi assumpti quo ad tertiã partem, quia si dr̃ia indiuiduorum reducitur ad aliquod accñs, maxime reducitur ad q̃titatem, sed hoc non qd' sic patet quæratur. n. p id quid hæc q̃titas & illa q̃titas differant nõn seipsis. sic. n. specifice distinguerenf. ergo aliquo alio, puta situbus. Sed hoc non põt esse, qa aut distinguuntur situ q est spãle prædicamentum, & hoc non, qa illæ est posterior q̃titate, aut situ, qui est dr̃ia q̃titatis. & hoc non, qa quæratur p quid illi situs distinguunf, aut seipsis, & hoc non põt dici, quia seipsis non sunt hi, aut aliquo alio, & sic in infininim. Et præterea cũ situs qui est dr̃ia q̃titatis integretur ex cõtinuatione & permanentia partiũ idem est dicere, hæc q̃titas differt ab illa pp alium situm. & qd' hæc q̃titas differt ab illa q̃titate seipsa. Tertio sic, id qd' se toto primo cõstituit aliqd' singulare in sua entitate singulari, & vnitate ꝯñte talem entitatem ei se toto primo repugnat diuidi diuisione opposita illi vnitati, & ꝯñr esse principiũ indiuiduationis: sed sola ꝓprietas indiuidualis seu heccheitas est hmõi. ergo &c. maior patet ex terminis minore eodem mõ probatur, vt supra hæc de secundo.

Prima. Contra Scot. Quo ad tertium arguitur ꝯ opin. Scot. quadruplr. Primo sic. oĩs actus singularis præexigit potentiã singularẽ q̃ actuat: sed heccheitas est actus singularis: ergo p̃exigit potentiam singularẽ, q̃ actuat sed illa potentia est nã seu in nã ipsius indiuidui. ergo nã indiuidui est singularis ante aduentũ heccheitatis, & sic heccheitas nõ est primum indiuiduationis. ꝓpões assumptæ oẽs sunt Scoti in hac materia, etiam maior, q̃ tñ probatur ex doctrina Aristo.

T. cõ. 38. secundo physi. tex. cõ. 38. vbi docet comparationes causarum. vñ sicut forma particularis præexigit mãm particularem, sic actus potentiã. Si dicatur q͏ hoc est verum, vbi actus & potentia distinguunf realiter, eo q͏ tunc potentia realiter recipit actũ. Hoc nõ obstat, eo q͏ ẽm Scot. qñ aliqua duo adunãtur realiter, eũdem ordine ex nã rei retinent, quem hñt si essent distincta realiter cum ergo actus singularis si distinctus esset realiter, ex nã sua præexigeret potentiam singularẽ, oportet q͏ et nunc hoc idẽ

Secunda. exigat, cũ ordo idem seruetur. Scdo sic, illa quę sunt principia indiuiduationis sunt seipsis primo diuersa: hecchei tates sor. & Pla. non sunt hmõi. ergo. maior est Scoti. minor probatur id qd' conuenit magis cũ vno q̃ cum alio, non est primo diuersum ab eo, cũ quo magis conuenit: sed heccheitas Plat. magis conuenit cũ heccheitatem sor. q̃ cũ heccheitate albedinis: ergo heccheitates Plat. & sor. non sunt primo diuersæ. maior pro syllĩ patet ex terminis. primo. n diuersum ab alio nõ conuenit cũ illo Minor probatur duplr. primo, quia heccheitates sor. & Pla conueniunt in spẽ, heccheitates sor. et albedinis differunt gñe. Scdo, quia illa magis conueniunt, q̃ magis assimilantur. magis aũt assimilantur quæ sunt magis cõparabilia: heccheitates aũt sor & Plat. sunt comparabiles magis q̃ heccheitates sor. & albedinis. sicut vlr res eiusdem p̃dicamẽti sunt magis cõparabiles q̃ res diuersorum p̃ntorum. Tertio sic. q͏ cõuenit vni & repugnat alteri indiuiduo eiusdẽ Tertia. speciei præexigit necessario ipsorũ distinctionẽ. proprietas indiuidualis. puta sorteitas cõuenit sorti & repugnat Plat. eiusdem spẽi indiuiduo. ergo proprietas indiuidualis prẹexigit distinctionẽ sor. a Plat. & sic proprietas indiuidualis non est id quo primo sor. distinguitur a Plat. conclusio est falsa ẽm Sco. processus est bonus, ergo altera præmissarum est falsa. vtraq; aũt est sua ergo oino falsus conuincitur, & maior quidẽ habetur a Sco. in quolibet. q. 2. minor aũt est sua conclo, q̃ nunc impugnamus.

Quarto ostendo hãc positionem ꝯ dicere peripateticis. Arist. & Com. 12. n. metaph. tex. cõ. 49. fit hæc ꝯña primum cœlum. i. primum principiũ est vnũ specie & plura numero: ergo habet mãm. quæ ꝯña nulla esset, si proprietas indiuidualis ponerer distinguere indiuidua eiusdem speciei. Glosam aũt Scot. intelligentis per mãm indiuidualem proprietatẽ (destructiuã esse textus) apparet ex Commentatore ibi dicẽte, omne qd' est vnum in specie & plura in numero habet mãm: sed iam declaratum est, q͏ principium coeli nõ habet mãm. Ex quibus verbis apparet, q͏ de illa mã loquitur, q̃ declarauit non esse in primo principio. Apparet aũt in tex. cõ. 30. expresse declarasset motorem coeli non hr̃e mãm ad vbi & ad esse, & nullam fecisse mentionẽ de proprietate indiuiduali. Apparet quoq; fictio illius glosæ ex. 3. meta. tex. cõ. 11. vbi dicitur, q͏ oĩs multitudo aut est rerum differentiũ ẽm formam, aut ẽm q̃titatem. q͏ idem habes in Cõmentatore in primo phys. cõ. 6. Nec admittenda est glosa Antonij trombetæ, q͏ intelligitur cõcomitanter. Eodem. n. modo & vniformiter debet teneri (ly ẽm) in primo mẽbro & in secundo. in primo aũt notat causalitatem. ergo & in reliquo. Deprehendi quoq; põt esse puram fictionem nouam hanc de heccheitatibus inuẽtionem, ex primo coeli tex. com. 92. & 93. vbi vnitatem & pluralitatẽ indiuiduorum in eadem specie, in rebus mãlibus non nisi ex materia, assignant Arist. & Com. hæc de tertio.

Quelibet q. 2 quarta T. cõ. 49.

T. cõ. 30.

T. cõ. 11.

Com. 6.

T. cõ. 92. & 93.

Opinio D. Tho. Quo ad quartam opi. S. T. posita ab eo hic, & in multis aliis locis est, q͏ mã signata est principiũ indiuiduationis. Circa hanc conclonem aduertendũ est q͏ Thomistę inter se differũt & conueniunt Conueniunt in hoc oẽs, q͏ ad indiuiduationẽ duo concurrere debent, mãm & q̃titatem Differunt aũt, quia aliqui tenent, q͏ aggregatum ex materia et q̃titate sit intrinsecũ indiuiduationis principiũ materia dante incõicabilitatem siue indistinctionem in se, q̃titate dante distinctionem ab aliis, & tale aggregatum dicunt esse mãm signatam. Alij vero (longe melius) sentiunt dicentes, q͏ principiũ intrinsecum indiuiduationis, & quo ad incõicabilitatem, & quo ad distinctionem ab aliis est mã signata non mã quanta, seu aggregatum ex materia et q̃titate. Et cũ hęc iudicio meo sit doctrina S. T. vera, vt ostendetur, iõ hanc declarare volumus & tueri. declarando primo qd importet mã signata scdo excludendo primam expõnem Thomistarum. tertio probando conclonem intentam. Materia signata nihil aliud est Materia signata. q̃ mã capax huius q̃titatis ita q͏ non illius. hæc nãq; materia est pars intrinseca sortis, de diffinitione eius si diffiniretur. Imaginandũ est. n. q͏ agens particulare. puta hoc semen, continue appropriat mãm ad formã inducendam hoc modo, q͏ sicut semen humanũ appropriat mãm ad animam humanã ita qd' semen ad hanc aiam vnde cum in primo instanti gñationis sor. q͏ est primũ esse sor. et primum non esse formæ p̃cedentis & accñtium. primo ordine nãæ fiat particulare cõpositum, deinde nãli ordine sequuntur oĩa accñtia (in via nostra) in illo priori ẽm nãm, quo compositum particulare terminat p se primo gñationem: mã, q̃ est pars intrinseca eius. s. sortis, ita est appropriata ipsi sorti ab agẽte particulari, q͏ nõ est capax alterius q̃titatis q̃ eius q̃ sor. sibi determinat: oĩum. n. natura constantium determinata est rõ magnitudinis & augmẽti. vt dr̃. 2. de aĩa tex. cõ 41. & talis mã vocatur mã signa T. cõ. 41. ta. Nihil ergo addit mã signata supra mãm, nisi capacitatem

citatem huius quantitatis, ita q̄ non illius. Capacitas autē materiæ respectu huius quantitatis, nihil aliud est q̄ potentia receptiua huius quantitatis ita q̄ non illius: potentia aūt receptiua nihil realiter distinctū in recto dicit, sed addit aliquid reale distinctum ſm rōnem tantum a materia. Sicut materia propria nihil addit supra materiam realiter distinctū ab ipsa, dicit tm̄ aliquid reale in materia, qd̄ non explicat materia ſm se. materia. n signata nō est diffinibilis nisi per hanc quantitatem, si diffiniretur, sicut, ꝓpria potentia non nisi per propriū actū diffinitur, vt dr̄

T. c. 10. 3. physi. tex. cō. 10. Materia aūt ſm se hanc quantitatem in sua diffōne nō exigit. vnde materia propria indiuidui, & materia signata, & materia sub certis dimensionibus idē īportant. & ppea. S. T. nō dixit mām signatā mām certis dimensionibus, sed sub certis dimēsionibus, & alibi dicit, q̄ sicut materia in ordine ad formas gn̄ales, puta formam totalem & partialem distinguit gn̄icæ corpora cœlestia ab inferioribus, ita materia in ordine ad hāc vel

m. l. illam quantitatem distinguit numeraliter in rebus materialibus. Materia igitur signata non dicit aggregatum ex materia & quantitate, sed materiam in recto significat, quantitatē vero in obliquo sicut potentia materiæ significat mām in recto, in obliquo vero actū quē respicit, eo q̄ non nisi per actū est diffinibilis. Et sic manifestū est qd importat materia signata. Q, aūt Thomistæ alij nō conuenienter exponant, sic declaratur. Idem est principiū distinctiuum indiuidui a specie & ab altero indiuiduo eiusdem speciei: sed materia non quanta, sed (sic signata) mō præexposito est principium intrinsece distinctiuū indiuidui a specie: ergo non materia quanta, sed materia signata est principium intrinsecum distinctiuum indiuidui ab

Tractatu de principio indiuiduationis. altero eiusdem specie indiuiduo. minor ab eis cōceditur, & est. S. T. expresse in tractatu qui de principio indiuiduationis vocatur (qui ſm veritatem & antiquum titulum vocatur de potentiis cognoscitiuis.) vt habetur in bibliotheca summi ponti in qua sola illum tractatum completum vidi. est. n. truncatus ille, qui cōiter habet̄. Maior vero non nisi voce a proteruis negari posse vr̄. vīr nāq; verū videmus, q̄ qn̄cunq; aliquod cōe diuiditur in plures partes subiectiuas, per idē differunt inferiora inter se & a superiori, sicut per idem hō differt aīali & a leone. s.

ca. de differentia. dr̄iam propriā vnde & Porphyrius tres actus dr̄iæ dat, diuidere superius, constituere inferius, & distinguere constitutū a superiori, & aliis cōparibus. Probat̄ ergo hæc concl'o mō p̄expositō. s materia signata est intrinsecū indiuiduationis principium, illud est intrinsecū principium indiuiduationis, cui primo repugnat cōicari pluribus p modū quo vle cōicatur particulari: sed materia signata est id cui primo repugnat cōmunicari, vt vle particulari. ergo &c. maior ab oībus cōceditur Minor vero probat̄. sed nota q̄ minor duo includit in se. s. q̄ materiæ signatæ repugnat cōicari pluribus & q̄ primo ei repugnat. primum horum ex se patet materiam. n. capacē huius quantitatis tm̄, impōe est plurificari. secundū aūt probatur. Illud cōpetit primo materiæ signatæ, quod circūscripto quocūq; alio sibi conuenit, & ipsa circūscripta nulli alte-

T. c. 14. ri conuenit (ex primo Poste.) sed nō cōicari pluribus vt vle particulari circūscripto quocūq; alio existente in substantia sensibili cōuenit materiæ signatæ, & ipsa circūscripta nulli alteri conuenit: ergo nō cōicari pluribus primo cōuenit materiæ signatæ inter omnia quæ in substantia sensibili inueniuntur Probatur minor quo ad vtrāq; sui partē. quo ad primā sic id quod materia signata præcise sumpta sibi vendicat; ita q̄ sub eius opposito non est intelligibilis, cōuenit sibi circūscripto quocunq; alio: patet ista ex terminis. sed incōmunicabilitas conuenit materiæ signatæ præcisæ vt sic acceptæ, ita q̄ sub eius opposito materia signata non est intelligibilis. non. n potest intelligi materia ꝓpria indiuidui cōicabilis. ergo incōicabilitas cōuenit materiæ signatæ circūscripto quocunq; alio. Secunda pars minoris patet exēplariter, qa circūscripta forte materia signata, seu materia ꝓpria, quod idem est, certum est, q̄ non remanet hic, neq; forma eius remanebit hæc, neq; ipsa materia. si enim materiā propriam nō ha-

Alia ratio. bet per quid exit ordinem cōiumē Scd̄o probatur eademconclusio sic, frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora, & æque bene, sed absq; quibusque aliis ex materia signata sufficienter saluatur indiuiduatio subæ cōpositæ: ergo frustra adduntur quæcūq;. Minor ex dicendis apparebit, vbi solutis aduersariorū rōnibus, stabilis ac firma remanebit positio nostra. Et confirmatur, qa cū in suba cōposita non sunt nisi materia & forma & cōpositum ex his, & accidētia, quæcūq; indiuiduo accidūt nullā aliam intrinsecā causam habent nisi aliquid horum & sic ad inuestigandā indiuiduationis causam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem cōclusio auctoritatibus Arist & Cōmen. supra inductis, quas non opus est repetere. Apparet quidem apud eos euidenter omnem distinctionem aut ex formis, aut a quātitate oriri. Est igitur materia signata intrinsecum indiuiduationis principiū quo intrinsece (licet particulariter) sor. est hic. Dico aūt particulariter, quia non arbitror materiam signatam esse ipsam indiuidualem proprietatē seu dr̄iam, sed potius dr̄iæ indiuidualis essentiale principium. Opinor n. q̄ proportio materiæ signatæ ad proprietatē seu dr̄iam indiuidualē sit, sicut proportio animæ humanæ ad dr̄iam hominis constitutiuam. sicut. n. anima intellectiua non est ipsa dr̄ia, puta rationale, sed id, vnde sumitur, ita materia signata non est ipsa differentia indiuidualis, sed id vnde sumitur, & q̄ causat ipsam intrinsece. Et sicut homo est hō: & per rōnale tanq; per principium formale totale & per aīam intellectiuam tāq; per principiū partiale intrinsecum formalem a quo rationale medicat, & causatur: ita sor. est hic per differentiam indiuidualem: tanq; per totale quoddam denominans, quod nihil aliud est q̄ gradus indiuidualis, sicut dr̄ia specificata est gradus specificus & per materiam signatam tanquam per priorem causam intrinsecam, a qua ipsa indiuidualis differentia mendicat. Vt sic inter nos & Sco in hoc stet diuersitas q̄ ipsi differētias indiuiduales absq; essentiali dependentia a materia signata multiplicant, nos autē sicut animal contrahere nesciremus ad hominem & bouem sine formis partium, a quibus dr̄iæ contrahentes animal causantur, sic speciem puta hominem contrahere ad indiuiduū non nouimus sine materia signata, quæ est causa indiuidualium dr̄iarum, & consequenter primum principium indiuiduationis intrinsecum. Moueor ad hoc dicendū, quoniā teneo sor. substantialiter sumptum in recta. s. linea prædicamentali sub specie esse vnum numero non vnitate de prædicamento quantitatis sed substantiali, quam necesse est antecedi, cum sit entis passio ab indiuiduali gradu, quem ipsa indiuidualis differentia importat Et hoc an sit de mente. S. Doc. non censeat quisquam priusq; legerit ipsum, & in cōpendio theologię ca 157. *Cap. 157.*
vbi vult sor. eundē numero esse post resurrectionē eius quantitate numerata, & in tractatu supradicto.

De principio indiuiduationis. 1 d. 3. q 7. Quo ad quintum arguitur cōtra conclōnem & dicta in ea a Sco. vbi supra Primo sic impōe est aliquid dependens a posteriori naturaliter, esse idem priori naturaliter, quia tunc esset prius & nō prius sed suba est prior naturaliter quantitate: igitur nihil causatum a quātitate, siue qualitercūq; præexigens naturam quantitatis potest esse idem substantiæ. non igitur signatio ista a quantitate causata est eadem substantiæ. probatio maioris. vbi est vera & realis identitas (licet non sit formalis) ibi impossibile est hoc esse & illud non esse, quia tunc idem realiter esset & non esset sed possibile est prius naturaliter esse sine posteriori nāliter. ergo multo magis absque eo quod derelictum est vel causatum a posteriori naturaliter.

Secundo. Pręterea id, quod est necessaria conditio causæ in causando, non potest habere esse a causato: quia tunc causa inquantum sufficiens ad causandum esset causata a causato, & illud causatum esset causa suppsiua. sed singularitas siue signatio substantiæ est necessaria conditio in substantia ad causandum quantitatem: quia causatum singulare requirit causam singularem. ergo impossibile est istam signationem seu singularitatem esse a quantitate.

Tertio. Præterea. quęro quid est quantitatem causare velde relinquere talem modum, seu significationem in substantia, si nihil ex hoc est, nisi q̄ pręsuit quantitati. tunc nullo

modo signatio est per quantitatem, quia tunc signatio substantiæ naturaliter præcedit ipsam quantitatem. si autem aliquid aliud, quæro quomodo causetur a quantitate, & in quo genere causæ.

Quarto Præterea quare quantitas potius relinquit talem modum in substantia ꝙ qualitas? non videtur ratio, quia sicut qualitas seipsa informat superficiem nihil relinquendo in ea, ita quantitas informat subām seipsa, & non per aliam formam derelictam.

Quinto Præterea quantitas ista, quæ ad indiuiduationem concurrit: aut est quantitas terminata, aut interminata: non terminata, quia illa sequitur formam in materia, & per consequens singularitatem substātiæ, quia sicut subā est causa eius, vt est terminata, ita hæc substātia est causa eius vt est hic terminata. Et confirmatur hoc, quia cū quātitas terminata varietur sola rarefactiōe, idem indiuiduū erit multis singularitatibus idem quod est impossibile. Si autē interminata, ꝫ illa manet eadē in genito & corrupto.

Sexto Præterea si quantitas concurrit ad indiuiduationē vt primo distinguens, oportet ꝙ in seipsa sit primo distincta numeraliter ab alia sed tunc tua propositio nō est vera, illa. s. (omnis differentia formalis est specifica) quantitas enim hæc & illa, cum sint formę differrent specifice. Q₂ si quantitatem excipias ab illa propositione fundamentali ædificij ruinosi, vnde probabitur ꝙ differentia formalis sit specifica? quęcunque. n. ratio fuerit adducta de forā habebit locum in q̄titate, cū quātitas forma sit.

Septimo Præterea tota latitudo prædicamenti substantiæ est prior cæteris prædicamentis. ergo cum indiuiduum substantiæ claudatur in ista latitudine, oportet ꝙ sit intrinsece completum absq; dependentia a quantitate, quæ est posterior. Et cōfirmatur quia nihil reponitur in aliquo genere, per aliquid quod sit extra illud genus. Multa alia argumenta fiunt a Scoto & aliis sed quia cōcludunt materiā solā vel quātitatē solā vel aggregatū ex materia & quantitate nō esse principiū indiuiduationis, omisi: nihil. n. contra nos. Omisi pręterea quæ indirecte contra positionem nostram essent, breuitati studens. hæc de quinto.

Quo ad sextū respondendū est argumentis factis nūc: deinde aliis pro opione contraria inductis. *Ad primū* Ad primū igitur istorum dr̄ ꝙ falsa est maior. Ad cuius euidētiam est notandū ꝙ ꝓportio materiæ signatæ ad hanc quantitatem est proportio potentiæ ad propriū actū: vnde sicut potentia materiæ est eadem realiter ipsi materiæ, & tamen dependet a forma, ita potentia seu capacitas materię respectu huius quātitatis, quę vocatur eius signatio, dependet a quātitate, & tn̄ est eadem materiæ. Et qa potentia est prior & posterior naturaliter actu, prior est in genere causæ materialis posterior in ordine causę formalis ideo signatio materiæ est prior quantitate in ordine causæ materialis, posterior autē in ordinę causæ formalis vnde vtroq; modo maior est falsa, tam si intelligatur de priori & posteriori s̄m genus causæ materialis, q̄; si intelligatur de priori & posteriori in ordine causæ formalis. Aliquid enim dependens a forma est idem realiter māę, & aliquid dependens a materia est idem realiter formæ vt patet. Ad probationem primā, qua dicitur, qa tunc esset prius & non prius. dico ꝙ nō est inconueniens in diuersis gn̄ibus causarum. Ad aliam probationem, qua dr̄ vbi est vera & realis identitas &c. negatur sc̄da propositio assumpta. non enim omne prius potest esse sine posteriori, vt alias ostendetur. *Infra ca 5. q. 8.*

Ad sc̄m. Ad secundū negatur maior cū causatum est causa suæ causæ in alio genere causæ sicut in proposito accidit. mā. n. signata est causa quantitatis in genere cāæ materialis, quantitas est causa materiæ signatæ in genere causæ formalis vt actus potentię, & patet falsitas maioris in exemplo suprapositio potentia n materiæ est necessaria conditio materiæ ad causandum formam, & tamen dependet a forma in genere causæ formalis. Ad probationem dr̄ ꝙ causa materialis s̄m causalitatem suam dependet a suo effectu s. forma. sed non inquantū effectus eius. sed in eo quod est causa materiæ. causæ n. sunt sibiinuicem causæ, vt dicitur secdo Physi. tex. cō. 30. nō ergo inconuenit causam in causando dependere a causato non vt causato, sed *Text. 30.* vt causa est secundum aliud genus.

Tertium Ad tertium dicitur, ꝙ quantitatem causare talē signationem in materia nihil aliud est q̄ materiam esse ab hoc agente factam capacem adeo huius quantitatis, ꝙ nō illius, & sic quātitas cōcurrit ad signationem materiæ vt actus ꝓpter quē talis capacitas fit, agens vero vt efficiēs illam: & talis signatio seu capacitas pręest ipsi quantitati in genere causa materialis, & non potest ex hoc inferri, ergo non fit per quantitatem, eo ꝙ sit quantitate in genere causæ formalis, quę sicut & finis inter causas posteriores inesse numeratur.

Quartum. Ad quartum dicitur: ꝙ non solum quantitas tali mō signat materiam, sed etiam qualitates ꝓprie. Materia n. sor. ita est capax harum qualitatum ꝙ nō aliarū, sed quia sola quantitas imediate recipit̄ in subā, & ex sola quantitate oritur radicaliter distinctio materialis, ideo ad propositum materiam signatā materiam sub certis dimēsionibus & non sub certis qualitatibus dicimus.

Ad quintū Ad quintum dicitur, ꝙ q̄titatis illa quæ ad indiuiduationem vt originale nō intrinsecū indiuiduationis principium cōcurrit est quantitas terminata. Nec obstat ꝙ sequatur formam, quia & forma sequitur potentiā materię, a qua tamen causatur & concedimus hanc substantiam esse causam materialem huius quantitatis, sed econuerso in genere causæ formalis hanc quantitatē esse cām huius signationis materiæ modo pręexposito.

Ad confirmationem Antonij trōbetæ dicit̄, ꝙ quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens non stat in indiuisibili, sed latitudinem habet. sicut enim quælibet species naturalis determinat sibi quantitatem maximam & minimā infra quandam latitudinem, ita & quodlibet indiuiduum determinat sibi hanc quantitatem infra tales limites & non indiuisibili. vnde potest fieri rarefactio. sinecius (vt indiuiduatiua est) variatione. nō. n hic accipit̄ q̄titas terminata punctaliter, sed cum certa latitudine.

Ad sextū Ad sextū dicitur concedendo consequentiā primam, sed negando ꝙ ex hoc sequatur falsitas illius propositionis fundamentalis firmissimi ædificii peccauit. n arguens peccato maximo non distinguens inter dr̄iam formalē & formarum Omnis. n. dr̄ia formalis est specifica, nō autem omnis dr̄ia formarum, vt dicit. S. T secundo contra Genti cap 81. alioquin forma huius ignis & forma illius ignis distinguerentur specificę cum sint formæ & differant. vnde linea mathematica diuisa in partes habet duo indiuidua. quælibet. n. pars lineæ est linea, & illa indiuidua quælibet. n. pars lineę est linea, & illa indiuidua sunt formæ & differunt, sed non dr̄ia formali. Appellat̄ autē differentia formalis illa, quæ est per principia quidditatiua. hoc. n. semper oritur a forma in eo ꝙ forma, qualis ratio est inter hanc lineam & illam, cum sit eadē vtriusq; quidditas. verum arguentis error est valde puerilis, sicut formæ & differunt, ergo differunt formaliter. est enim sic dicere ac si diceretur, est monachus & est albus, ergo est monachus albus. *Formarum et formalis differentia no idē sunt Cap. 81.*

Ad septimum, Ad vltimū negatur cōsequentia, licet. n. id quod est in prædicamento subæ sit prius simplr quolibet alio p̄dicamento, tamen aliqua conditio (sine qua indiuiduū vt sic non est in p̄dicamento) potest esse posterior in gn̄e causę formalis & alterius p̄dicamenti, eo ꝙ causa formalis est posterior in esse. Ad confirmationē dicitur, quod qdlibet p̄dicamentū cōpletur per res sui generis si loquamur de his quæ ponūtur in p̄dicamentis, & de rōne reponendi ea in illis, non aūt si loquamur de cōditione rei repositæ in p̄dicamento sortes. n non est nisi subā, & ratio ponens ipsum in p̄dicamēto est substantia, conditio aūt indiuiduationis, sine qua non est ratio reponendi ipsum in p̄dicamento, nō inconuenit ꝙ coarguat aliquod accidens, puta quantitatem.

Ad primū Ad primum vero eorum, quæ pro opposita conclusione adducta sunt dicitur ꝙ minor est falsa, ad materiam namq; signatā primo sequitur vnitas numeralis.

Scoti. Ad sc̄m. Ad secundū dicitur ꝙ dr̄ia indiuiduorū reducitur ad quantitates, quātitates autem differunt sitibus proprijs, qui sunt dr̄iæ quantitatis. situs aūt non solum integratur ex illis duobus. s. permanentia & cōtinuatione partium,

sed ex his duobus cum tertio ordine.s.partium in toto, vt docet Alber. in prædicamentis.cap.de quantitate.per hoc.n.differt a situ speciali prædicamento, qui dicit ordinem partium in loco. vnde situs in ꝓposito distinguuntur suis ordinib⁹ partiū in toto qui sunt de eorum rōne, ordines aūt seipsis, in diffōne.n.ordinis cadit distinctio. & sic patet ꝙ non est æque dubium de his, ad quæ facimus reductionem, & de quantitatibus: & ꝙ non oportet quantitates propter hoc distingui formaliter.talis.n. ordo partium in toto vt materiale quid est in ipsa quantitate, quod in nulla alia forma inuenitur. Ad tertiū Antonij trombetæ dicitur ꝙ minor est falsa.materia enim signata, vt probatum est, est id, cui primo repugnat diuidi vt vniuersale in particularia. ratione enim eius repugnat eccheitati. Cap. III.

De Tribus compositorum essentiis agit, generica videlicet specifica, & indiuiduali, secundum intentionem realem.

Cap. 3. Com. 10. *Patet ergo q. essentia hominis & Socra.non differūt nisi secundum signatum & non signatum. unde Commen. dicit super.7. Meta.q. Socra.non aliud est quā aīalitas & rōnalitas, quæ sunt quidditas eius: sicut etiā essentia genera eētia speciei secundum signatum & non signatum differunt. quamuis alius modus designationis sit utrobique: quia designatio indiuidui respectu speciei est per materiam determinatam dimensionibus, designatio autem speciei respectu generis est per differentiam constitutiuam, quæ ex forma rei sequitur.*

Postquam determinatum est quid sit essentia substantiarum compositarum in cōi, in hoc.3.cap. intendēs agere de drīa essentiarum cōpositarum inter se, cū essentiæ compositæ sint tres.s.generica, specifica, & indiuidualis, quinq; facit. Primo loquit̄ de drīa earum absolute. Sc̄do determinaturus de drīa earum, vt subsunt primis intentionibus, & illarum noībus, ostendit qūo essentia generica differat a specifica. Tertio genus, species, differentia, diffinitio, qualiter inter se differant declarat. Quarto excludit quandam dubitationem. Quinto assignat drīam inter essentiam specificam & indiuidualem ad euidentiam dicendorum prænotandum est ꝙ de essentiis possumus tripliciter loqui. primo de eis absolute absq; habitudine ad primas vel sc̄das intētiones. sc̄do de eis vt subsunt nominibus primæ intentionis. tertio vt subsunt nominibus sc̄dæ intentionis. v̄ g. de natura humana cōtingit loqui secundum se.i. secundum ea quæ conueniunt sibi ratione sui. contingit & loqui de ipsa vt stat sub hoc nomine humanitas, & hoc nomine homo & similibus. cōtingit & tertio loqui de ipsa, vt stat sub hoc noīe spēs. S.T. ergo in prima huius capituli parte, loquitur de essentiis rerum primo modo. in toto vero residuo loquitur de eis secundo modo sumptis. in sequenti autem capitulo de eis tertio modo acceptis sermonem faciet (& hoc si non vis decipi sit hoc capitulo diligentissime notato.) ponit igitur assignando drīam inter essentiā genericā, specificam & indiuidualem s̄m se sumptas hanc conclōnē, essentiæ prædictæ non differunt nisi s̄m signatum & non signatum. hoc sic declaratur. aīalis, hominis, & sortis essentiæ propriæ non differunt nisi per hoc quia in rōne animalis cadit substantia animata sensibilis absq; determinatiōe eius per rōnale. in ratione autem hoīs ponitur subā animata sensibilis rōnalis, & sic additur in ea designatio per differentiā. ratio vero sor. ponit subām animatam sensibilem rōnalem in istis carnibus & istis ossibus. & sic in ea additur designatio materiæ, quæ non ponebatur in ratione hominis. vnde absolute loquendo, & s̄m suas rōnes proprias apparet has essentias non nisi s̄m signatum & non signatum differre.i. s̄m explicitam inclusionem alicuius designationis, siue determinationis, & non explicitam inclusionem illius, licet talis designatio non vniformiter sit in natura specifica & in natura indiuidui. determinatio enim, quam addit natura specifica supra genericam, est formalis essentialiter diuersificans genus, vtpote a forma in eo ꝙ forma sumpta. determinatio aūt quam natura indiuidualis supra specificam addit est materialis, non formaliter, sed materialiter tm̄ diuersitatem in specie faciens, vtpote sumpta a materialis cōditionibus rei. Ex his habes ꝙ homo & humanitas, animal & aīalitas s̄m se.i. nās significatas, nullo mō differunt. eadem omnino est ratio naturæ significatæ per hoīem & humanitatem, ita ꝙ nulla designatione differunt, sed vt post dicetur, differunt vt subsunt nominibus primę intentionis. quia vero distinctio per signatum & non signatum nō est distinctio realis, ideo dicit com.7.meta.cō.10. ꝙ sor. subāliter sumptus nil aliud est quā aīalitas & rōnalitas, quæ sunt quidditas eius, sorteitas enim, quæ naturam sortis nominat, eadem realiter est animalitati & rationalitati. Cap. 10.

Genus nō est pars speciei, sed totum. *Hæc autem determinatio uel designatio, quæ est in specie respectu generis non est per aliquid in essentia speciei existens quod nullo modo in essentia generis sit: immo quicquid est in specie est etiam in genere ut non determinatum: si enim animal non esset totum quod est homo, sed pars eius, non prædicaretur deo, cum nulla pars integralis prædicetur de suo toto.*

In hac secunda parte capituli determinatur qūo essentia generica differat a specifica s̄m ꝙ ambæ stant sub nominibus primæ intentionis, puta qūo differant essentia hominis & essentia aīalis sub his noībus hō & animal. & intendit ꝙ essentia sign̄ata per nomen genericū, puta animal, & essentia sign̄ata per nomen specificum, puta homo, nō differunt per hoc ꝙ essentia significata per nomen specificum includat aliq; determinationem quę omnino sit extra rem significatam per nomen genericum, sed per hoc ꝙ essentia per speciei nomen importata includit actu designationem specificam, quę fit per drīam ei⁹ constitutiuam, sicut homo actu includit rōnale. ponitur nāq; in eius diffinitione. Essentia vero nomine generico signata confuse & indeterminate importat designationem illam, sicut animal in potentia includit rationale, vt dicit Porphyrius. vnde animal & vl̄r omnis essentia generico nomine importata vt sic, totum includit quod includit species, licet non eodem modo. Et propterea ad positæ differentiæ declarationem ponit talem conclōnē, genus dicit totum esse speciei. quam sic probat, omne prædicatum dicit totum esse eius de quo prædicatur: genus prædicatur de ipsa specie, ergo natura generica, puta animal. dicit totum esse speciei. maiorem probat per hoc, qa nulla pars prædicatur de suo toto. Vbi Aduertendum est ꝙ hic sermo verus est de prædicatiōe in recto & directa, siue essentiali, siue denoīatiua, & de parte, in eo ꝙ pars, & non de parte vt significatur per modum totius. pōt.n. pars vtroq; modo significari, sicut materia significat vt pars rei (p ly materia) sign̄atur aūt vt totū (per ly materiale.) his enim modificata conditionibus propositio illa.s. nulla pars prædicatur de suo toto nullam patitur instantiam. cum enim dico, homo est albus. ly. albus cōfundit in se totum quod est in homine, & similiter cum dico, homo est materialis ly materialis comprehendit in se implicite totum quod est hō, & sic cum dr̄. hō est aīal. ly animal. continet implicite totum quod est homo, modo (qui infra declarabitur.) & sic probandum est ꝙ essentia generico nomine importata includit designationem specificam: extra totum enim nihil est.

In ea. de differentia.

Cur pars nō prædicetur de toto.

Hoc autem quomodo contingat uideri potest si inspiciatur corpus secundum q. ponitur pars animalis, & secundum q. ponitur genus: non enim potest dici eo mō esse genus quo est pars integralis, hoc igitur nomen, quod est corpus, multipliciter accipi potest. corpus enim secundū q. est in prædicamento substantiæ dicitur ex eo q. habet talem naturam, ut in eo designari possint tres dimensiones. ipsæ autem tres dimensiones designatæ sunt corpus, quod est in genere quantitatis. Contingit autem in rebus quod habet unam perfectionem ad ulteriorem perfectionem pertingat, sicut patet in homine qui naturam sensitiuam habet & ulterius intellectiuam similiter etiam & super hanc perfectionem, quæ est habere talem formam, & ut in ea possint tres dimensiones designari, potest alia perfectio adiungi, ut ul

ta uel aliquid huiusmodi. potest ergo hoc nomē corpus rē quandam designare, quæ habet talem formam, ex qua sequitur in ipsa designabilitas trium dimensionum cum præcisione, ut .s. ex illa forma nulla ulterius perfectio sequatur, sed si aliquid aliud superadditur sit præter significationē corporis sic dicti. & hoc modo corpus erit materialis & integralis pars animalis: quia sic anima erit præter id quod significatum est nomine corporis, & superueniens ipsi corpori ita q. ex ipsis duobus .s. ex anima & corpore, sicut ex partibus constituitur, animal. Potest ēt hoc nomen corpus hoc modo accipi, ut significet rem quādam, quæ habet talem formam, ex qua possint in ea tres dimēsiones designari: quæcunque forma sit illa, siue ex ea possit prouenire alia ulterior perfectio, siue non, & hoc modo corpus erit genus animalis, quia in animali nihil est accipere quod in corpore implicite non contineatur, non enim anima est alia ab illa forma, per quā in re illa poterant designari tres dimensiones, & ideo, quando dicebam q. corpus est quod habet talem formam, ex qua possunt designari tres dimensiones in eo intelligebam quæcunque forma esset illa, siue anima esset, siue lapideitas, siue quæcūque alia forma, & sic forma aīalis implicite in corpore, seu in corporis forma continetur, prout corpus est genus eius.

Quoniam declaratum est genus comparari ad speciē, non vt eius partem, sed vt totum aperire intēdit hic quōmodo res per genericum nomen sigñata possit vtroq; mō accipi, vt pars .s. & totum: & primo in corpore tanq̄ notiori, deinde in aīali, dicens q̄ ex quo nō potest eodem mō sumpta res esse pars rei & genus eiusdē (vt ostensum est), *Immediate supra.* scire debes q̄ hoc nomen corpus accipitur dupliciter. est .n. æquiuocū ad corpus quod est res prædicamenti sub̄ę & ad corpus, quod est res p̄dicamenti quantitatis. Corpus vt significat rem p̄dicamenti sub̄æ importat naturā ex qua est fluere trina dimensio. Corpus vero vt sigñat rem prædicamenti quantitatis importat ipsam trinam dimensionem iterum corpus quod significat rem prædicamenti substantiæ, de quo nunc est sermo, accipit̄ dupliciter. Vno modo, vt sigñat naturā illā ex qua nata est fluere trina dimēsio cū p̄cisione oīs substātialis perfectionis vlterioris Alio modo, vt sigñat illāmet naturā absq; præcisione vlterioris p̄fectionis sub̄alis. Cām huius & similium distōnum assignat in litera, ex eo q̄ res habēs aliquam perfectionē sub̄alem non excludit a se aliquā aliā vlteriorē sub̄alem perfectionem, sicut hō ex eo q̄ habet perfectionē sensitiuā non excludit a se perfectionē intellectiuā. & similiter corpus ex eo q̄ habet perfectionem corpoream nō excludit a se perfectionem vitalem, & sic de aliis. cum .n. prior perfectio sub̄alis nō excludat secundam & tertiā, & manifestū sit etiā q̄ non includit eas in actu, pōt prior perfectio concipi & sigñari, & cū præcisione seu exclusione aliarū, & cū inclusione cōfusa earū: ex eo nāq; q̄ formaliter nō includit alias, potest præcise cōcipi & sigñari: ex eo vero q̄ cōiunctionem cū aliis nō excludit potest cum aliarum confusa & potentiali inclusione concipi & significari. vnde natura significata per hoc nomen corpus, quia non formaliter includit perfectionem vitalem, nec sensitiuam nec intellectiuam potest cum præcisione oīum horū concipi & sigñari: & quia nō excludit adunationem essentialē sui cum illis, ideo potest absq; eorum p̄cisione concipi & sigñari, vt cōfuse & determinate includens omnia illa. colligitur autē ex textu triplex dr̄ia inter hæc. differunt .n. primo in hoc quia corpus primo modo dicit corporeitatem solam, ex qua nata est fluere trina dimēsio & nulla vlterior perfectio. corpus vero sc̄do modo dicit formā q̄cunq; a qua fit corporeitas, ex qua nata est fluere trina dimensio cū quacunq; alia perfectione Secūdo differunt, q̄a corpus primo mō est pars speciei, eo q̄ sigñatum formalem speciei est p̄ter & extra sigñatum eius. sicut anima rationalis ē extra corporeitatem, sunt .n. in hoīe duo. perfectio .s. corporalis, quam præcise acceptā patet non includere aliquo mō intellectualitatē. & perfectio intellectualis, quæ est alterā pars. corpus vero sc̄do modo est totū respectu speciei, eo quia perfectio seu forma formaliter importata per speciē includitur in significato corporis sic accepti. significat .n. quācunq; formam a qua sit perfectio corporea. & sic aīa intellectiua includitur in ly quacūq;. Tertio differunt, q̄a corpus primo modo non est in recta linea prædicamentali, sicut nec quæcunq; pars. corpus vero secundo modo est directe in prædicamento substantiæ, sicut & quodlibet aliud genus.

Et etiam talis est animalis habitudo ad hominē. si enim animal nominaret tantum rem talem, quæ habet quandam perfectionem ut possit sentire & moueri per principium in ipso existens cum præcisione alterius perfectionis, tunc quæcunq; alia perfectio ulterius superueniret haberet se ad animal per modū partis, & non sicut implicite contenta in ratione animalis, & animal non esset genus. Sed est genus secundum quod significat rem quandam, ex cuius forma potest prouenire sensus & motus, quæcunque sit illa forma, siue sit anima sensibilis tantum, siue sit anima sensibilis & rationalis simul.

Declarat hoc quoq; in hoc genere, quod est animal pōt enim animal accipi vt significat formam, ex qua præcise oriantur sensus & motus, quibus animal a non animali discernitur, vt dicitur primo de anima. text. com 19. Pōt etiam accipi animal vt dicit formam quācunq; ex qua oriātur sensus & motus non præcise, & sic est genus. primo aūt modo est pars speciei. vnde homo est cōpositus ex animali & intellectiuo principio tāq̄ ex suis partibus essentialibus accipiendo animal primo mō. sic .n. extra significatum eius est intellectiua natura. animal vero secundo modo est totum respectu hominis implicite includēs specificas perfectiones. cū .n. sic dico animal, dico habens naturam sensitiuam indeterminate relinquendo, per quā formam habeat sensitiuam naturam, & sic implicite includuntur omnes formæ specificæ: habetur enim natura sensitiua non nisi per formam hoīs, leonis vel bouis &c. ex his patet differentia inter essentiam genericam & specificam, vt subsunt nominibus generico & specifico primę intentionis. quia .s. differunt sicut includens implicite & *Vide. Aui 5. meta. cap. 5 & totum.* includens explicite illamet.

Si igitur genus significat indeterminate id totum quod est in specie. non enim significat tantum materiam similiter etiam differentia significat id totum quod est in specie & non tantum formam, etiam diffinitio significat totum & etiam species, sed diuersimode. Quia genus significat totum, ut quædam denominatio determinans id quod est materiale in re sine determinatione propriæ formæ. unde genus sumitur a materia, quāuis non sit materia. unde patet ex hoc q. corpus dicitur ex hoc q. habet talem perfectionem ut possint in eo designari tres dimensiones, quæ quidem perfectio est, ut materialis se habens ad ulteriorem perfectionem. Differentia uero econuerso est sicut quædam determinatio a forma determinata sumpta præter hoc q. de intellectu primo sit materia determinata, ut patet *5 meta. ca. 5 circa medium.* *cum dicitur animatum .s. illud quod habet animam non determinatur, quid sit, utrū corpus uel aliquid aliud. unde dicit Auic. q. genus non est in differentia, sicut pars essentiæ eius, sed solum sicut ens extra quidditatem siue essentiam. sicut etiā subiectū est* *T c. 10. Cap 3.* *de intellectu passionum, & ideo genus non prædicatur de differentia per se loquendo, ut dicit Arist. in. 3. de anima & 4. Topicorum nisi forte sicut subiectum prædicatur de passione, sed diffinitio siue species comprehendit utrūq; .s. determinatam materiam, quam designat nomen generis & determinatam formam, quam designat nomen differentiæ.*

In hac tertia parte capituli cōparat genus, spēm, differentiā & diffinitionem inter se quo ad cōuenientiā & differentiā. Cōuenire ait hæc oīa in hoc q̄ qd̄libet eorum significat totum quod est in specie. Quod ex prædictis immediate sequitur vt aliquis genus significat totum, quia vt

re & proprie prædicatur de specie, & confundit in se omnia ad quæ se extendit, pari ratione differentia cum vere & proprie prædicetur de specie, & cōfundit in se omnia ad quæ se extendit vt p̄dicabile, totum significabit. Differentiā aūt duplicem ponit inter ea. Differunt primo quo ad formalia significata eorū, quia formale significatum generis est perfectio materialis, formale aūt significatum differentiæ est perfectio formalis. formale vero significatum speciei est aggregatum ex vtraq; perfectione nō distinguendo eas, formale autem significatum diffinitionis est similiter aggregatum ex vtraq; perfectione, sed diuidendo in singulas. ver gra. formale significatum aīalis est natura sensitiua, quæ se habet vt materialis ad perfectionem intellectualem, quæ formaliter importatur per rationale. & cōsequēter perfectio intellectualis se habet vt formalis. similiter formale significatū hoīs & aīalis rōnale est aggregatū ex natura sensitiua & intellīua, sed aīal rōnale separatim explicat vtrunq;, homo vero non.

Pro intellū horum nota, ꝙ signātum formale noīs ad præsens est perfectio seu forma determinata, & primo explicata per illud nomen. Materiale vero est illud quod sub nominis significatione cadit non primo vnde considerato omni eo quod tam formaliter q̄ materialiter importatur per genus, speciem, dr̄iam, & diffinitionem, dicit, ꝙ idem signāt & ꝙ conueniunt, cōsideratis aūt formalibus eorum significatis, dicimus q̄ differunt & ꝙ nō significant idem. Sed ne vageris quærendo dr̄iam inter significatum formale speciei & diffinitionis, qm̄ nulla est sed in modo tantū exprimendi idem formale significatū differunt species n. indistincte, actu tamen explicat totū, diffinitio vero diuidit in singula, vt dicit primo physicorum tex. com. 5. Genericum ergo nomen, puta animal formaliter & determinate explicat materialem hoīs perfectionem. s. sensitiuam, & ideo genus sumitur a materia. 8. meta. tex. com 9. dr̄iæ vero nomen, puta rationale formaliter & determinate explicat formalem rei perfectionem, ideo dicitur ibidem sumi a forma. Et sicut in formali significato generis nō cadit perfectio per dr̄iam importata, quia indeterminate in illo includit, ita in formali cōceptu differentiæ non cadit genus eadem ratione, quia s. perfectio generica indeterminate cadit in nomine dr̄iæ. Sicut n. ex eo ꝙ animal significat habens naturam sensitiuam duo significat naturam sensitiuā formaliter & primo & quod habet illam indeterminate, non enim explicat an id sit homo vel bos. sic rationale ex eo ꝙ significat habens rationalitatem duo significat. s. rationalitatem formaliter & primo, & habens illam secundario & indeterminate non. n. determinat quid sit id habēs an homo vel animal. & ideo dicit Aui. ꝙ genus nō ē in dr̄ia sicut pars essentiæ eius i. sicut pars sui formalis significati, sed extra formale significatum eius. sicut subiectū est extra formale significatum suæ passionis. Album enim puram qualitatem significat, vt dicitur in prædicamentis. Et licet genus non sit de intellectu dr̄iæ tali mō. s. vt formaliter significatum per illam, est tamen de intellectu eius alio modo vt subiectum. s. est de intellectu passionis. Dupliciter. n. vt supra dictum est. aliquid cadit in ratiōe alicuius. Vno modo vt pars quidditatis. Alio modo vt subiectū eius, quo subiectum intrat diffinitionem passiōis. vt habes. 7. meta tex. com. 19. & ideo dicit Arist. 3. meta. text. cō. 10. & 4. topico. cap. 6. ꝙ genus per se nō prædicatur de dr̄ia nisi forte sicut subm̄ prædicatur de passione. Ratio primi dicti est, quia genus in nullo modo dicendi per se prædicatur de differentia, non quidem in quarto, quia dr̄ia non explicat causam generis: nec in secūdo, quia dr̄ia nō ponitur in generis diffinitione, nec etiam in primo, p̄prie quia prædicata primi modi in recto, quæ proprie prædicantur, sunt ea quæ intrinsece in rōne cadunt, & non ea, quæ per additamentum in ea sunt. homo. n. non prædicatur proprie de risibili in primo modo. quod patet ex eo ꝙ ista, risibile est homo, est p̄ accidens. vt dr̄. 1. poste. ca. 18. Ratio secundi est, quia si genus est de intellectu dr̄iæ, sicut subiectum est de intellectu passionis, cōsequens est ꝙ genus prædicetur de differentia, sicut subiectū de passione. Q; dicis (forte) non dubitantis est, sed non determinantis. consueuit. n. apud ipsum res non decisa sub dubia verborū forma poni. Aduerte ꝙ licet in intellectu dr̄iæ cadat genus determinate, nomen tamen differētiæ genus illud non explicat determinate. rationale enim non explicat animal cum rationalitate, sed habens rationalitatē, sicut & in diffinitione risibilis cadit homo, & tamen hoc nomen risibile nō explicat hominem determinate, significat enim habens risibilitatem.

Et ex hoc patet ratio, quare genus & species & differentia se habeant proportionaliter ad materiam formam & compositum in natura, quāuis non sint idem cum illis: quia neq; genus est materia, sed sumitur a materia ut significans totum, nec differentia est forma, sed sumitur a forma, ut significans totum. unde dicimus hominem esse animal rationale et non ex animali et rationali. sicut dicimus eum esse ex corpore & anima. Ex corpore enim & anima dicitur esse homo, sicut ex duabus rebus quædam tertia res constituta, quæ neutra illarum est. homo. n. nec est anima, neque corpus, sed si homo aliquo modo ex animali & rationali dicatur esse non erit sicut res tertia ex duabus rebus, sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. intellectus enim animalis est sine determinatione formæ specialis naturam exprimens rei, ex eo q̄ est materiale respectu ultimæ perfectionis. Intellectus autem huius differentiæ rationalis consistit in determinatione formæ specialis, ex quibus duobus intellectibus constituitur intellectus speciei uel diffinitionis, & ideo sicut res constituta ex aliquibus non recipit prædicationem earum rerum, ex quibus constituitur, ita nec intellectus recipit prædicationem eorum intellectuum, ex quibus constituitur, non enim dicimus q̄ diffinitio sit genus uel differentia.

Corollarie concludit secundam dr̄iam inter genus, & speciem & dr̄iam: quia. s. genus proportionaliter se habet ad materiam quæ est pars compositi & nō significat ipsam. differentia proportionaliter se habet ad formā & non significat ipsam. species proportionaliter se habet ad compositum ex materia & forma, & vt sicut non significat compositum ex materia & forma, sed aliquid complectens genus & dr̄iam. In assignatione huius differētiæ sm̄ quodlibet membrum ponuntur duæ particulæ, puta in primo membro prima particula est. ꝙ genus proportionaliter se habet ad materiā. secunda vero est ꝙ genus nō significat materiam. similiter in scd̄o & tertio mēbris. Prima particula oīum sequitur ex supradictis. Si. n. perfectio generica, quæ formaliter importatur per genus, est materialis respectu perfectionis differentialis, quæ formaliter importatur per differentiam, oportet ꝙ sicut se habet materia respectu formæ in composito naturali puta sorte, ita genus respectu differentiæ in composito rationali. s. specie. vt sicut materia est potentialis & perficit̄ ac specificatur per formam, sic generica perfectio est potentialis perfectibilis & specificabilis per dr̄iam. Scd̄a vero particula (licet sequatur etiam ex supradictis) quia ex eo ꝙ genus, dr̄ia, & species significāt totum, sequit̄ immediate ꝙ genus non significet materiam, quia materia non est totum & ꝙ differentia non significet formam, quia forma non est totum. & ꝙ species vt sic non dicat compositum ex materia & forma, eo ꝙ partes eius vt sic non sunt materia & forma, sed genus & dr̄ia. Attamen S. T. probat eam tali ratione, materia & forma sunt partes sui totius, sicut duæ res tertiæ rei: genus & dr̄ia nō sunt partes sui totius. s. speciei, vt duæ res tertiæ rei: ergo genus & dr̄ia non sunt materia & forma speciei. Maior patet ex se. homo enim est alia res a materia sua & alia a sua forma. (Nec est curæ modo, vtrum sit res distincta realiter vel sm̄ rationem ab illis duabus coniunctis.) sufficit enim nobis ꝙ sit tertia res realiter distincta a qualibet parte. Minor vero declaratur hoc modo si genus & differentia componerent speciem vt duæ res tertiam, tunc homo esset cōpositus ex animali & rationali. hoc est falsum. ergo a destructione consequentis genus & dr̄ia non componunt speciem vt duæ res tertiam, quod erat pro-

Marginal notes (left): Tex. 5. — Tex 6. Tex. 9. T. c. 15. — 5. me. te. 6 ... prædicamēto substātia. — 9 3 9 4 T. c. 19 T. c. 10 Cap. 3. — Cap 18. Tex. 35
Marginal note (right): Vide Aul. 5. meta c. 6

bandum. consequentia patet ex se. falsitas vero ꝯñtis probaẽ, ex eo ꝙ nulla pars p̃dicatur de suo toto. vt supra dictũ est. habeẽ. 4. Topi. cap. 11. animal autem prædicatur de homine, similiter rationale. dicimus enim ꝙ homo est animal & ꝙ est rationalis.

Cap. 11.

An aĩa et corpus sint duæ res cõstituentes tertiam.

Aduertendum est ꝙ. S. T. in textu explanando maiorem exemplariter dicit, ꝙ homo dr̃ esse ex anima & corpore, sicut ex duabus rebus tertia res. Circa quæ verba dubitatur qũo hoc sit verum (eius doctrinam sustinendo) ponentis vnicam formam sub̃alem in cõposito. quæcunque. n. sunt idem realiter non constituunt aliquod, vt duæ res tertiam. perfectio autẽ corporea & anima sunt idem realiter si vnica forma ponitur. qũo ergo constituẽt hoĩem vt duæ res tertiam? Hanc dubitationem ꝓpter eius magnam difficultatem diuersi diuersimode soluunt. Quidam dicunt ꝙ corpus & anima non sunt ſm rẽ partes hominis, sed ſm rõnem tantum. licet. n. anima sit vere pars, corpus autem ſm rem est totum. dicit. n. cõpositũ ex materia & forma quæ est anima, ideo non est cõpositus ex anima & corpore tanq̃ ex duabus partibus ſm rem sed ſm rõnem, sed bene est compositus ex eis tanq̃ ex duabus rebus, eo modo, quo totũ & pars sunt duæ res: vt tertia res ſm rõnem distinctã ab altera. s. corpore, & ſm rem ab altera. s. anima. Alii dicunt & in idem redit, ꝙ hõ est compositus ex anima & corpore, sicut ex causa formali, & eo cuius est causa formalis. Diuersæ. n. res sunt (ſm Auicen.) causa formalis & id cuius est causa formalis, sicut lucidum est cõpositũ ex luce & lucido. vnde & isti dicunt ꝙ est cõpositus homo ex duabus rebus. s. toto & parte, sed non ex duabus partibus ſm rẽ. Alij dicunt ꝙ locutio ista est intelligenda per synecdochẽ homo est cõpositus ex anima & corpore rõne suæ partis. s. materiæ. Mihi autem pro nunc videtur dicendũ ꝙ homo est cõpositus ex anima & corpore non solũ tanquã ex duabus rebus tertia res, sed tanq̃ ex duabus partibus ſm rem totum accipiendo corpus non vt est genus, sed vt sigñat partem, & accipiendo animam præcise, vt diffinitur. 2. de aĩa. Significat autem corpus sic acceptũ compositũ ex materia & perfectiõe corporea præcise, anima vero perfectionẽ vitalem præcise. Probatur intentum sic. corpus differt realiter ab anima, & non vt totũ a parte ergo vt pars a parte probatur media, quia totũ confuse saltẽ includit partem. corpus aũt sic acceptum excludit aiam, vnde in diffinitione animæ ponitur corpus vt subiectũ deferens animam vt ibi dicit. S. T. Prima propositio ex se est euidens & ab omnibus concessa. consequentia autẽ ex sufficienti diuisione robur trahit. oportet enim vel vt totum a parte, vel vt pars a parte, corpus realiter differre ab anima, si realiter differunt. homo igitur est cõpositus ex corpore & anima tanq̃ ex partibus realiter distinctis, quod erat intẽtum. Et aduerte cum corpus pars cum importet corporeitatem p̃cise extra ipsum esse identitas perfectionis corporeæ ad animam, seu perfectionem vitalẽ. accidit enim (accidente extraneo) corpori præcise ꝙ eius perfectio sit idem cum anima. per se. n. p̃scindit animam, & ideo per se loquendo subtiliter dictũ est, hoĩem cõponi realiter ex anima & corpore. Vnde ſm hoc ad obiectionem deductã dic, ꝙ licet perfectio corporea seu forma corporeitatis sit eadem realiter animæ, corpus tamẽ aliud est realiter ab anima, & ipsa perfectio corporea per se loquendo nõ est eadem realiter ipsi animæ, imo ipsam excludit p̃cise accepta, & ideo corpus & animam cũ præcisione per se loquendo realiter partes ipsius hoĩs conceditur esse. Huic responsioni fauent verba tex. vbi assignatur pro causa dicti præcisio animæ a significato corporis. Quod dicimus de corpore & anima respectu animalis dicere poteris de animali & anima intellectiua respectu hominis de corpore & forma lapidis respectu lapidis, & sic de aliis, semper accipiendo terminos præcise ꝓ partibus, licet non consuetum sit dici inanimata componi ex corpore & forma specifica sicut animata ex anima & corpore propter latentem differentiam inter corporeitatem & formam inanimatorum, & etiam quia forma animatorum eleuat compositum ad hoc ꝙ moueat seipsum oportuit in ipso distinguere partem, mouentem & partem motam, animam. s. & corpus, quod nõ inuenitur in formis inanimatorum.

T. c. 6.

supra 1. c. 6

Inanimata dicuntur cõponi & dicuntur ex corpore & forma specifica.

Hõ ex animali et rõnali non tertia res ex duabus, sed intellectus tertius ex duobus intellectibus dicitur.

Aduerte secundo ꝙ. S. T. ad clarificandã minorem dicit ꝙ homo non est ex animali & rationali sicut ex duabus rebus tertia res, sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Vbi sciendũ ꝙ genus species & dr̃ia possunt accipi tripliciter. Primo modo pro re significata per nomen genericum specificum & dr̃ale primæ intentionis. Secundo modo pro conceptu formali talium nominũ. Tertio modo pro re significata per eorum nomina secundæ intentionis. ver. gra. animal hõ & rationale possunt accipi primo pro re significata per hæc noĩa. secũdo pro cõceptibus eorum formalibus. tertio pro relationibus generis speciei & differentiæ. primo modo nec species, nec diffinitio est composita ex genere & dr̃ia eo ꝙ res significata per speciem & diffinitionem est eadem realiter cum re significata per genus & differentiam. idẽ enim non componitur ex seipso. Tertio modo similiter nec species, nec diffinitio est cõposita ex genere & dr̃ia eo ꝙ relatio speciei relatiue apponiẽ relationi generis (vt dicitura Porphyrio.) Nullum aũt correlatiuum componitur ex suo correlatiuo, & vl̃r non apparet quomodo relatio possit componi ex aliis relationibus: vnde sicut relatio, quam sigñat hæc nomen propositio, nõ est cõposita ex relatione prædicati ad sub̃m, sed est relatio attributa ab intellectu ꝓpsi cõplexo ex prædicato & subiecto, ita relatio diffinitionis est relatio attributa tali formato conceptui in prima operatione intellectus explicanti distincte genus & differentiam. Secũdo vero modo tam species q̃ diffinitio est composita ex genere & differẽtia. conceptus enim formalis speciei integratur ex conceptu formali generis & conceptu formali dr̃iæ tanq̃ ex duabus partibus ver gra. conceptus formalis hominis est aggregatum quid ex conceptu formali animalis & conceptu formali rationalis. Quod ex supradictis sic deduciẽ, ex eo enim ꝙ ostendimus genus & differentiam & sp̃em differre in significato formali, liquet ꝙ conceptus formalis animalis est conceptus perfectionis sensitiuæ, & conceptus formalis rationalis est conceptus perfectionis intellectiuæ, & conceptus formalis hominis, est conceptus vtrãq; perfectionem complectens ex illis tanq̃ cõceptus tertius illorũ adunatione formatus & sic homo est ex animali & rõnali tanq̃ intellectus tertius ex duobus intellectibus. i. tanq̃ conceptus tertius ex duobus conceptibus, & non tanq̃ res ex duabus rebus: & quia nulla pars vel pars prædicatur in recto de suo toto, ideo intellectus siue conceptus formalis animalis non prædicatur in recto de intellectu idest conceptu formali hominis. Ista enim est falsa cõceptus formalis hoĩs est conceptus formalis aĩalis, quia cõceptus formalis hoĩs aggregat totũ ex intellectiua & sensitiua perfectionibus coniunctum, conceptus vero formalis animalis non nisi partem. s. perfectionem sensitiuam dicit (licet vt supra dictum est ſm conceptum seu significatum materiale & formale simul totum dicat) homo ergo ſm suum formalem intellectum seu conceptũ acceptus non est animal, neq; rõnale, sed ex aĩali & rationali. Et sicut dictum est de homine, qui est species, ita dicto de animali, quod est diffinitio. animal enim rationale ſm suum formalem conceptũ non est animal neque rationale, sed ex animali & rõnali. differt nanq; formalis conceptus animalis rõnalis a conceptu formali aĩalis, & a conceptu rationalis sicut totum a partibus.

Cap. de sp̃e

Hoc autem, quod dictum est, conceptum formalem. s. speciei, & diffinitionis cõponi ex conceptibus formalibus generis & dr̃iæ potest dupliciter intelligi. Vno mõ de conceptu mentali. Alio modo de conceptu obiectali formaliter sumpto. Si primo modo adhuc dupliciter intelligi põt. Vno modo de cõceptu mentali ſm esse subiectiuum, seu ſm id quod est. Alio mõ de illo ſm eẽ repræsentatiuum. conceptus mentalis speciei secũdum id quod est non est compositus ex conceptibus mentalibus gñis & dr̃iæ ſm id quod sunt, eo ꝙ oẽs sunt qualitates simplices, nec possunt distingui in plures partes componentes. Non enim est imaginandum, cum intellis formas conceptũ diffinitionis hominis. s. animal rõnale, ꝙ formet plu-

Conceptus formalis diffinitionis quo ĩ cõpositus ex duobus formalibus cõceptibus.

res conceptus, sed vnum tantū, qui est quædam simplex qualitas distincte singulas repræsentantem. sicut & in re extra, res diffinita est habēs rem gñis & dr̄iæ absq; com positione reali, vnde hoc primo modo dictum nostrum non est verū. conceptus vero mentalis spēi sm esse repre sentatiuum formaliter acceptus est cōpositus ex cōcepti bus mentalibus gñis & dr̄iæ sm esse repræsentatiuū for maliter acceptis sicut idolum repræsentans totū ex idolis partiū homo.n.in mēte repræsentat aggregatum ex per fectione sensitiua & intellectiua, animal vero in mēte for maliter non repræsentat nisi perfectionem sensitiuā. ratio nale autem non nisi intellectiuam, vnde hoc modo veri ficatur dictum nostrum. Cōceptus aūt obiectalis speciē formaliter sumptus cum nil aliud sit q̄ significatum for male conceptus mentalis eiusdē est compositus sm ratio nem ex conceptibus obiectalibus gñis & dr̄iæ formali ter acceptis, sicut significatum formale speciei est cōposi tum sm rationem ex significatis formalibus generis, & dr̄iæ, (vt supra ostēsum est.) vnde homo acceptus vt est obiectus conceptui mentali suo.s.specifico nō est animal neq; rationale, sed ex animali & rōnali, accipiēdo etiam animal & rōnale sm q̄ obiecta sunt suis mentalibus con ceptibus, vt ostendit falsitas huius propositionis obiectū formale specificum est obiectum formale genericum si ue dr̄iale. dicit enim hō vt sic aggregatum ex perfectio ne sensitiua & intellectiua. animal vero vt sic non nisi vnam partem aggregati.s.sensitiuam naturam, & rōna le, vt sic nō nisi alteram partem.s.intellectiuam perfectio nem, manifestum est aūt q̄ aggregatum non est aliquod aggregatorum, vnde & hoc modo dictum nostrū veri tatem continet, & est maxime ad propositum. Et sic ani mal quo ad rem importatam nec est pars, nec totum re spectu hominis & animalis rōnalis, quo ad significatum vero materiale & formale simul est totum quo ad signi ficatum. formale autem est pars tam obiectaliter q̄ repre sentatiue sumptum. Vnde cū dico, homo est animal ra tionale, si res ipsa solum attendat̄ nec partis nec totius ra tio saluabitur. si vero res ipsa sic significata.s. implicite in cludens inferiora inspiciatur, totius rationem habet. si au tem res ipsa sic significata attendatur sm id quod explici te includit, vt sic, partis rationem sortitur: propter quod animal ponit̄ in diffōne hominis, vt res. res.n. de re præ dicatur vt totum quia prædicat̄ in recto, & vt pars, quia additur dr̄ia, quæ aliud explicat &c. Quod supra dixi mus de specie dicito de diffōne. seruato semper eo quod
T.c.5. dicitur.1.physi.tex.com.5.s.q̄ diffinitio diuidit in singu
cap.2.q.2. la, non aūt species. Nec fallaris nostra dicta in hac mate ria legens & supra (quoniam supra) per conceptū forma lem conceptū mentalem distinctū contra obiectalē acce pimus. in hac materia vero per intellm seu conceptum formalem tam mentalem conceptum q̄ obiectalem for maliter sumptum intelligi volumus.

Quamuis autem genus significet totam essentiam speciei, non tamen oportet ut diuersarum specierum, quarum est idem genus, sit una essentia, quia unitas generis ex ipsa indetermina tione uel indifferentia procedit. non autem ita quòd id quod si gnificatur per genus sit una natura numero in diuersis specie bus cui superueniat res alia, quæ sit differentia determinās ip sum, sicut forma determinat materiā, quæ est una numero, sed quia genus significat quandam formam, tamen non determina te hanc uel illam, quam determinate differentia exprimit, quæ
Cap.14. *non est alia quàm illa, quæ indeterminate significabatur per genus, & ideo dicit Commentator in.11. Metaphysi. q. mate ria prima dicitur una per remotionem omnium formarum, sed genus dicitur unum per communitatem formæ signatæ: unde patet q. per additionem differentiæ remota illa indeterminatio ne quæ erat causa unitatis generis, remanent species diuersæ per essentiam.*

In hac quarta parte capituli huius intendit excludere talem obiectionem. Quæcūq; habent vnum genus hñt vnam essentiam: diuersæ species habēt vnum genus: ergo diuersæ species habēt vnam essentiā. quod est falsum, q̄a species differunt essentialiter, maior probatur. ex eo q̄ ge nus sm prædicta dicit totam essentiam specierum. (Et li cet ista obiectio faciliter solui posset dicēdo q̄ species ha bent eandem essentiam generice, non tñ specifice) quia tñ argumentum altiorem difficultatem petit, ex altiori prin cipio respōdere oportuit. Inducta est.n. hæc obiectio ad concludendum diuersas species habere eandem essentiā simpliciter & non generice, vt patet ex medio assumpto sic arguendo, ea quorum tota essentia est vna habēt ean dem essentiam simpliciter: diuersarum specierum eiusdē generis tota essentia est vna: ergo diuersæ species eiusdē generis habent eandem essentiam simpliciter. minor pa tet ex eo q̄ genus dicit totam essentiam specierum, & est vnum in eis. Ad huius obiectionis exclusionē declarat quō genus est vnum & innuit talem distinctionē, aliqd significat vnum dupliciter. Vno modo per positionem vnius determinatæ rei significatę. Alio modo per indif ferentiam seu indeterminationē pluriū rerum importata rum. primo modo genus non signat vnum, sed scd̄o mō illud.n. primo modo significat vnum, cuius significatū sm se acceptū est vna aliqua natura & determinata, sicut hō significat humanitatem, quæ est certa & determinata natura.s. humana. Illud aūt, quod significat vnum scd̄o modo, habet significatum non aliquā determinatam na turam, sed plures naturas indeterminate, sicut animal si gnificans perfectionem seu naturam sensitiuam nō signi ficat aliquam certam & determinatam naturam siue for mā. nulla enim est in vniuerso forma, quæ sit anima sen sitiua, sed quælibet est vel bouina vel leonina vel huma
na &c. vnde dicitur.7.physico.tex.com.31. q̄ iuxta ge T.c.31.
nus latent multa. &.10. metaphy text.com.24. q̄ natu T.c.24.
ra generis diuersa est in speciebus. &.1. de anima tex.cō. q̄ ratio animalis sm vnumquodq; animal est altera. est igitur genus vnū secundo modo. vnde ad formam ratio
ni dicitur sm præmissam distinctionem q̄ quorum est Quorū sit
tota essentia vna primo modo eorum est essentia eadem vna essentia
simpliciter, non aūt quorum tota essentia est vna secūdo simpliciter
modo, sicut est in proposito. specierum enim totā essen tiam non adunat genus nisi vnitate indeterminationis.

Aduertendum autem est in litera appositam fuisse dif Genus quo
ferentiam inter vnitatem gñis & vnitatem materię primę vnū, et ma
ad maiorem prædictorū euidentiam quam etiam dr̄iam teria vna
ponit Cōmen.12. metaphy. com.14. vbi nota, q̄ de ma dicatur.
teria contingit loqui dupliciter. Vno modo vt est quod dam totum vl̄e respiciens hanc materiam vel illā, vt par tes subiectiuas, & sic de ipsa modo non est sermo. idem enim est iudicium de eius vnitate & de vnitate cuiusque vl̄is. Alio modo cōtingit loqui de ea solitarie sumpta sm se, nō prout est vl̄is aut particularis, neq; prout est in hac specie vel illa, & sic de ea loqtur Cōmen. ibi. &. S. T. hic. differunt ergo vnitas materiæ sic accepta, & vnitas gene ris in hoc, q̄ vnitas materiæ est vnitas numeralis fundata supra determinatam rem, vnitas vero generica est vnitas non numeralis, sed indeterminationis fundata supra di uersas naturas indeterminate. Cum autem audis vnitatē materiæ primæ esse vnitatem numeralem, intellige nega
tiuæ non positiuæ. Dicitur.n. aliquod vnum numero du Vnū nume
pliciter, positiuæ.s. & negatiuæ. illud est vnū numero po ro bifariā.
sitiuæ quod est vnum per pōnem proprietatis seu dr̄iæ numeralis, sicut sor. & hoc modo materia prima sm se non est vna numero, quia nullā proprietatem indiuidua lem includit. Illud est vnum numero negatiuę, quod vl̄e cum non sit, est non plura numero. hoc aūt est illud qd̄ nullum distinctiuum includit in se, vnde pluralitatem & numerum habere queat, & hoc modo materia prima se cundū se est vna numero, & talis vnitas numeralis funda tur supra determinatam entitatem, rem illam.s. quæ est materia, quæ nullū distinctiuum includit cū ab omni de
nudata sit actu cuius est distinguere, & ideo dicit Cōmē. vbi supra
q̄ materia est vna per remotionem omniū formarum, Cap 14.
quia vnitatem suam negatiuæ habet, ex hoc q̄ non ha bet distinctiuas formas. Genus aūt non esse vnū numero neq; positiue, neq; negatiuæ proprie loquendo ex eo pa tet, quia vnitas numeralis tam positiuæ q̄ negatiuæ sum

datur supra certam, & determinatam rem, quod in genere non inuenitur. dicit.n genus plures naturas & res ex quibus numerari potest. Sed & q͏̄ genus sit vnum vnitate indeterminationis, ex eo patet q͏̄ naturæ plures per genus importatæ nõ adunant in eius significatione, nisi ꝓpter hoc q͏̄ indeterminate significat eas. animal.n. ideo adunat in se equum bouem leonem. &c. quia non determinate explicat quis eorum sit habens perfectionem sensitiuam ideo. dicit Commen. ibi, q͏̄ genus est vnum per cõmunitatem formæ signatæ. i. ex eo q͏̄ communiter & non determinatæ formas significat. vnde & patet q̃ño proposito. S. T. deseruit inducta auctoritas. si enim materia & genus in hoc differunt q͏̄ materiæ vnitas est per negationem formarum supra entitate determinata fundata, & genus non est vnum nisi propter hoc q͏̄ significat cõmuniter plura consequens est q͏̄ genus non sit vnum nisi ex indeterminatione, quod erat propositum.

Et quia, ut dictum est, natura speciei est indeterminata respectu indiuidui, sicut natura generis respectu speciei, inde est q. sicut id, quod est genus prout prædicatur de specie implicite in sua significatione, quãuis indistincte, totum id quod determinate est in specie, ita id quod est species secundum q. prædicatur de indiuiduo, oportet q. significet totum quod essentialiter est in indiuiduo, licet indistincte, & hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis. unde homo de sorte prædicatur. Si autem significatur natura speciei cum præcisione materiæ signatæ, quæ est principium indiuiduationis, sic se habebit per modum partis, & hoc modo significat nomen humanitatis, humanitas enim significat id unde homo est homo. Materia autem signata non est illud unde homo est homo. & ita nullo modo continetur inter illa, ex quibus homo habet q. sit homo. cum igitur humanitas in suo intellectu includat tantum ea, ex quibus homo habet q. sit homo, patet q. a significatione eius excluditur uel præscinditur materia determinata uel signata. Et quia pars non prædicatur de toto, inde est q. humanitas nec de homine, nec de sorte prædicatur, unde dicit Auicen. q. quidditas compositi non est ipsum compositum cuius est quidditas, quãuis etiam ipsa quidditas sit composita, sicut humanitas, licet sit composita, non tamen est homo, immo oportet q. sit recepta in aliquo, quod ẽ materia signata. Sed quia, ut dictum est, designatio speciei respectu generis est per formas, designatio autem indiuidui respectu speciei est per materiam, ideo oportet ut nomen significans id unde natura generis sumitur cum præcisione formæ determinate perficientis speciem significet partem materialem totius, sicut corpus est pars materialis hominis, nomen autem significans id, unde sumitur natura speciei cum præcisione materiæ designatæ significat partem formalem, & ideo humanitas significatur ut forma quædam, et dicitur q. est forma totius, nõ quidem quasi superaddita partibus essentialibus materiæ & formæ, sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius, sed magis est forma, quæ est totum. s. formam complectẽs & materiam, cum præcisione tamen eorum, per quæ materia est nata designari. Sic ergo patet q. essentia hominis significatur hoc nomine homo, & hoc nomine humanitas, sed diuersimode ut dictum est, quia hoc nomen homo significat eam ut totum, inquantum. s. non prætendit designationem materiæ, sed implicite cõtinet eã, & indistincte. sicut dictũ est, q. genus cõtinet differentiam, & ideo prædicatur hoc nomen homo de indiuiduis, sed hoc nomen humanitas significat eam ut partẽ, nec continet in sua significatione nisi id quod est hominis inquantum homo, & præcindit omnem designationem materiæ. unde de indiuiduis hominis non prædicatur. & propter hoc quandoq; hoc nomen essentia inuenitur prædicatum de re: dicitur. n. sortis esse essentia quædam & quandoque negatur, sicut dicimus. q. essentia sortis non est sortes.

q. met c. 5. post me.

In hac quinta & vltima parte huius capituli cõparat essentiam specificam ad indiuiduum s͠m totalitatem, partialitatem, prædicabilitatem & formalitatem. Ad quorum euidentiam aduertendum est q͏̄ sicut supra de essentia generica dictum est, q͏̄ potest significari per modum totius & per modum partis, ita nunc dicitur q͏̄ essentia specifica potest accipi vt significata nomine primæ intentionis per modum totius & per modum partis, per modum quidem totius sicut essentia humana significat per (ly homo.) per modũ vero partis sicut illamet significatur per (ly humanitas.) Differt aũt ipsa a se altero modo significata in hoc, q͏̄ significata per modum totius implicite includit indiuidua, significata vero per modũ partis excludit illa in sui significatione. Quod sic declaratur exemplariter. homo cum significet habens naturam humanam implicite includit sub (ly habens) omnia indiuidua humana. habens enim naturam humanã est quodcunq; indiuiduũ humanum: humanitas aũt cum significet quo hõ est homo omne aliud ab humanitate excludit a ly quo. nullum enim aliud ab humanitate est quo hõ est homo. & ideo cũ principia indiuiduãtia sint aliud ab humanitate (vt supra dictum est) sequitur q͏̄ humanitas excludit principia indiuiduantia a sui significatione, Cap. 2. & consequenter indiuidua, quæ sine indiuiduatione intelligibilia non sunt, sicut nec species absq; d͞ria intelligi potest. & cum pars, vt pars, non prædicetur de suo toto omne aũt prædicatum in recto habet rõnem totius, ideo essentia primo modo. i. per modum totius significata de indiuiduis in recto prædicatur, significata vero per modum partis nequaq̃: & propter hoc illa est vera. sor. est humanitas (vt Auic. testatur) & sic iam patet ꝓportio essentiæ specificæ an indiuiduum s͠m tria. s. totalitatem partialitatem & prædicabilitatem. Cap. 5. Quo ad formalitatẽ vero declaratur opposita d͞ria inter essentiã genericam per modum partis significata respectu speciei, & essentiã specificam per modum partis significatam respectu indiuidui, differunt. n. in hoc, q͏̄ illa est pars materialis speciei, ista vero est pars formalis indiuidui. Et ratio est, quia illa . s. essentia generica comparatur ad alteram partẽ speciei vt materia ad formam & perfectibile ad suã perfectionẽ cum designatio seu determinatio generis ad speciem fiat per differentiã, quæ sumitur a specifica forma, quæ perficit & cõplet perfectionẽ g͞nicam ista vero. s. specifica essentia comparatur ad alteram partem indiuidui, vt forma ad materiam, & perfectio ad perfectibile, cum designatio seu determinatio speciei ad indiuidua fiat per materiã signatam, quã imperfectiorem esse specifica forma, qua essentia specifica sumitur, constat. & ideo animalitas est pars materialis hominis, humanitas vero est pars formalis for. & dicitur q͏̄ est forma totius non quasi superaddita &c.

Ad euidentiam horum verborum est notandũ q͏̄ forma totius & forma partis, vt in secundo capitulo visum fuit, differunt realiter, non sicut vna forma differt ab alia forma, puta albedo a dulcedine, sed sicut totũ & pars. & ideo dicitur hic q͏̄ forma totius nõ est quasi superaddita partibus, idest nõ est forma addita materiæ & formæ, sicut forma domus est forma addita lignis lapidibus cemento & cæteris partibus, sed magis est forma, quæ est totum . i. ipsum compositũ resultans ex partibus: quod cũ per modum partis formalis significatur, forma totius appellatur, eo quia totius est complete certificatiuum & distinctiuum & determinatiuum hæ enim sunt conditiones formæ. Et residuum sermonis epilogus per se patens est.

Formae partis. Cap. 2.

Cap. IIII.

De tribus essentijs, generica, specifica, & differentia, secundum intentiones logicas agit.

Viso quid significetur nomine essentiæ in substantiis compositis, uidendum est quomodo se habeat ad rationem generis speciei & differentiæ: quia autem cui conuenit ratio generis speciei uel differẽtiæ, prædicatur de hoc singulari signato,

impossibile

impoßibile est q ratio generis uel speciei uel differentiæ conueniat essentiæ secundum quod per modum partis significatur, ut nomine humanitatis uel animalitatis. & ideo dicit Auic. q rationalitas non est differentia, sed differentiæ principium, & eadem ratione humanitas non est spẽs, nec animalitas genus.

5 Metaph. c.4 I prin.

In hoc quarto capi. intendens determinare quõo essentia subarum compositarum se habeat ad intentiones logicas, s. genus, spẽm, drĩam, quatuor facit primo sex conclusionibus determinat intentũ. scdo excludit quendam Auer. errorẽ. tertio mõ excludit q̃dam aliam oḃonem quarto rñdet cuidam taciteç obiectioni. Primo intellectu primæ partis notãdæ sunt duæ distõnes. Prima est ista. Nã seu essentia subæ compositæ põt tripl'r accipi, primo vt signata per modum partis. scdo vt per se exñs separata a singularibus. tertio vt signata p modum totius. Secunda distinctio q̃ est subdiuisio tertij mẽbri est ista, nã subæ compositæ signata p modum totius põt accipi tripliciter. primo ẽm se. scdo ẽm esse q habet in singularib⁹. tertio ẽm esse q habet in intellectu. His p̃libatis, scias q ẽm singula mẽbra harum diuisionum ponit singulas cõclusiones. ẽm prima quidẽ duo mẽbra vtriusq; diuisionis ponit quatuor negatiuas. ẽm vero vltima vtriusq; ponit duas affirmatiuas ita q ẽm q̃libet diuisionem primo ponit duas negatiuas, deinde tertiam affir. & sic fiunt sex cõclusiones. Prima ergo conclo negatiua est, essentia subæ compositæ signata per modum partis, sicut aĩalitas, humanitas, rõnalitas nõ est genus neq; spẽs neq; drĩa q̃ probat sic, tam genus q̃ spẽs q̃ drĩa prædicatur in recto de hoc particulari supposito, puta sorte: essentia subæ compositæ signata p modum partis non p̃dicatur in recto de hoc particulari supposito. ergo essentiã taliter signata nõ est genus, nec spẽs, nec drĩa, oẽs ꝓpõnes patent (ex præcedenti cap.) & iõ dicit (Auicẽ.) q rõnalitas, q̃ signat per modum partis, non est drĩa, sed principium drĩæ, & sĩlr animalitas nõ est genus, sed generis principiũ, & humanitas non est spẽs sed speciei principiũ, sicut albedo est principium albi, & pars est principiũ eius cuius est pars.

Cap. 3. 5. Metaph. c.6. I prin.

Sil'r etiam non põt dici q rõ gñis, speciei, differentiæ conueniat essentiæ scdm q est quædã ees exñs extra singularia. ut Platonici ponebant: quia sic genus & spẽs nõ prædicarẽtur de hoc indiuiduo. nõ. n. põt dici q sor. sit hoc. q ab eo separatũ est. Nec separatũ illud proficit in cognitione huius singularis signati.

Hic ponitur secunda conclo negatiua, essentia subæ cõpositæ per se non in singularibus exñs non est spẽs seu genus. Et probat eã duplici rõne. Primo sic, genus seu spẽs prædicatur de hoc particulari: essentia p se subsistens non in singularibus non p̃dicatur de hoc particulari: ergo essentia p se subsistens non in singularibus non est genus, seu spẽs: maior patet. minor probatur sic. subm est id qd' in recto de eo prædicatur: sor. non est hõ separatus. ergo sor. non est subm respectu hois separati. ergo hõ separatus non p̃dicatur de sorte, q erat assumptum in minore. Scdo sic, genus seu spẽs est id quo indiuidua cognoscuntur, essentia p se subsistens non in singularibus non est id quo indiuidua cognoscũtur. ergo essentia p se subsistens non est genus neq; spẽs maior patet ex eo q vnũquodq; per suum genus, spẽm, drĩam cognoscitur, Minor vero ex eo q vnũquodq; cognoscitur quidditatiue per id qd' est in eo, & non per id quod non est in eo.

Et iõ relinquitur q ratio generis uel speciei uel differentiæ conueniat essentiæ secundum q significat per modum totius, ut nomine hominis uel animalis prout implicite & indistincte continet totum hoc quod in indiuiduo est.

Hic ponitur tertia conclo affirmatiua, essentia subæ cõpositæ signata per modũ totius est spẽs, genus, vel differentia &c. probatur sic. genus spẽs seu drĩa substãtialiter cõtinet & implicite totũ qd' est in indiuiduis, essentia substantiæ cõpositæ non nisi signata per modum totius continet implicitæ totum esse indiuiduorũ. ergo essentia substantiæ compositæ signata per modum totius est genus vel species vel drĩa. Propõnes oẽs (ex præcedenti capi.) patet vbi diximus genus spẽm drĩam conuenire in hoc q significant totum q est in inferioribus, & sua abstracta excludere ea, quæ sunt in inferioribus. est igitur aĩal genus, homo species, rationale differentia.

Natura aũt uel essentia sic accepta potest dupl'r considerari. Vno mõ secundum naturam & rõnem propriã, & hoc est absoluta cõsideratio ipsius, & hoc mõ nihil est uerũ de ea dicere nisi q cõueniat sibi scdm q hmõi. Vñ quicqd aliorũ sibi attribuitur, falsa est attributio. uer. gr. homini in eo q est hõ cõuenit rõnale & aĩal, & alia, q̃ in eius diffinitione cadunt, album uero uel nigrum uel qd'cũq; hmõi q non est de rõne humanitatis non conuenit homini in eo q est hõ. Iõ si quæratur, utrũ ista natura possit dici una uel plures, neutrũ concedendũ est: quia utrũq; est extra intellectũ humanitatis, & utrũq; põt sibi accidere. si. n. pluralitas esset de rõne eius, nũq̃ posset esse una, cum tñ una sit secũdum q est in sorte. sil'r si unitas esset de intellectu & rõne eius, tũc esset una & eadẽ natura sor. & Pla. nec posset in pluribus plurificari. Alio mõ consideratur scdm q habet esse in hoc uel in illo, & sic de ipsa prædicatur aliqd per accñs rõne eius in quo est. sicut dicitur, q hõ est albus, quia sor. est albus, q̃uis homini non conueniat in eo q est hõ Hæc aũt natura habet duplex esse. unum in singularibus, aliud in aĩa: & secundum utrũq; consequuntur accñtia dictam naturã. et sic in singularibus habet multiplex esse scdm diuersitatem singularium, & tñ ipsi naturæ secũdum propriam consideratiõnẽ. s. absolutã, nullum istorũ esse debet. falsum. n. est dicere, q natura hois inquantum hmõi habeat esse in hoc singulari. si. n. esse in hoc singulari cõueniret homini inquantum est hõ, non esset unq̃ extra hoc singulare. Sil'r. si conueniret homini inquãtum est homo non esse in singulari nunquã esset in eo. Si uerũ est dicere q homo inquantum est homo non habet q sit in hoc singulari uel in illo. patet ergo, q natura hominis absolute considerata abstrahit quolibet esse, ita q non fiat præcisio alicuius eorum. & hæc natura sic considerata, est quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.

Hic anteq; ponatur quarta cõclo inchoatur scda diuisio supraposita, cui⁹ terminos oportet p̃declarari ad intellectũ conclonũ. Nã p modũ totius signata (ẽm nãm seu rõnẽ ꝓpriam, vel ẽm se) idẽ sonat q nã cõsiderata ẽm eas cõditiones siue ea p̃dicata, q̃ cõueniũt sibi ex sua diffõne seu ĩ primo mõ dicẽdi p se. Nã vero ẽm esse in singularibus idem sonat q nã cõsiderata ẽm eas condõnes siue ẽm ea p̃dicata, q̃ cõueniunt sibi ex hoc q in singulari vel in singularibus esse habet. Nã aũt ẽm esse in intellectu idẽ sonat q nã considerata ẽm eas condõnes siue illa p̃dicata, q̃ conueniunt sibi ex hoc q habet esse in intellectu. Differunt aũt quadrupl'r, vt ex textu colligitur, condõnes cõuenientes nãæ ẽm has diuersas acceptiones. eo q condõnes debitæ nãę ẽm se sunt p̃dicata essẽtialia. hõ. n. ẽm se nõ est nisi aĩal rõnale. cõdõnes vero debitæ nãæ reliqs duobus modis sunt p̃dicata denoĩatiua. hõ. n. nõ est res illa. q̃ conuenit ei ex esse in singularibus, sed ab ea denoĩatur. nõ n. hõ est albedo, q̃ conuenit ei ex hoc q est in sorte, sed ab ea denoĩatur albus. Sil'r hõ non est ees illa, q̃ cõuenit ei ex esse in intellectu, puta relatio vl'itatis, aut spẽi, sed denoĩatur ab ea vl'is & spẽs. Et licet hęc duo vltima mẽbra in hoc cõueniant, q attenduntur penes p̃dicata denoĩatiua, differũt tñ, quia prædicata denoĩatiua, q̃ conueniunt nãę ẽm esse in singularibus, aliquid ponũt reale supra ipsam, sicut album addit supra hoiem nãm albedinis, quę est ens reale. prædicata vero denoĩatiua, q̃ conueniunt rei ẽm esse in intellectu, nihil ponũt reale supra nãm ipsam, sed denominationem negatiuã, aut relatiuam ẽm aliq̃ relationem rõnis Cum. n. dico hõ est spẽs, ly spẽs, nihil reale addit supra hoiem, sed solã relationem rõnis, qua respicit suum genus: spẽs. n. generis est spẽs. Scdo differunt istius diuisionis posteę mẽbra in hoc, q nã absolute sumpta nec est vna numero, nec plures numero. si. n. esset vna numero, nõ posset reperiri in pluribus nũero, q patet esse falsum, eo q nã humana est in sor & Pla. ꝯña ꝓbatur sic. nã ẽm se est vna numero. ḡ nõ põt esse distincta nũero. ḡ nõ põt re-

Qua non sit natura quæ prædicatur de individuis.

periri in pluribus numero, ꝙ erat intentũ. Prima ꝯña harũ ex eo est clara, qꝛ impoſſe est alicui cõuenire oppoſitũ eius ꝙ conuenit ei ſm ſe, ſicut impoſſe est homini conuenire irrõnale. diſtinctio aũt numeralis est oppoſita vnitati numerali: & iõ, ſi nã ſm ſe habet vnitatem numeralem nunq̃ hr̃e põt diſtinctionem numeralẽ. Siĺr probatur, ꝙ nã ſm ſe non ſit plures numero, ſequeretˀ.n.nãm humanam nõ eſſe in ſor qꝛ non poſſet hr̃e vnitatem numeralẽ, ex quo vendicat ſibi ſm ſe diſtinctionem numeralẽ. Nã autem ſm eſſe in ſingularibus vnitatem & diſtõnem numeralem ſortitˀ: propterea nãq; hõ eſt vnus numero, qꝛ ſortes eſt vnus numero, et propterea hõ eſt diſtinctus numero in pluribus, qꝛ ſor. & Pla. ſunt diſtincti numero. Tertio differunt in hoc, qꝛ nã ſm ſe ſumpta nullũ eſſe ſibi vẽdicat. l. nec eſſe in ſingulari, aut ſingularibus, nec eſſe in intellectu: nec etiã vendicat ſibi nõ eſſe in ſingulari & ſingularibus, aut nõ eſſe in intellectu: ꝙ patet ex eiſdẽ fundamentis. ſi.n. eſſe in ſingulari eſſet de rõne ſua nũq̃ extra illud inueniretˀ, cũ nihil inueniatur extra id, ꝙ eſt de eius rõne. ſiĺr ſi eſſe in ſingularibus eſſet de eius rõne, non poſſet in vno inueniri, qꝛ in vno nã exñs non eſt in pluribˀ, ſiĺr ſi eſſe in intellectu eſſet de rõne eius, nũq̃ poſſet extra intellectum reperiri. & eodẽ mõ ſi non eſſe in ſingularibˀ aut ſingulari eſſet de eius rõne, nũq̃ poſſet hr̃e eſſe in aliquo ſingulari, & ſi nõ eſſe in intellectu eſſet de eius rõne, nũq̃ poſſet hr̃e eſſe in intellectu, ex illo fundamẽto, nulli põt conuenire oppoſitũ ꝙ eſt de rõne ſui. vnde nã abſolute ſumpta ab oĩ eſſe & nõ eſſe abſtrahit ſine p̄ciſione i. nec includit, nec excludit aliquod hmõi eſſe vel non eſſe. Nã aũt tam ſecundo q̃ tertio mõ accepta, alterũ illorum eſſe includit & alterũ excludit, vt de ſe patet. hõ.n ſm ꝙ eſt in ſingularibus nõ eſt in intellectu & econtra, ſm qđ eſt in intellectu nõ eſt in ſingularibus. Quarto differunt, quia nã per modum totius ſignata ſm ſe ſumpta eſt ea, q̃ prædicatur de indiuiduis, cũ dr̃ ſor. eſt hõ, nã aũt ſumpta tam prout eſt in ſingularibus, q̃ prout in intellectu nõ p̄dicatur de indiuiduis, ꝙ declaratˀ ſic. Id p̄dicatur de indiuiduis, ꝙ attribuitˀ illis in ꝓpõne: ſed nã abſolute accepta et non ſm eſſe in ſingularibus, neq; ſm eſſe in intellectu attribuitur indiuiduis in ꝓpõne: ergo nã abſolute ſumpta & non ſm eſſe in ſingulari vel in intellectu p̄dicatur de indiuiduis. maior eſt nota ex terminis, minor declaratˀ excẽplariter, cũ dico ſor. eſt hõ, ſenſus ꝓpõnis eſt, ſor. eſt aĩal rõnale, ita ꝙ in iſta ꝓpõne nihil attribuitˀ ſorti niſi eſſe aĩal rõnale, q̃ ſunt condõnes nãæ humanæ abſolute acceptæ, vt patet. non.n. cũ dico ſor. eſt hõ, attribuo ſorti aliqđ debitum nãæ humanę ex eſſe in ſingularibus, aut ex eſſe in intellectu: neq; attribuo ſorti hr̃e nãm humanam cũ aliquo addito, ſed tãtum attribuo ſorti hr̃e nãm humanam ſeu eſſe aĩal rõne, quæ ſunt, vt dictum eſt, condõnes nãę humanę ſm ſe accepte. Nã igitur primo ſumpta eſt q̃ p̄dicatur de indiuiduis & non nã ſcđo & tertio modo.

An naturæ ſcđm ſe acceptæ inſint tãtum prædicata quidditatiua.

In hoc loco anteq̃ vlterius procedatur, dubia quędam examinanda ſunt. Circa p̄dicta dubium eſt. Primo circa primam dr̃iam aſsignatam in eo qđ dictum eſt ꝙ nãæ ſm ſe ſumptæ nõ inſunt niſi p̄dicata quidditatiua. hoc.n. patitur difficultatem tũ ꝑ tranſcendentia, tũ ꝑ quędam p̄dicata negatiua ſi.n. tranſcendentia, q̃ ſunt ens, res, vnũ, aliquid, verũ, & bonum, conuenire aſſerantur nãæ abſolute ſumptæ erunt p̄dicata quidditatiua, & ſi ſic ponẽtur in diffinitione. nulla.n. diffinitio eſt cõpleta niſi oĩa prædicata quidditatiua includat: trãſcendẽtia aũt in diffõne poni oẽs negant. Confirmatur ꝯñs ex dictis S. T in lr̃a vbi habetur, ꝙ q̃ inſunt nãæ abſolute ſunt de diffõne illius. Si aũt tranſcendentia dicantur non conuenire nãæ abſolute, tunc hõ ſm ſe ſumptus nõ eſt aliqd, nec res, nec vnũ qđ, ꝙ oĩno negatur. de p̄dicatis vero negatiuis occurrit difficultas talis, qꝛ negationes nãrum diſparatarũ ſi cõueniunt nãæ abſolute erunt p̄dicata quidditatiua, & ſic negatio erit de diffõne ſubĩ. Si aũt conueniunt nãæ ſm eſſe in ſingularibus vel in intellectu, tũc accipiẽdo hoiem abſolute, iſta erit falſa, hõ non eſt leo, ꝙ vr̃ irrationabile.

Cap. 2. § 2.

Ad horum diſſolutionẽ conſiderandũ eſt primo, quõ tranſcendentia ſe habeant ad nãs rerũ, ſupra quas cadũt. vt aũt ſupra in qõne de ſignatione entis tactũ fuit, nullum tranſcendentium importat alium gradũ, ſeu aliam nãm a gradibus ſeu naturis eorũ, quibus apponuntˀ. cũ.n. dico, ens hõ, vnus hõ, res hõ, verus hõ, bonus hõ, aliquid hõ, nullum alium gradũ ab humanitate ſignifico, ſed ipſam humanitatẽ diuerſis modis. ly.n. ens ſignat humanitatem prout habet eſſe, ly vnus, illã prout nõ eſt diuiſa formaliter: ly res, illã prout ratitudinẽ habet, vtpote nõ ex intellectu fabricata: ly bonũ, ipſam prout ꝑfectiua eſt appetitus: ly verũ, ipſam vt ꝑfectiua eſt intellectus: ly aliqd ipſam vt aliud qđ eſt ab aliis. Simili mõ eſt dicendũ accepto quocũq; gradu generico, vt faciliter excẽplo manifeſtari põt. conſiderandum eſt ſcđo, ꝙ cũ primum inter tranſcẽdentia ſit ens (eo ꝙ eius rõ cæterorum rõnes præuenit) & oĩa conuertantur cũ ente tanq̃ eius paſsiones cũ declaratum fuerit quõ ens conueniat naturis rerum planũ erit de cęteris. Sco. ergo primo ſen. diſt. 3. q. 3. opinatur ens eſſe vniuocum & p̄dicari (in qđ) de oĩbus inferioribus exceptis vltimis differentiis. Et primũ quidem horum tanq̃ per ſe notum ſupponẽs ſecundi duplicem rõnem reddit. Primo quia ſi dr̃iæ includant eis vniuoce dictũ de eis, & nõ ſunt oĩno idem, oportet ꝙ ſint diuerſa aliqd idem entia, & ꝯñr ſequitur ꝙ dr̃iæ vltimæ ſunt proprie differentes, & ſic hñt alias dr̃ias & non ſunt vltime. Scđo, quia ſicut ens cõpoſitum in re eſt cõpoſitum ex actu & potentia, ita conceptus cõpoſitus per ſe vnus eſt cõpoſitus ex conceptu actuali & potẽtiali determinabili & determinante. Sicut ergo reſolutio cõpoſiti in re ſtat ad ſimpĺr ſimplicia. ſ. actum vltimũ & potentiam vltimã, ita ꝙ actus nihil potentiæ. & potentia nihil actus includat, ita reſolutio cõceptus debet ſtare ad conceptus ſimpĺr ſimplices actualẽ & potentialem determinabilem tm̃, ita ꝙ nihil determinantis includat, & determinantem tm̃, ꝙ nihil determinabilis includat: tales ſunt conceptus entis & vltimæ dr̃iæ. ergo vltima dr̃ia non includit formaliter ens.

Scot. 1. ſen. 3. q. 3. in ſol. q. 1. vt ſupra dictum eſt. cap. 2. q. 3. prima rõ.

Contra primum arguitˀ, qꝛ ens ſequeretur ꝙ ens poneretur in diffinitione. cõtra Ariſt. 8. met. t. c. 16. Prçterea ſequitur ꝙ eſſet nugatio in diffõne, vt ſupra in qõne de vniuocatione entis deduximus. Cõtra ſecundum dictũ arguo ſic. Oẽ id de quo formaĺr ſumpto p̄dicantur in ſecundo mõ paſsiones cõis includit in ſe formaĺr ens: ſed de vltima dr̃ia formaĺr ſumpta prædicantur in ſecundo modo paſsiones entis ergo vltima dr̃ia includit in ſe formaliter ens. Minor patet qꝛ vltima dr̃ia eſt per ſe vna & intelligibilis. Maior probatˀ ſic, omne formaĺr includens medium propriũ a priori, ꝑ qđ demonſtrantur paſsiones entis includit in ſe formaĺr ens. patet iſta quia entis cõceptus eſt illud mediũ. Sed oẽ id, de quo formaĺr ſumpto prædicantur in ſecundo mõ paſsiones entis, includit in ſe formaĺr medium, ꝑ qđ tales paſsiones de eo ſunt demõſtrabiles. ergo oẽ tale includit formaĺr ens. Patet iſta minor. qꝛ implicat oppoſitũ. ſi n. a formaĺr non includit ꝓprium mediũ concludendi B quõ de A formaĺr ſumpto erit a priori demr̃abile B. Scđo arguo, & in idem redit. Oĩs paſsio conueniens pluribus formaĺr ſumptis conuenit eis rõne alicuius cõis eis formaĺr incluſi, cui illa paſsio primo cõuenit: ſed vnitas vel intelligibilitas eſt paſsio cõueniens oĩbus vltimis differentiis formaĺr ſumptis: ergo conuenit eis rõne alicuius cõis formaĺr incluſi in eis, cui primo cõuenit. tale aũt eſt ens. ergo oẽs dr̃ię vltimæ includunt ens. Minor eſt ꝑ ſe nota. Maior eſt Ariſt. primo poſter. Nec põt dici ad maiorem ꝙ ſufficit ſubĩm denominatiue includi in eis, qbus formaĺr ſumptis conuenit paſsio illius ſubiecti Quia cum tota rõ quare paſsio alicuius inſit alteri, ſit participatio illius ſubiecti primi, ſi alicui formaliter ſumpto ineſt paſsio eidem formaĺr ſumpto ineſt & ſubĩm: & ſi formaĺr ſumptum ſubiecti expers eſt, quõ formaliter ſumptum illius paſsionem hr̃e poteſt? Vel arguatur ſic, id qđ formaĺr ſumptum a ſe ſubĩm excludit, etiam a ſe paſsionẽ excludit: ſed vltimæ dr̃iæ formaliter ſumptę non excludũt a ſe paſsiones entis in ſecundo mõ: ergo nec excludunt ens in primo mõ, Nec patiantur aures tuæ audire r̃ſionem Franciſci de mayronis dicentis regulam adductam poſterioriſticam Ariſt. non tenere in tranſcendentibus. Voluntaria.n. & deſtructiua totius metaphyſicæ gloſa eſt. Ad rõnes aũt Scoti dicitur ꝙ cum

T. cõ. 16.

C. 2. q. 3. vniuocatione ſecunda.

T. cõ. 15.

Primo ſen. q. 6. quæ quarto verũ a ſimpliciter. ſimpliciter paſsio

Arabi aliquis conceptum obiectiuum in fin.

tam prima q̄ secunda supponāt ens hr̄e conceptum obiectiuum vnum simplr̄ nihil concludit. Dr̄ secundo ad secundam ꝙ argumētum a simili claudicat. licet.n.sit similitudo quo ad aliquid inter compositum nāle & intellectuale, dissimilitudo tñ est magna in proposito: quia partes compositi nālis mutuo se excludunt, quia quædā res speciales sunt partes aūt compositi intellectualis non pñt mutuo se excludere, quia altera (puta ens) est adeo vlis vt nihil possit eam subterfugere. Auic.aūt Alpharabius & Algazel vt testatur Albertus in Postprædicamētis.ca.9. opinantur qd' ens non conueniat nāæ absolute sumptæ. Vnde dicunt hanc ꝯñam non valere, homo est subā, ergo homo est ens, eo ꝙ ens significat aliquid additū essentiæ rei ꝙ non est de eius rōne, q̄ expresse etiam de Aui. refert Cōmeta 4.meta.com.3.& 10.meta.com.8.

Cap. 9.

Cap. 3.
Cap. 8.

Ex his habea q̃ male dixerit Sco. scd̃o sen. dis. 3. q. 1. in (2 d. 3. q. 1. Ad primũ.) rñsione ad primum, dicẽdo ꝙ nã ante actum intellectus possibilis nihil habet, nisi ꝙ cõuenit sibi extra aĩam. Pa- tet. n. iam ꝙ ſm sniam Arist. est actu intelligibilis abstra- cta ad hoc & nunc, & ꝯñr vl'is in actu ante actum intell's possibilis. Pro tertio sensu arguere aliter nõ est opus, eo ꝙ eodem mõ procedendum esset. Scd̃s aũt sensus intel- (Secundus sensus.) ligentibus terminos ex rõnibus terminorum clarus est. Nã nãq; ſm esse subiectiuum in intellectu possibili, nihil aliud est q̃ similitudo immãlis sui representatiua in illo existens. Similitudo aũt immãlis a singularibus abstracta rem vl'r necesse est representet, copioso qđ abstracta est. Si. n rem vl'r non representet, sed particularibus condõni bus immistam, & non a mãlibus condõnibus abstractã, non esset vl'is. ergo in representando est vl'is res ipsam se- cundum ꝙ est subiectiua in intellectu possibili. i. spẽs seu similitudo ipsius nãæ pro quãto representat nãm ipsam non representãnis condõnibus indiuidualibus. Et nota ꝙ quia nã ipsa habet duas similitudines in aĩa. s. spẽm in- telligibilem & conceptũ. siue spẽm impressam, & spẽm expressam, iõ ſm vtrãq; spẽm est vl'is in representando. (Quare aũt oporteat duas spẽs ponere, et qũo si Deus cõ cesserit nobis vitam alibi dicef.) Quãuis autem conclo se cunda possit oĩbus modis dictis verificari, attamen pri- mus & tertius sunt ad propositum lr̃æ. Intendimus. n. hic de vl'i in prædicando, ꝙ intentionem logicã sonat, & nõ de vl'i in representando ꝙ nulla intentione secũda logica dicitur vl'e, sed ex esse proprio ꝙ ſm rẽ sortitur. Lr̃am sic glosare potes. Ipsa. n. nã habet esse in intellectu agente vel possibili tam obiectiuæ q̃ subiectiuæ abstractum ab oĩbus indiuidualibus condõnibus, Et habet rõnem vni- formem (obiectiuæ in p̃dicando, subiectiuæ in represen- tando) ad oĩa indiuidua, q̃ sunt extra prout essentialr est similitudo oĩum obiectiuæ in essendo, subiectiuæ in re- presentando inducens in cognitionem oĩum inquantum sunt hoĩes, quia vt sic assimilantur. Et ex hoc qđ talem relationem. s. vniformitatis & similitudinis essentialis vel representatiuæ habet natura ad oĩa indiuidua intellectus adinuenit rationem speciei. i. secũdam intentionem, quæ est species, & attribuit ipsi naturæ vniformiter se habẽti ad indiuidua ex hoc qđ representatur absq; omni indi- uiduantium difformitate.

An uniuersalia in actu sint extra animam.

Circa dicta est quæstio non modica, an vniuersalia in actu sint extra animam, an fiant per opus intel- lectus quẽadmodum dictum est. In hac quæstione primo declarabitur titulus. Scd̃o ponetur opinio Scoti. Tertio ponetur opinio S. Th. Quarto respondebitur ad argumenta in oppositum.

Quo ad primũ, quia hæc quæstio diuersimode intel- (Titulus.) lecta diuersis modis a P̃bis determinata est, in p̃sentiarũ peripateticam sniam supponendo. s. ꝙ vl'ia non subsistãt extra singularia declaranda est qũo intelligatur. In noie vl'is tria intelligimus. primo vl'itatem quæ est relatio ra- tionis, scd̃o rem quę denominaf vl'is ab illa vl'itate, tertio aptitudinẽ ad essendum in multis, quæ est quid medium inter illa duo & est fundamentũ proximũ, quare res susci piat illam relatiuam denoiationem. ideo. n. rei intellectus attribuit relationem vl'itatis, quia res illa apta nata est esse

in plu

in pluribus. Non vertitur in dubiū, an illa relatio, q̄ vocatur vle formaliter sit extra animam, eam.n.oēs ab intellectu fieri dicunt. Nec quæritur an illa res, quæ denominatur vlis, quæ vocatur vle obiectiue in potentia sit extra animam. Cōis.n.sniā est ꝙ qñq; res illa est extra animam, qñq; non. si.n.res illa est res realis, puta hō bos & hmōi, ponitur extra aiam. Si autem res illa sit ens rōnis non ponitur extra vt subm, prędicatum, propositio, syllis & similia. Sed dubitatio est, an aptitudo ad essendū in multis, sit extra aiam, ita q. absq; omni tpe intellectus inueniatur res apta nata esse in multis, quæ vocatur vniuersale in actu obiectiuæ. An solum extra aiam sit res. Aptitudo aūt ad essendum in multis insit rei per opus intellectus. Et quia aptitudo illa complet rōnem vlis in actu obiectiuæ sumendo vle, licet non formaliter, ideo quærere an extra animā inueniatur totum hoc s.res apta nata esse in pluribus, est quærere, an sit extra animā vniuersale in actu obiectiuæ. Et debes scire ad euidentiā terminorum ꝙ sicut albū accipitur dupliciter. s. formaliter & subiectiuæ, ita vle accipitur dupliciter s. formaliter & subiectiuæ. Subiectiuę.n.accipi non potest, eo ꝙ vlitas in nullo est subiectiue cum sit ens rationis. Vle formaliter est ipsa vlitas, quæ relatio rōnis est. Vle obiectiuæ, subdiuiditur in vle obiectiuæ in actu, & in vle obiectiue in potentia. Vle obiectiue in actu est totū hoc. s. res vna apta nata esse in pluribus. Vle obiectiue in potentia est res ipsa vna formaliter non adiungendo sibi aptitudinem ad essendum in pluribus. Ex his patet in quo stat difficultas, & patet quid nominis terminorum in titulo qōnis positorum. Intendimus enim nō de vli formaliter, nec de vli obiectiue in potentia, quia in his cōuenimus, sed de vli obiectiuæ in actu. Propterea cū loquimur de vli in actu absq; additione obiectiue intelligi volumus ne in æquiuoco laboremus. Hæc de primo.

vniuersale dupliciter sequitur.

Sc. 7 me. q. 16. ev. 2. d. 3. q. 1. Quo ad sm Sco. super. 7. meta. q. 16. sequendo fundamenta sua, q. s naturā extra aiam sequantur vnitas formalis & cōitas, opinaẗ rem vnam aptam natā esse in pluribus dari extra animam. At per hoc dicit vle in actu esse in rerū natura absq; omni tpe itellectus. Adducit quoq; ad hoc multas rōnes, quas in mediū afferre esset limites intentionis nostræ excedere, propterea eas, afferam, ex quarum solutione reliquarum debilitas innotescit. *Primo.* Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum sic. Circūscripto quocūq; actu intellectus res est apta nata esse in pluribus: ergo datur, vle in actu extra aiam, tenet consequentia quia vle obiectiue in actu, vt distinguiẗ cōtra singulare & prædicabile diffinitur (primo perihermenias.) *Cap. 5. tex. 10.* Vle est quod aptum natū est esse in pluribus. Añs probatur. quia si nō, ergo aptitudu ad essendum in pluribus repugnat sibi, nec cōferri sibi posset saltem ab intellectu, quia tunc pari ratione posset dare sorti talem aptitudinē.

Secundo. Præterea vniuersale in actu est proprium obiectū intellectus, igitur pręcedit actum intellectus. tenet cōsequētia. *T. c. 33.* ex. 2. de anima. vbi dicitur, ꝙ obiectum est prius actu.

Tertio. Præterea obiectum scientię realis est ens extra animam. vle in actu est obiectum scientiæ realis: igitur vle in actu est ens extra animam. *Quarto. T. c. 20.* Præterea relatio mensuræ est realis. (5. meta.) sed illa fundatur in aliquo vli, probaẗ. quia oportet esse aliquod vnum mēsuram aliarum specierum *Quinto.* sed non vnum numero sm Aristo. ergo vle. Præterea operatio seu passio realis primo & adęquate inest vli, sic *T. c. 39.* intelligere homini, ex primo Poste. igitur datur vniuersa*Sexto.*le extra animam. Præterea cōtrarietas est oppositio realis, & eius extrema sunt vlia non singularia. ergo d antur *Septimo.* vlia extra animam. Pręterea si vle sit ab intellectu, qūo res prędicatur de re, & qūo vle est vbiq; & semper incorruptibile & æternū, & qūo materia & forma pertinent ad quidditatem vlis physici, & qūo vlium istorum est diffinitio, & qūo genera & species, & vliter prædicamenta *Octauo.* sunt entia extra animam. Pręterea si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset vnitas realis, nisi numeralis, quæ est propria singulari: consequens est falsum. ergo &c. Hæc de secundo.

Opio s. T: Quo ad tertium scito nos sequentes. S. T. ac per hoc cōem peripateticorum doctrinam oppositam in hac re proferre sententiā Dicimus nāq; ꝙ illorum trium, quę in vlis nomine intelliguntur, vnum tantum quādoq; est extra animam s. res ipsa vna formaliter reliqs duobus opus intellectus consequentibus, quod & probatur simili mō arguēdo quo supra argutum est. Quicquid sequitur na- *In hoc eo. ca q. 5. circa fi.* turam ratione sui simpliciter prędicatur de indiuiduo illius naturæ, sed aptitudo ad essendum in pluribus per te sequitur naturam, puta humanitatē ratione sui. ergo aptitudo ad essendum in pluribus prædicatur simpliciter de indiuiduo humanæ naturæ: igitur ista erit vera. sor. est aptus natus esse in pluribus, quod est impossibile. Maior manifesta fuit supra ex eo ꝙ omnia, quæ comitantur naturam ratione sui, non separantur ab ea posita in indiuiduo, & cōsequenter prædicantur de eo, quia (esse in) fundat dici de. Præterea omnis aptitudo fluens ab aliqua *Secundo.* natura inuenitur in qualibet singulari natura inferiori ad illam: sed aptitudo ista s. ad essendū in pluribus, fluit ab aliqua natura, puta ab humanitate. ergo aptitudo ad essendum in pluribus inuenitur in qualibet natura humana. processus bonus, & conclusio falsa: ergo altera præmissarum. nō maior, quæ ex terminis patet. ergo minor, quæ est conclusio aduersariorum. Falsitas conclusionis probatur sic. illa aptitudo attribuenda nō est cuilibet humanitati, quę in qualibet humanitate impossibilis est reduci ad actum. patet ista, quia aliter ociose data esset talis aptitudo. Aptitudo enim est propter actum, sed aptitudo ad essendum in pluribus est hmōi s. ꝙ in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actum, quia impossibile est vt humanitas fortis actu sit i sorte & Platone, aut migret de sorte in Platonem. ergo aptitudo ad essendum in pluribus non est attribuenda cuilibet singulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnam esse extra animam. aptitudinem autem ad essendū in pluribus conuenire rei secundū esse quod habet in intellectu, quia conuenit ei sub solitudinis conditione positæ. Solitarie enim accepta natura apta nata est in multis (saltem sm rōnē) esse. Solitudo autem cum importet separationem naturę a ꝓprietatibus indiuidualibus non conuenit rei nisi in intellectu agente vel possibili obiectę. Et aduertas ad maio- *hoc eo. cap. q. 1. circa fi.* rem nostræ positiōis euidentiam ꝙ hic accidit similis defectus Scoto illi, qui positus est (supra.) Cum.n. aptitudo ad essendum in pluribus sit idem quod nō repugnantia ad essendum in pluribus arguit sic. Naturæ, puta humanitati, inquantū humanitas, non repugnat esse in pluribus ergo humanitati inquantum humanitas conuenit aptitudo seu non repugnantia ad essendum in pluribus, & cōsequēter humanitas est vlis absq; opere intellectus. Apparet autem manifeste peccatū in hoc processu cum ex negatiua infertur affirmatiua de prædicato infinito reduplicatione addita. Prima enim propositio quæ est negatiua veritatem habet. Secunda vero quæ affirmatiua est, est impossibilis, quod patet ex eo ꝙ humanitas inquantum humanitas abstrahit a repugnantia ad essendū in pluribus & non a repugnantia ad essendum in pluribus sicut abstrahit ab albo & non albo. Si enim humanitas vendicaret sibi inquantum humanitas nō repugnantiam ad essendum in pluribus, nullo pacto humanitati posset conuenire repugnantia ad essendum in pluribus, & sic nec per se nec per accidens posset repugnare humanitati esse in pluribus, quod est manifeste falsum. humanitati.n. sortis ratione adiunctæ heccheitatis repugnat eē in pluribus. cōsequētia tenet. quia oppositum eius quod conuenit alicui (sm ꝙ ipsum) nullo modo potest inueniri in illo vt habes ex. 1. Poste. Quāuis igitur naturæ & ra- *T. c. 18.* tione sui non repugnet esse in pluribus, non tamen vendicat sibi rōne sui non repugnantiam ad essendum in pluribus, & cum eam non vendicet sibi secundum esse qd' habet in singularibus, relinquitur ꝙ vendicabit eam sibi secundum esse quod in intellectu sortitur. Et quia ad hoc ꝙ aliquid sit vle in actu exigitur ꝙ vendicet sibi non repugnantiam ad essendum in pluribus, cum in diffinitione eius ponatur, quod enim ponitur in diffinitione per se competit diffinito: ideo res ratione sui non potest esse vlis in actu, sed quā primum est obiecta intellectui agenti vel possibili sit vlis in actu, quæ vlis erat in potentia.

In hoc eodẽ cap. Q͞uo autem fiat huiusmodi reductio potentiæ ad actum (iam dictũ est.) s. q̄ ab intellectu agẽte fit per productionem speciei intelligibilis, ab intellectu vero possibili per formationem conceptus. Quod si aliquis finxerit vl'e in actu constitui per negationem repugnantiæ ad essendũ in pluribus, & non exigere affirmationem nõ repugnantiæ aduertat se errare propter tria. Primo propter hoc q̄ in diffinitione vl'is affirmatiuæ cadit ipsa aptitudo, seu non repugnantia ad essendum in pluribus. Secundo, quia si ad vl'em sufficit negatio repugnantiæ ad essendum in pluribus, ad singulare quoq; sufficiet negatio repugnantiæ ad essendum in vno solo. Sicut enim vl'e se habet ad multa, ita singulare ad vnum tantum, & si sic est, tũc humanitas inquantum humanitas erit vniuersalis & singularis, de ea enim vt sic negatur vtraq; repugnantia. Tertio quia cum vl'e in actu distinguatur contra singulare, sicut singulari repugnat eẽ ĩ pluribus, ita vniuersali in vno tantum humanitati autem de qua negatur repugnantia ad essendum in pluribus non repugnat esse in vno tantum: ergo negatio talis repugnantiæ non sufficit ad constituendum vl'e in actu. Et potest hæc ratio formari cõtra principale sic. Vniuersali in actu repugnat eẽ in vno tantum: humanitati inquantum humanitas nõ repugnat eẽ in vno tantum, aliter non posset saluari in vnico tantum indiuiduo ergo humanitas vt sic non est vl'is in actu. Similiter dicas de quacunque alia natura. hæc de tertio.

Ad primũ Quo ad quartum respondendum est argumentis in oppositum. Et primi quidem negatur antecedens. Ad cuius probationem dicitur negando consequentiã. Nõ enim valet, res circũscripto actu intellectus, nõ est genus, ergo sibi repugnat eẽ gen⁹. stat n. q̄ abstrahat ab vtroq;, sic aũt est in proposito. natura. n. ipsa circunscripto actu intellectus abstrahit ab aptitudine ad essendum in pluribus & a repugnantia ad essendum in pluribus, vt ex dictis patet. *In q.* *Ad secũdũ* Ad secundũ dupliciter respondet & vtroq; modo bene. Primo negatur consequentia si sermo sit de intellectu agente, quia potentia actiua non præsupponit obiectum suum, sed facit illud. Si autem sermo sit de intellectu possibili, concessa cõsequentia prima, nõ sequitur, ergo vl'e in actu est extra animam, quia fit per actum intell's agentis. Scd'o dicitur, q̄ cũ vl'e in actu nominet duo .s. rem & aptitudinem &c. res ipsa est obiectum, aptitudo aũt est modus obiecti seu conditio, sine qua res non est obiecta. Sufficit aũt q̄ res ipsa, quæ est obiectũ præcedat actum intell's, & non oportet q̄ modus eius p̄cedat. Obiectũ. n. ait Arist. est prius actu, non modus obiecti. *2. diss. arti. tex. cõ. 33.* Vnde ad formam argumenti negetur cõsequentia, quia & si posterioritati antecedentis non obstet aptitudinem esse medium obiecti, obstat tamen illationi cõsequentis ex eo. prioritas n. modi non potest inferri ex posterioritate obiecti. *Ad tertiũ.* Per hoc idem respondetur ad tertium, q. s. res obiecta scientiæ reali est extra animam, non modus rei obiectæ, vl'e autem in actu nominat vtrũq; s. rem & modum, & ideo vl'e in actu non sequitur esse extra aĩam ex eo q̄ res, de qua est scientia, est extra. Ad formã argumenti dicitur, q̄ vera existente maiore committitur fallacia figuræ dictionis, mutatur enim res obiecta in modum rei, seu in rem cum modo. Sed contra istas responsiones instat Sco. ibi. Et primo contra primam sic. *Primo.* Quicquid est per intellectum agentem est prima intẽtio: ergo nullum vl'e est in genere substantiæ, & cõsequenter nulla est prædicatio in quid superiorum de inferioribus. *Secundo. 2. de. 3. q. 10 in quta via cõtra ad.* Præterea vl'e præcedit sensum, vt alias probatũ est. ergo præcedit intellectum agentem. Præterea intellectus agens & possibilis sunt vna potentia, alias quilibet homo haberet duos intellectus: sed vnius potentiæ est vnũ obiectum, quare si præcedit actum vnius præcedit actum alterius. *Tertio.* Præterea s'm hoc non esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. Dicetur forte q̄ non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum, sed similitudinem. Contra quia proximum fundamentum *T. c. 20.* similitudinis est vnum. 5. meta. sed non generans neq; genitum. ergo aliquid cõe vtriq;. Contra secundam vero responsionem arguit, quia nullo intellectu considerante non erit vl'e in actu, & ita scientia habitualis nõ esset obiecti vl'is in actu. Præterea obiectum inquãtum est prius actu non intelligitur sub hoc modo. ergo vel sub nullo vel sub opposito modo, sed nõ sub nullo. ergo &c. Præterea. aut ille modus est factus ab intellectu, aut nõ: si nõ habetur intentum, si sic ergo non est necessarius in obiecto, quia prius obiectum est intellectum sine illo modo causato per intellectionem obiecti.

Ad has instantias respondetur præsupponendo sæpe iam dictum, q̄ vl'e duo dicit, rem & aptitudinem seu vl'itatem. Vl'e pro re posita in p̄dicamento est prædicabile scibile obiectum intellectus, diffinibile & h'mõi. Vl'e autem pro aptitudine est modus seu conditio rei prædicamentalis prædicabilis scibilis diffinibilis &c. neq; intell's agens aut possibilis facit rem, sed modum tantum. *Ad primũ* Ad primam ergo conceditur q̄ vl'e, p̄ eo q̄ fit ab intellectu agente non est in prædicamento substantiæ, vlterior aũt consequentia nullam habet apparentiam. *Ad secũ.* Ad secundã negatur antecedens. visus n. & si sit coloris vl'r, vt habes a. S. T prima scdæ. q. 26. art. 6. non tamen est coloris vl'is. *prime. 2. q. 19. art. 6.*

Ad tertiũ. T. c. 17. Ad tertiam similiter negatur aña. necessarium, enim est vt dicitur. 3. de anima. textu com. 17. in anima nostra esse duos intellectus. s. agentem & possibilẽ, qui non possunt esse eadem potentia, cum potentia actiua & potentia passiua non sint eadem apud Arist. *Ad quartã* Ad quartam negatur cõsequentia & dicitur q̄ responsio illa ibi data est optima sane intellecta. Ad improbationẽ eius dr̄ q̄ similitudo fundatur supra res ipsas: puta duas albedines vel humanitates tanq; fundamentũ, & q̄ vnitas nõ est fundamentum similitudinalis, sed conditio fundamenti: fundatur. n. similitudo proprie, dicta supra duas res habentes illam conditionem. i. mutuam negationem distinctionis formalis, puta duas albedines, & hoc modo intelligẽdus est Aristo. 5. metaphy. *T. c. 20.* Et dato q̄ vnitas esset fundamentum, adhuc non sequeret̄ dari aliquid cõe vnum vtriq;: dicam enim q̄ similitudo non fundatur supra vnum, qđ est generans, neq; supra vnum quod est genitum, sed supra vnum quod sunt generans, & genitum. *Ibi. c. 2. q. 9* Iam autem declaratum est supra cõmitti fallaciã consequentis si sic procedatur, generãs & genitum sunt vnum formaliter, ergo habent aliquid cõmune vtriq;.

Ad primũ eorum, quæ cõtra secundã responsionem adducuntur dicitur q̄ præcise loquendo de intell'u possibili secatur vl'e quemadmodum scientia. ita q̄ scientia in actu est vl'is in actu, scientia in potentia est vl'is in potẽtia & scientia in habitu est vl'is in habitu, quod tunc accidit quando cum volumus ipsum in actu facimus. Egrediendo aũt ad intellectum agẽtem, dicitur q̄ nullo intellectu considerante dũmodo producta sit species intelligibilis, datur vl'e in actu, eo q̄ P'bo dormiẽte rosa, cuius species intelligibilis, in illius intellectu conseruatur denoĩatur repræsentata absq; hoc & nunc actu intelligibilis &c. Ad secundum dicitur q̄ obiectum vt prius actu nullum sibi vendicat modum, abstrahit enim ab omni esse & modo quidditas. Ad tertium dicitur q̄ modus ille fit ab intellectu agente, & cum infertur, ergo non est necessarium, negatur ɔ̃ñtia, quia potentia actiua non præsupponit conditionem sui obiecti sed facit. Dicit secundo, q̄ dato q̄ non fieret ab intellectu agente, fit ab intellectu possibili, & similiter negatur illa consequentia. Ad probationem dicitur q̄ falsum assumit. s. q̄ prius intellectus intelligit rẽ deinde facit eius modum: simul enim vtrũq; fit. intell's. n. formando conceptum rẽ absq; hoc & nũc apud se facit, neq; potest imaginari q̄ prius faciat rem, deinde absque & nunc. sicut sol. simul generat hominem hunc & non prius hominem: deinde hunc. *Ad quartũ principale.* Ad quartum negatur q̄ relatio mẽsuræ fundet̄ in aliquo vl'i: fundat̄. n. neq; in vl'i neq; in singulari, vt sic, sed in natura vna formaliter, quæ in singulari reperitur, & sic nõ est vnum numero, vt sic mensura aliorum, sed vnum formaliter. *Ad quintũ* Ad quintũ dicitur q̄ nihil aliud concludit nisi q̄ vl'e p̄ re est extra animam, sic enim accepto vl'i inest primo passio seu realis operatio. homo enim est cui primo conuenit ridere, non homo vl'is, alioquin risibile non inueniretur in homine non vl'i, puta sorte. *Ad sextũ* Ad sextum dr̄ similiter q̄ extrema contrarietatis sunt res ipsæ, non res particulares vt sic,

neq; vles, aliter res non vles. s. hæc albedo & hæc nigredo non essent contrariæ. *Ad septi.* Ad septimū dicitur, q͏̃ stāt ista duo simul, vle prædicatur de rebus, & vle fit ab intellectu, eo q͏̃ vle pro re est id quod prædicatur, & quo ad hoc non fit ab intellectu. vle autē pro aptitudine est conditio rei, quæ prædicatur, & talis fit ab intellectu, prædicatio enim non debetur rebus nisi habentibus conditionem aliquam intentionalem. Vnde et Arist 7. meta. tex. *T. c. 46.* com. 46. ait q͏̃ substantia non dicitur de subiecto, quia loquebatur de ea secundum suam naturā. In prædicamentis vero vbi de substātia inducta accidentia intentionalia loquebatur, dixit substantiam dici de subiecto. Ad id vero, quod ibi additur dicitur, q͏̃ omnia illa verificātur de vli pro re, sed exponenda est affirmatiua propositio negatiuæ. vt sit sensus, vniuersalia sunt vbiq; &c. i. naturæ ipsæ denominatæ vniuersales non terminant sibi locum neq; tempus. Similiter dicitur ad id, quod subiungitur, q͏̃ forma & materia pertinēt ad quantitatem vlis. i. rei physicæ, quę denominatur vniuersalis. Similiter vniuersaliū tātum est diffinitio. i. rerum, quæ denominatæ sunt vles. Similiter res denominatæ genera spēs & differentiæ sunt extra animam, conditiones aūt earum sunt per opus in- *Ad octauū* tellectus. Ad octauum dicitur, q͏̃ per ly singulare duo intelligere possumus: quandoque intelligitur ipsa singularitas, quandoque totum s. res singularis. primo modo accipiendo singulare conceditur consequentia, sed antecedens non est verum. secundo modo antecedens peripateticum est, sed consequentia nihil valet (supra enim iam diximus) in singulari multas vnitates existere & nō tan- *hoc c. q. 5.* tum numeralem.

Et quamuis hæc natura intellecta habeat rationem uniuersalis secundum q. comparatur ad res, quæ sunt extra animam, quia est una similitudo omnium: tamen secundum q. habet esse in hoc intellectu, uel in illo est species quædam intellecta particularis. & ideo patet defectus Commentatoris in tertio de ani- *Com. 5.* *ma, qui uoluit ex uniuersalitate formæ intellectæ unitatem intellectus concludere, quia non est uniuersalitas illius formæ secundum hoc esse quod habet in intellectu, sed secundum q. ad res refertur ut similitudo rerum. Sicut etiam si esset una statua corporea representans multos homines, constat q. illa imago uel species statuæ haberet esse singulare & proprium secundū q. esset in hac materia, sed haberet rationem communitatis secundum q. esset cōmune repræsentatiuum plurium.*

In hac secunda parte capituli huius Auer. errorem re- *Com 5. Quo Auer. vnitatē intellectus cōcludebat.* mouere intendit, qui in. 3. de aīa. com. 5. ex vlitate formę voluit declarare vnitatem intellectus hoc modo. quod est vle suam vlitatem retinēs est indistinctū numero: forma intellecta. i. natura sm esse in intellectu subiectiuæ est vlis suam vlitatem retinēs: ergo est indistincta numero: igitur subiectum eius, quod est intellectus possibilis, nō est distinctus numero, & sic vnus intellectus in omnibus hominibus concluditur. Maior videtur ex se nota. quia vlitati opponitur distinctio numeralis. Minor vero ex eo patet, q͏̃ species intelligibilis representat vle. Hæc ratio (& si altius principium exigat pro sui dissolutione & pro sui probatione) attamen quantum præsentis intētionis est ex dictis sic destruitur. Vniuersale est aliquod duplex. s. in essendo & in representando. vle in essendo esset si daretur natura hominis separata, vt idea Platonis, & de tali vli vera est maior, sed falsa minor. Vera quidē maior. quia tali vli cum sm esse vniuersalitatem sortiatur sm esse quoq; repugnabit distinctio numeralis. vnde impossibile est imaginari plures homines vniuersales. Falsa autem est minor, quia species intelligibilis non est vniuersalis in essendo, cum sit in singulari subiecto. s. intellectu possibili, qui indiuiduum quoddam est (licet imma- *hoc eo cap.* teriale.) Vniuersale vero in representando (vt dictū fuit) est quod rem vniuersalem representat, & de tali vniuersali falsa est maior, licet minor sit vera. & maioris quidē falsitas ex eo cognosci potest q͏̃ tale vle vniuersalitatem non habet secundum suum esse quo respicit subiectum, vnde vnitas vel pluralitas numeralis in accidentibus oritur, sed habet vniuersalitatem secundum repræsentationem, quæ respicit obiectum, vnde non representat obiecta distincta numero, sed vnum & idem obiectum omnino representant omnes species cuiusdam rei, puta spēs humanitatis in te & in me, sicut eadem sortis facies a pluribus per plures species, idem omnino representantes videtur Minoris autem sic intellectę veritas ex supradictis liquet: species enim intelligibilis representet naturam nō representando conditiones particulares eius vt dictum est. hæc est sententia literæ in hac parte.

Et quia naturæ humanæ secundum suam absolutam considerationem conuenit q. prædicetur de sorte, & ratio speciei nō conuenit sibi secundum suam absolutam, scilicet humanæ naturæ considerationem, sed est de accidentibus, quæ consequuntur eam secundum quoddam esse quod habet in intellectu: ideo nomen speciei non prædicatur de sorte. ut dicatur. sor. est species, quod de necessitate accideret, si ratio speciei conueniret homini secundum esse quod habet in sorte, uel secundum suam absolutam considerationem. s. inquantum est homo: quicquid enim conuenit homini inquantum est homo prædicatur de sorte.

In hac parte tertia capituli huius talem obiectionem ex supradictis excludere intendit, quia quod prædicatur de prædicato prædicatur & de subiecto: sed species prædicatur de homine quod est prædicatum respectu sortis ergo species prædicatur de sorte. & sic sortes erit species. conclusio est falsa maior vera ex Antepraedicamētis habetur. Huius obiectionis peccatum vnde oriatur ex supraposita distinctione eorum, quæ conueniunt naturæ, manifestat simul ex hoc insinuans q͏̃ conueniens tradita fuerit doctrina (cum ex ea difficultates accidentes dissoluitur.) Cū enim dictum sit, q͏̃ triplicia sunt quæ de natura prædicantur, quædam. s. absolute, & quædam sm esse in intellectu, & quædā sm esse in singulari: ea, quæ conueniunt naturæ sm esse in intellectu non conueniunt ei absolute, neq; sm esse in singulari, cū opposita sint. & ideo in prædicto processu error accidit, quia denominatio specifica homini secundum esse in intellectu cōuenit, & concluditur de homine sm esse in singulari dum, infert, ergo sortes est species. Vt autem ad formam argumenti dici possit innuit talem distinctionem. Prædicari de prædicato contingit dupliciter. Vno modo vt prædicato. i. secundum id quod illud prædicatur de altero, sicut animal prædicatur de prædicato sortis, scilicet homine. secundum id secundum quod homo prædicatur de sorte secundum idem. n. homo recipit p̄dicationem animalis, & prædicatur de sorte sm suam naturam, & hoc modo maior est vera, minor autem falsa Alio modo contingit prædicari de prædicato non vt prædicato. i non secundum illam rationem, quam illud prædicatum de suo subiecto prædicatur. sicut in proposito, species non prædicatur de homine inquātū homo est prędicatum sortis. i. non prędicatur de homine sm illud esse quo homo prædicatur de sorte, eo q͏̃ homo prædicatur de sorte sm suū esse quidditatiuum absolute, species autem prædicatur de homine non secundum eius esse quidditatiuum sed secundū esse quod in intellectu habet. & hoc modo maior est falsa, minor aūt vera semper. ergo altera præmissarū est falsa. Et hoc est quod in litera dicitur, q͏̃ ratio speciei non conuenit homini secundum suam absolutam consi- *In hoc cap. q. 5. s.* derationem, secundum quam conuenit sibi prædicari de sorte, quia sic oporteret etiam conuenire sorti (vt supra dictum fuit.) sed conuenit ei secundum esse in intellectu secundū quod esse prædicatur de sorte.

Et tamen prædicari conuenit generi per se, cum in eius diffinitione ponatur. Prædicatio enim est quoddam quod completur per actionem intellectus componentis, & diuidentis, habēs tamen fundamētum in re. ipsam unitatem eorum, quorum unū de altero dicitur. Vnde ratio prædicabilitatis potest claudi in ratione huius intentionis, quæ est genus, quæ similiter per actionem intellectus completur: nihilominus id, cui intellectus inten-

tionem prædicabilitatis attribuit, componens id cum altero nõ est ipsa intentio generis sed potius id, cui intellectus intentionẽ generis attribuit, sicut quod significatur hoc nomine animal. sic ergo patet qualiter essentia uel natura se habet ad rationẽ speciei, quia ratio speciei non est de illis, quæ cõueniunt ei secundum suam absolutam considerationem, neq; de accidentibus, quæ consequuntur ipsam secundum esse quod habet extra animam, ut albedo uel nigredo sed est de accidentibus, quæ consequuntur eam secundum esse quod habet in intellectu, & per hunc modum conuenit sibi ratio generis uel differentiæ.

In hac quarta parte capituli huius respondere intẽdit cuidam tacitæ obiectioni, quæ talis est. quod per se prædicatur de speciebus conuenit ipsis speciebus: sed (ly genus) per se prædicatur de speciebus, puta homine & boue: ergo ly genus conuenit ipsis speciebus, & sic homo erit genus & similiter bos. Maior est ex terminis nota. implicat enim ꝙ aliquid per se prædicetur de aliquo in quocunque modo perseitatis & non conueniat illi. Minor probatur sic illud, in cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebus: per se prædicatur de illis: sed (ly genus) est, in cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebus: ergo genus per se prædicatur de speciebus. Maior syllogismi huius patet ex eo, quod quælibet pars diffinitionis in recto in primo modo perseitatis conuenit diffinito Minor autem ex Porphyrio patet sic dicente genus est prædicabile de pluribus specie differentibus.

Cap. de genere.

Similiter omnino potest argui de specie respectu indiuidui cum etiam in diffinitione speciei ponatur prędicari de Indiuiduis, & sic uidetur ꝙ male dictum sit, fortẽ nõ esse speciem Huius obiectionis in litera mutiuum tãtum tangitur cum dicitur, & tamen prædicari per se cõuenit generi, cum in eius diffinitione ponatur. Responsio autẽ in residuo ponitur, in quo ad plenam materiæ huius discussionem duas distinctiones innuit. Prima est. prædicari dupliciter capitur. s. formaliter & fundamentaliter seu materialiter. Secunda est. genus dupliciter accipitur. s. formaliter & fundamentaliter seu materialiter. Et debes scire, vt terminos intelligas, ꝙ in hac propositione, homo est animal, sunt tria s. ly homo, ly est, & ly animal. quæ extra animam nihil aliud sunt quam natura humana importata per ly homo, & natura sensitiua importata per ly animal, & vnitas seu coniunctio earum inter se importata per ly est. hæc enim tria intellectus apprehendens in secunda sua operatione format hanc propositionem, homo est animal, qua formata reflectendo se super illa tria vt terminant actum sui componentis adinuenit & attribuit eis quasdam relationes, & (ly homo) attribuit relationem subiecti, & (ly animal) relationem prædicati, & (ly est) relationem prædicationis. Vnde prædicatio formaliter est illa relatio adinuenta ab intellectu, fundamentaliter vero seu materialiter est coniunctio rei prædicatæ cum re subiecta. Similiter cum intellectus apprehendit naturam sensitiuam et reflexerit se super illam vt stat sub actu eius, uideri ꝙ eam vt sic indifferenter se habere ad species, in quibus primo inspexerat, naturam illam saluari, attribuit naturę sensitiuę seu animali obiecto relationem generis, & sic genus formaliter est illa relatio, genus autem fundamentaliter seu materialiter est natura ipsa, puta natura sensitiua, & sic patent termini distinctionũ.

Ex his tria deducuntur. Primum est, ꝙ cum genus fundamentaliter, puta animal nõ includat in diffinitione sua prædicationem fundamentalẽ, quia in diffinitione animalis non ponitur coniunctio eius cum homine vel boue, neq; prædicationẽ formalẽ, quia in diffinitione rei nõ ponitur res secundæ intẽtionis. consequens est ꝙ genus formaliter sumatur quando diffinitur a Porphyrio. Secundum est, ꝙ cum in diffinitione generis formaliter nõ cadat prædicatio fundamentalis de specie. puta homine, quia relatio generica non est coniuncta realiter rei, quæ denominatur species, consequens est ꝙ prædicari de pluribus positum in diffinitione generis sit accipiẽdum formaliter. s. pro relatione prædicationis. vna enim relatio põt cadere in diffõne alterius, ita vt cõceptus relationis, q̃ est p̃dicatio de pluribus &c. cadat in concepta relationis, quæ est genus. Et hinc habes qua conformiter. S. Tho. dicant asserentes genus & speciem diffiniri pro secundis intentionibus in concreto.

cap. de genere.

Tertium deducendum est, ꝙ aliquid dicitur prædicari de specie dupliciter. Vno modo vt res denominata prędicabilis de speciebus, & sic animal prædicatur de homine & boue. Alio modo vt id, quo res denominatur prædicabilis de speciebus, & sic genus in cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebus prædicatur de ipsius speciebus Sicut aliquid dicitur disgregatiuum visus dupliciter. Vno modo vt res denominata disgregatiua visus. hoc enim modo nix dicitur disgregatiua visus. Alio modo vt id, quo res denominatur disgregatiua visus, quemadmodum albedo dicitur disgregatiua visus, cum in diffinitione eius ponat̃ disgregare visum Et sicut stant ista duo simul. s. ꝙ res diffinita per disgregare visum est albedo & non nix, res autem denominata disgregatiua visus est nix & non albedo, ita pręcise in proposito stant ista duo simul. s. ꝙ res diffinita per prædicari de speciebus est relatio generica, res autem denominata prædicabilis de speciebus est natura, quæ subest illi relationi, puta animal: ita ꝙ res diffinita per prædicari &c. est genus formaliter non materialiter, res autem denominata prædicabilis est genus materialiter, non formaliter. Vnde in litera dicitur ꝙ ratio prædicabilitatis clauditur in hac intentione, quæ est genus, id tamen, cui intellectus intẽtionem prædicabilitatis attribuit, non est ipsa intentio generis, sed res: cui etiam ipsa intentio generis attribuitur. Ex quibus patet responsio ad obiectionem, quia loquendo de eo, quod per se prædicatur de speciebus vt res denominata prædicari, vera est maior, sed falsa minor. loquendo autem de eo quod per se prædicatur vt ratio denominandi falsa est maior, licet minor sit vera. Vnde cum semper altera præmissarum sit falsa nihil concluditur Hac distinctione nunc assignata in terminis simplicibus sic vti poteris. prædicabile de speciebus dupliciter, formaliter & denominatiuæ: quod prædicatur de homine & boue denominatiuę est animal, quod autem prædicatur formaliter de homine & boue est genus. de prędicabili denominatiuæ falsa est minor, de prędicabili formaliter falsa est maior. Hæc dicta cum applicaueris ad speciem respectu indiuiduorum, ad differentiam, proprium, & accidens et reliqua huiusmodi solues multas obiectiones, & illucescet tibi veritas multarũ propositionum, quæ obscure apparent. residuum capituli est epilogus. per se patent &c. Cap. V.

De hac via de cõ huius doct. super Por. in ca. de gñe in principio.

Nota hac p intellectu scd'arũ intentionũ.

De Essentiis substantiarum simplicium.

Essentia simplicium immateriales sunt.

Nunc restat uidere secundum quem modum essentia sit in substantiis separatis. s. in anima, intelligentiis, & causa prima. Quãuis autem causæ primæ simplicitatem omnes philosophi concedant, tamen compositionem materiæ & formæ in intelligentiis & animabus quidam nitũtur ponere: cuius positionis fuisse dicitur Auicebron auctor libri fontis uitæ. Hoc autem dictis philosophorum reperitur esse cõtrarium, quia eas substantias a materia separatas nominant, & absque omni materia esse probant. cuius demonstratio potissima est ex uirtute intelligendi, quæ in eis est. Videmus enim formas non esse intelligibiles in actu nisi secundum ꝙ separantur a materia & a conditionibus eius, nec efficiuntur intelligibiles in actu nisi per uirtutem substantiæ intelligentis secundum ꝙ recipiuntur in ea, & secundum ꝙ aguntur per eam: unde oportet ꝙ in qualibet substantia intelligente sit omnimoda immunitas a materia, ita quod nec habeat materiam partem sui. neque etiam sit sicut forma impressa materiæ ut est de formis materialibus.

Hic incipit tractatus secundus huius operis intendens in duobus capitulis tradere notitiam de essentiis substantiarum simplicium, quẽadmodum tradita est de essentiis substãtiarum cõpositarum. Facit aũt sex in præsenti cap. Primo declarat ꝙ essentia in simplicibus non significat

cōpositum quid ex materia & forma, sed formā tātum. scdo cōparat illas essentias essentiis substantiarū cōpositarū. tertio ostendit tales substantias esse compositas ex esse & essentia. quarto declarat intelligentias habere esse effectiue a deo. quinto ostendit eas esse cōpositas ex actu & potentia. sexto de multitudine earū agit. Præmissa igitur primo concordi sententia pħorum de simplicitate omnimoda primæ causæ, & quibusdam dissentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis, contra hos talem conclusionem ponit. Omnis substantia intellectualis est immaterialis. i. incōposita ex materia & forma & independens a materia. quam sic probat. omne patiens vel agens vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu est immateriale: omnis substantia intellectualis est patiens vel agens, vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu: ergo omnis substantia intellectualis est immaterialis: Maior quo ad tres sui partes ex eodem medio probatur. s. ex hoc q intelligibile in actu oportet esse T.c.11. immateriale. 3. de anima tex com. 11. &. 15. agēs autem T.c.15. rem immaterialem oportet esse immateriale, eo q agens non potest esse ignobilius suo effectu, vt dicitur. 3. de aīa T.c.5. tex. com. 18. & tex. com. 40. recipere quoque immateriale non potest res immaterialis, vt patet. 3. de anima cōmento. 5. vnumquodque recipitur per modum recipientis, & per idem innotescit q habere non potest res immaterialis immateriale cognoscibile in seipsa. Minor autē ab omnibus conceditur. Frustra. n. esset substantia intellectualis nisi aliquid intelligere cū vnumquodque sit propter suā operationem, vt dicitur Secundo Cœli tex. commen. 17. T.c.17.

Nec potest dicere aliquis, q intelligibilitatem non impediat materia quælibet, sed materia corporalis tantum. Si enim hoc esset ratione materiæ corporalis tantum, cum materia non dicatur corporalis nisi secundum q stat sub forma corporea, tunc oporteret q hoc haberet materia a forma corporalis. s. impedire intelligibilitatem. Et hoc non potest esse, quia & ipsa forma corporalis actu intelligibilis est, sicut & aliæ formæ secundum q a materia abstrahuntur. Vnde in anima intellectiua & intelligentia nullo modo est compositio ex materia & forma, ut hoc modo accipiatur materia in eis, sicut in substantiis corporalibus, sed est ibi compositio formæ & esse. Vnde in commento nonæ propositionis libri de causis dicitur q intelligentia est habens formam & esse, et accipitur ibi forma pro ipsa quidditate uel essentia simplici.

Quia posset aliquis credere rationem factam recipere responsionē, ideo intendit hic excludere responsionem, quæ posset imaginari sufficiens. Ad hoc posset aliquis distinguere de materia corporali & materia simpliciter: & dicere q maior est vera de materia corporali, non aūt de materia simpliciter, & consequenter concedere q omnis subā intellectualis est immunis a materia corporali, non aūt a materia, quia non materia, sed materia corporalis impedit intelligibilitatem in actu. Contra hanc fugā instatur ratione ducente ad impōle. sic. Materia corporalis impedit intelligibilitatem per te, ergo forma corporalis est id, vnde materia habet q impediat intelligibilitatem, hoc est impossibile, ergo a destructione cōsequentis &c. cōsequentia est nota ex terminis. Cum. n. materia corporalis duo dicat. s. ly materia, & ly corporalis, & ex ly materia sm aduersariū non impeditur intelligibilitas in actu restat q hoc īpedimentū sit ex ly corpalis sed ly corpalis nihil addit supra mām nisi formā corpea. ergo ex forma corporali seu corporea oritur q materia impediat intelligibilitatem in actu. falsitas aūt consequētis probatur sic. Omnis forma non concepta cū materia est actu intelligibilis, patet ista ex tertio de anima tex. cō. 11. T.c.11. Forma corporea est forma sm se nō concepta cum materia, accipitē enim distincta contra mām. ergo forma corporea sm se est actu intelligibilis. Tunc vltra, nihil sm se actu intelligibile ex se impedimentum præstat intelligibilitati: forma corporea est hmōi: ergo forma corporalis non est id vnde materia impedimentum intelligibilitatis sumat qđ erat probandum. Est igitur tam aīa intellectiua q intelligentia quælibet non cōposita ex materia & forma. Si accipiamus cōpositionem ex materia & forma vniuoce, prout. s. materia & forma noīant partes essentiales rei, quēadmodum dictum est subās aliquas esse compositas (in præcedentibus) sed est in eis aliud genus cōpositionis . s. ex forma & esse, de quo infra erit sermo, & sic habetur prima pars intenti. s. q essentia in substantiis intellectualibus non significat compositum quid ex materia & forma. Remanet ergo modo declarandū, quomodo significet formam tantum, propterea subiungit.

in ca. 23. hoc eo cap. Dubitatio sequenti. prim. q. 10

Et quomodo hoc sit planum est uidere. Quæcunque enim ita se habent adinuicem q unum est causa esse alterius, illud quod habet rationem causæ potest habere esse sine altero, sed non conuertitur. Talis autem inuenitur habitudo materiæ & formæ, q forma dat esse materiæ, & ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma: tamen non est impossibile esse aliquam formam sine materia: forma enim non habet in eo q forma dependentiam ad materiam, sed si inueniantur aliquæ formæ, quæ non possunt esse nisi in materia, hic accidit eis secundum q sunt distantes a primo principio, quod est actus primus & purus. Vnde illæ formæ, quæ sunt propinquissimæ primo principio, sunt formæ per se sine materia subsistentes: non enim forma secundum totum genus suum, materia indiget, ut dictum est. & huiusmodi formæ sunt intelligentiæ, & ideo non oportet ut essentiæ uel quidditates harum substantiarum sint aliud quàm ipsa forma.

Essētia simplicium sunt forma tā.

Intendens in his verbis declarare quomodo essentia in substantiis simplicibus significet formam tantum tali ratione hoc probat. Quæcunque ita se habent q vnum est causa esse alterius, & nō econuerso, illud quod habet rationem causæ, potest esse sine altero: sed forma & materia ita se habent q forma causat esse materiæ & nō econuerso: ergo forma potest esse sine materia, & materia nō sine forma. Tunc vltra essentia intelligentiarum non est composita ex materia & forma, & non potest esse materia tātum. ergo est forma tantum. Et nota. q maior propositio potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, q id, quod est causa alterius &c. idem numero possit esse sine altero, & sic nō assumitur a nobis, quia est falsa & extra propositū. Falsa quidem, quia subm causat esse propriæ passionis & non econtra, & tamen subm non pōt esse sine propria passione. Extra propositum vero, quia noluimus concludere q forma, quæ est in materia, sit sine materia, sed q aliqua forma non exigit materiā. Alio mō intelligitur maior sic, q id quod habet rationem causæ sm suum ordinem potest esse sine altero. i. sm aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero, & sic est vera. & ad propositum. Vera quidē, quia causa cū independens sit a causato, consequens est vt aliquod pertinens ad suum ordinem possit habere esse extra causatū. Ad propositū vero, quia intendimus concludere q forma sm suum genus non dependet a materia, ita q aliqua forma pōt inueniri separata. Vnde & in minori notanter non assumitur forma materialis, seu habens esse in materia, sed forma sine additione aliqua ad insinuandum q loquimur de forma vt forma est, non vt talis vel talis. Patet autē minor illa ex 9. Metaphysi. tex. com. 13. &. 15. vbi habetē q actus est prior potentia simpliciter & independens ab ea. T. 13. & 15. Ex eo enim q forma essentialiter est actus, materia autē essentialiter potentia, si actus sm totam suam latitudinē non dependet a potentia, cōsequens est q forma sm totum suum ordinem non dependeat a materia. Materiam autem cum essentialiter sit potentia, necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur. & sic patet minor, quia a forma absolute in eo q forma dependet materia in suo esse, sicut potentia ab actu. & non ecōuerso. Quod vero alicui actui conueniat, q non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione, & non habet hoc in eo q actus. & similiter, q aliquæ formæ non sint nisi in materia, hoc habēt ex sua imperfectione, quæ attenditur penes distantiam a primo

principio deo glorioso, & propinquitatē ad primā materiam. vnde tales formæ non solum causant esse materię sed & ipsæ causatæ sunt quodāmodo a materia. Causæ enim sunt sibinuicem causæ, vt dicitur. 2. phy. tex. com. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immaterialis & forma tantum. *T. c. 30.*

Quæstio. VIII.

An materia posit esse sine forma.

Circa hanc partem occurrit quæstio, & hæc est octaua. an materia posit esse sine forma. In hac quæstione tria facienda sunt. primo ponetur Scoti opinio. secundo ponetur opinio. S. T. tertio respondebitur rationibus in oppositum.

Sco. 2. d. 12 q. 2. Quo ad primū Scotus in secūdo sententiarū dis. 12. q. 2. opinatur posse materiam esse sine forma. Arguitq; ad hoc probandum multipliciter. Primo sic. non minus dependet accidens a substantia q̃ materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia, vt patet in sacramento altaris: ergo materia potest esse sine forma. *Secundo* Præterea absolutum distinctum & prius alio absoluto potest esse sine illo absq; contradictione: materia respectu formæ est huiusmodi. ergo potest esse sine forma. minor est euidens. maior probatur quia prius in eo ꝙ prius non dependet a posteriori & accipitur hic ex. 5. metaphy. tex. com. 16. *T. c. 16.* priora sunt quæ possunt esse sine alijs, alia non sine ipsis.

Tertio Præterea quicquid absolutum facit Deus in creaturis mediante causa secunda, quæ non est de essentia causati, potest facere sine illa: sed materiam Deus facit mediante forma, quæ non est de essentia eius: ergo potest facere sine illa. *Quarto* Præterea quicquid deus immediate creat immediate conseruat vel conseruare potest: sed materiam deus immediate creat: ergo immediate cōseruare potest. ergo sine omni forma. *Quinto.* Præterea cum nihil Deus extra se necessario velit ex hoc ꝙ vult materiam esse non est necesse ꝙ velit materiam esse nisi propter necessariam connexionem vtriusque: sed inter materiam & formā non est talis necessaria connexio: ergo &c. Quod aūt non sit talis necessaria connexio inter materiam & formam probatur, quia tunc sequeretur ꝙ materia determinaret sibi necessario aliquam determinatam formā. probatio cōsequentiæ. quod determinat sibi genus formæ determinat sibi aliquam speciem in genere illo, & quod determinat sibi speciem determinat sibi esse in aliquo indiuiduo illius speciei. omne enim quod de necessitate est homo necessario est hic vel ille homo. consequens autem est falsum. mā. n. nullam sibi determinat formam, ergo relinquitur ꝙ materia nō determinat sibi genus formæ ad hoc ꝙ sit. Cōfirmatur. quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad id genus absolutum: sed materia contingenter se habet ad quālibet formam: ergo materia contingenter se habet ad genus formæ. Probatur adhuc, ꝙ si materia sibi determinat de necessitate genus formæ, ꝙ etiam de necessitate determinat sibi vnum indiuiduum solū illius generis, quia vnū essentiale & vnum singulare est impole dependere a pluribus essentialiter eiusdem generis: materia autem est vna essentialis & singularis: ergo impole est ꝙ dependeat a pluribus formis eiusdem generis, & sic si necessario determinat sibi genus formę necessario quoque determinabit sibi aliquam vnam formam, quod falsum est. hæc de primo.

1 q. 66. ar. 1. & q. de po. q. 4. art. 1. quol. q. 3. Quo ad secūdm. S. T. in prima par. q. 66. art. 1. & in qōnibus de potentia dei. q. 4. art. 1. & in quoli. q. 3. ar. 1. confirmat id qđ hic dicit. s. materiam non posse esse sine forma duabus rationibus. Prima est ducens ad impossibile sic. si materia existeret absq; omni forma: materia simul esset & non esset: hoc implicat contradictionē: ergo. probatur consequentia quo ad secundam partem, quia quo ad primam ab aduersarijs conceditur. Impossibile est effectum formalem separari a forma: sed existere est effectus formalis formæ sic enim diffinit: forma est quæ dat esse rei. ergo impossibile est ponere existentia sine forma. sicut enim impole est esse album sine albedine, ita esse in actu sine actu, actus autem primus cuius est dare esse idē est quod forma. Ex illa ergo propositione, materia existit absq; omni forma, sequuntur duo contradictoria simul vera, ex eo. n. ꝙ materia existit seqtur ꝙ sit in actu, ex eo autem ꝙ est absq; omni forma, sequitur ꝙ non sit in actu Huic rationi dat Scot. quandam responsionem: quæ, quia nō nisi chimerica, & tanq̄ indigna, de qua verba fiant, omittatur. quolibet. n. proferente cōtraria solicitum esse stultū est ait Arist. a quo didicimus in lib. 9. metaphysi. quid sit actus & quotuplex. *9 mp. te. 9 T. c. 21.* Secunda rō. S. T. ad hoc idem est ista, omne indiuiduū determinatum ad genus cōpletum vel incompletum in rerū natura p se existens est in aliqua certa specie per se vel reductiue: materia sola neq; per se neq; reductiue est in aliqua certa specie: ergo materia sola non potest esse indiuiduum quodcunq; in rerum natura. Minor est ex se clara. nō enim facile esset fingere in qua determinata specie esset materia sola. Maior probatur ex eo ꝙ indiuiduum omne tam completum q̃ incompletum, si per se existit in rerū natura separatum (quod dico ꝓpter indiuiduum generis, vt hæc substantia, hoc animal &c.) non continetur sub genere per se vel reductiue immediate, sed mediāte specie. inter genera enim & indiuidua mediat species, & inter principia generis & principia indiuidui mediāte principia speciei pariformiter. Insuper hæc maior potest probari ad hominem assumendo dicta Scot. 5. arguit ibi enim ipse expresse assumit ꝙ quicquid determinat sibi genus aliquod determinat sibi aliquam certam speciem illius generis. Et potes etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem & probare oppositum intenti sui sic. Quicquid determinat aliquod genus determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantiæ: ergo determinat sibi aliquam certam speciē substantiæ, saltē reductiuæ. ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantiæ. hoc est falsum, minor est omnium & processus bonus, ergo &c. Hanc veritatem approbat Aristo. (vt ipse Sco cōfitetur) loco allegato Sed quia dicit ex falso fundamento Arist. hanc conclusionē tenuisse. s. ex hoc ꝙ Deus non potest agere sine causis secundis, ostendo in hoc Sco. errare ex dictis Commen. secundo enim physi. commen. 12. Auer. ex eodem præcise fundamento, quod. S. T. adduxit in prima ratione tenet istam conclusionem. *2. d. 3 q. 2.* vbi nullam fieri mentionem de connexione causalitatis primæ causæ apparet, sed tantū de actu & potentia, ita ꝙ ex natura actus, & natura primæ materiæ, quæ est pura potentia, cōcludit Auerrois ꝙ duo contradictoria essent simul vera, vt deductum est &c. Auicen. quoq; in. 2. metaphy. suæ. ca. 3. tenet cōclusionem Scoti esse impossibilem, & tamen posuit expresse materiam esse creatam. *Com. 12. 1. phy c 63 & 70.* Vnde hæc tanquam destructiua metaphysicalium principiorum vitanda, est hæc de secundo.

Ad primū Quo ad tertium respondeo. Ad primum negatur antecedens plus enim dependet potentia pura ab actu quā actus imperfectus ab actu perfecto. Sed contra hoc instat Anto. trombeta sic. magis depēdet posterius a priori q̃ prius a posteriori: sed accidens est posterius substantia, materia autem est prior forma: ergo magis dependet accidens a subiecto q̃ materia a forma. Forte dicetur (ait) ꝙ materia non est prior, sed posterior forma Contra, nam licet materia sit posterior forma ordine ꝑfectionis, est tamen prior ordine generationis, & consequēter prior simpliciter. vt arguatur sic, quandocunq; sunt aliq duo ordines, quorū vnus simpliciter est prior altero, quicquid est in ordine prior est simpliciter prius quocunque existente in ordine posteriore, sed ordo originis & ordo perfectionis ita se habent ꝙ ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis (& hoc in natura limitata.) ergo quicquid est prius origine est prius simpliciter quocunq; priore ordine perfectionis: sed ita est ꝙ materia est prior origine forma, licet forma sit prior perfectione, ergo materia est simpliciter prior forma. processus bonus, & maior ꝓbatur, ꝙ. s. ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis. nam priora generatione sunt posteriora perfectione. natura enim semper procedit de imperfecto ad perfectum, ergo quicquid est imperfectius est simpliciter prius quocūq; perfectiori: sed materia pr

ma est imperfectior forma: ergo materia prima est simpliciter prior forma. Tunc vltra. est simpliciter prior forma. & omne prius in suo priori potest esse sine posteriori, ergo &c. Ad hæc respondetur triplici responsione, ad insinuandum argumenti multiplicem defectum. Primo dicitur ꝙ forma licet sit posterior materia ordine generationis: est tamen prior etiam ordine generationis materia existente. Magni enim refert dicere materiam & materiam existentem, sicut superficies est prior albedine, albedo tamen est prior superficie habente esse album. vnde in proposito cum sermo sit de materia existente, s.n. poneretur materia sola in rerum natura, oporteret ipsam existere. patet falsum assumi. Secundo dicitur, ꝙ aliud falsum ibi assumitur. s. ꝙ ordo generationis sit simpliciter prior ordine perfectionis stando infra limites naturæ finitæ. cum enim actus sit prior potentia simpliciter: tam si ponatur

T.c.15. T.c.30. Deus finitus q̃ infinitus, vt patet ex. 9. metaphysi. textu com. 15. & 12. tex. com. 30. & prioritas actus sit prioritas perfectionis, consequens est ꝙ secundum Aristo. & veritatem ordo perfectionis sit simpliciter prior ordine generationis. Amplius id quod est prius natura ratione & tempore est simpliciter prius, ordo perfectionis prior natura ratione & tempore ordine imperfectionis, qualis est ordo generationis qui se tenet ex parte causæ materialis: ordo igitur perfectionis est prior simpliciter. media quoque propositio est Arist.

T.c.75 8. physicorum tex. commenti. 75. vbi expresse loquitur in natura finita ad probandum. s. motum circularem esse primum. Vnde ad probationem, concessa ꝙ priora generatione sunt imperfectiora & ꝙ natura procedit de imperfecto ad perfectum negatur consequentia, ergo ordo generationis est simpliciter prior: licet enim agens natura se prius attingat imperfectum q̃ perfectum, oportet tamen prius agens in se perfectum esse, vt dicitur in. 12. me-

T.c.40. taphysi. tex. com. 40. Hic aduerte tu, ꝙ oportet menda-

q.2. vide cem esse memorem in quæstione de primo cognito. Anto. Trombeta quas impugnat propositiones has nunc assumit &c. Tertio dicitur ꝙ dato toto processu vltima consequentia nihil valet. falsum est enim ꝙ omne prius possit secundum rem absolui a posteriori quolibet (vt ad secundum dicetur.) Sed contra primam responsionem quæ ponit materiam non habere propriam existentiam sed eam mendicare a forma instatur sic. Cuicunque conuenit actu causare pro aliquo signo conuenit & existere pro eodem signo: sed materiæ primæ in primo signo, quo recipit formam, conuenit causare: ergo pro tunc sibi conuenit existere, sed pro illo signo non habet existentiam formæ, ergo propriam. Et confirmatur. quia materia aut causat compositum & recipit formam quando existit, aut quando non existit. non quando non existit. ergo quando existit. ergo pro tunc conuenit sibi propria existentia quia existentia formæ sequitur totum compositum. Et confirmatur secundo, quia causa non mendicat a suo effectu: materia autem causat existentiam compositi et formæ: ergo non mendicat existentiam ab eis &c. Ad hæc dicitur, ꝙ sufficit causæ pro quolibet instanti temporis quo actu causat habere existentiam, nec apparet necessarium ꝙ pro quolibet signo naturæ insit existentia sibi quo inest causalitas. ordo enim naturæ talis est in eodem instanti temporis, q. s. materia recipit formam, ex quibus resultat compositum, cui iam esse actualis existentiæ aduenit, quo ipsum compositum primo, forma secundo, & materia tertio existunt. Ad formam autem primæ instantiæ negatur maior. Ad primam confirmationem dicitur, ꝙ materia causat quando existit, quia pro omni instanti quo causat existit (quando) enim est terminus temporalis. Ad secundam confirmationem dicitur, ꝙ licet causa vt causa non mendicet a suo effectu, tamen causa materialis mendicat a suo effectu, qui est eius causa in altero genere causæ, eo ꝙ causæ sunt sibiinuicem causæ,

T.c.2 Quinto Metaphysicæ. tex. commenti secundi. Oportet

distin. 3. q.3. autem has responsiones a Scotistis admitti, quia cum Sco. ponat secundo sententiarum. dist. 3. q. 3. existentiam esse vltimum actum posteriorem tota coordinatione prædicamentali, licet non distinctum realiter a re, cuius est, oportet essentiam materiæ ex natura rei habere habitudinem ad suam existentiam, vt potentiam ad actum. Et tunc potest argui sic, essentia materiæ vt distincta contra suam existentiam causat ex natura rei in genere causæ materialis suam existentiam recipiendo eam: ergo sibi pro illo signo conuenit existentia, & sic habet existentiam antequam recipiat eam, similiter stando in illo signo, aut essentia materiæ recipit ex natura rei suam existentiam quando est, aut quando non est &c. Ad secundum principale nega- Ad secu.
tur maior. Ad eius probationem dicitur, ꝙ non sola dependentia, sed necessaria connexio aliquorum potest esse causa inseparabilitatis eorum. Ad id, quod adducitur ex

5. Metaphysi. dicitur ꝙ vniuersalis affirmatiua non conuertitur simpliciter. ista enim est vera, quæcunque possunt esse sine alijs & alia non sine ipsis sunt priora, sed non conuertitur, quæcunque sunt priora possunt esse alijs, & alijs, & alia sine ipsis. T.c.16.

Et nota, ꝙ maxima illa scotica, omne prius absolutum &c. non potest saluari (etiam sequendo viam Sco.) quod pro nunc ex duobus manifestatur. Primo ex eo ꝙ partes essentiales simul sumptæ sunt priores toto, & tamen apud Sco. non possunt esse sine toto. Secundo ex eo ꝙ prædicamentum quantitatis est absolutum prius prædicamento qualitatis, præsertim quo ad quartam speciem eius, & tamen non potest fieri quantitas continua sine figura. Si enim quantitas sine figura fieri dicatur, aut finita, aut infinita: non infinita, quia illa non dabilis, & si forte imaginetur dari, adhuc cum oporteat esse lineatam aut ergo linea recta, aut curua, & sic esset figura. si finita, ergo figurata: figura enim est quæ termino vel terminis clauditur, & similiter aut habet lineas rectas, aut curuas, aut circulares &c. *Quo illa maxima intelligatur vt absolute prius possit esse sine suo posteriori.*

Ad tertium quicquid sit de maiori, negatur minor, forma enim & si non sit de essentia materiæ, est tamen de essentia materiæ existentis. *Ad tertium.* Ad quartum dicitur, ꝙ cum medium sit duplex, effectiuum & formale, quicquid immediate deus causat effectiuæ potest absque media causa effectiua conseruare, non autem absque media causa formali, quale medium est forma respectu materiæ. *Ad quartum.* Ad quintum negatur ꝙ inter materiam & formam non sit necessarium connexio. *Ad quintum.* Ad cuius probationem negatur consequentia, cuius probationis falsa est maior. per id autem, quod additur. s. secundum ꝙ necessario est homo, necessario est hic vel ille homo nihil aliud habetur, nisi ꝙ quia materia necessario determinat sibi genus formæ, ideo materia non potest esse sine hac vel illa forma, quod est intentum nostrum. Non enim valet consequentia. a. necessario est homo, ergo. a. necessario est hic vel ille determinate, sed vage. & sic conceditur, materia necessario determinat sibi formam, ergo necessario determinat sibi hanc vel illam formam non determinate, sed vage. Ad confirmationem cum dicitur quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad genus ipsum: eodem modo respondetur distinguendo contingenter se habere ad quodlibet determinate vel vage primo enim modo falsa est maior, secundo vero falsa est minor: materia enim non contingenter, sed necessario se habet ad quamlibet formam indeterminate & vage. Ad aliam probationem dicitur, ꝙ vnum essentialiter vnum & singulare negatiue sicut est materia prima potest essentialiter dependere in esse a pluribus eiusdem generis indeterminate & vage secundum ꝙ illa plura habent vnam rationem communem, sicut in proposito omnes formæ conueniunt in hoc q. dant esse actuale. Reflecte hoc argumentum contra Scotum de quantitate & figura, & forte persuadebis sibi infirmitatem eius, quantitas enim continua determinat sibi genus figuræ, nullam tamen sibi figuram vendicat. Hæc de quarto.

In hoc ergo differt essentia substantiæ compositæ & substantiæ simplicis, q. essentia substantiæ compositæ non tantum formam, nec tantum materiam, sed complectitur formam & materiam. essentia uero substantiæ simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur duæ aliæ differentiæ: & una est, q. essentia substantiæ compositæ potest significari ut totum uel ut pars, quod accidit propter materiæ designationem, ut dictum est. & ideo

non quomodolibet prædicatur essentia rei compositæ de ipsa re composita non enim potest dici q homo sit quidditas sua. Sed essentia rei simplicis, quæ est sua forma, non potest significari nisi ut totum, cum nihil sit ibi præter formam, quasi formam recipiens, & ideo quocunque modo sumatur essentia substantiæ simplicis de ea prædicatur. Vnde Auicen. dicit q quidditas substantiæ simplicis est ipsummet simplex, quia non est aliquod recipiens ipsam.

5. me. c. 5.

In hac secunda parte capituli comparat essentias substantiarum simplicium essentijs substantiarum compositarum, triplicem differentiam inter eas assignando. Prima differentia est, q essentia substantiæ simplicis significat formam tantum, essentia autem substantiæ compositæ significat cōpositum quid ex materia & forma. vtraque pars differentiæ patet ex supradictis. Secunda differentia est, q essentia substantiæ compositæ potest significari vt totum & pars, non autem essentia substantiæ simplicis. Vnde oritur q quia prædicatum nō debet habere rationem partis, q essentia substantiæ compositæ quandoq; prædicatur de ea, & quandoque non. cum. s. significatur vt pars. Essentia autem substantiæ simplicis, quia vt pars denotabilis non est, semper prædicatur de eo cuius est.

Essentia substantia cōposita ab essentia simplici distinguitur 3 hec, q simplex non significatur vt totū & pars sicut cōposita.

Ad euidentiam huius differentiæ notandum, quia primo aspectu apparet falsa ex eo q ex se patet, q in positis nominibus substantijs separatis possunt significari earum essentiæ in abstracto & in concreto, & consequenter vt totum & pars: possum enim dicere gabriel & gabrielitas: Deus & deitas &c. Sed licet ita appareat diligenter tamen inspicienti oppositum illucescit. Considerandum enim q loquimur de essentijs rerum & conditionibus earum, quæ eas sequuntur, & non de illis, quæ ex solo opere intellectus fiunt. essentiæ enim substantiarum compositarum ex eo q duas partes realiter habet, scilicet ex eo q sunt formæ in materia, ex se habent, vnde intellectus fundet in eis significationem per modum partis & per modum totius. Cum enim significat formam illam in habente seu deferente, significatur, vt totum & concretum, vt homo, cum autem significat illam non vt in habente seu deferente, sed per se significat in abstracto & per modum partis, vt humanitas. Essentiæ autem substantiarum immaterialium, quia dicunt formas non receptas in materia, ideo ex se non habent q significentur in concreto & in abstracto, vt totum & pars &c. non enim est ibi deferens, nec delatum. Sed, quia intellectus noster intelligit res simplices, & altissimas per modum rerum compositarum, ideo vt dicunt Cōmenta. 11. metaphy. commento. 39. & S. Tho prima parte. q 13. fuit necesse, vt in illis formaret abstractum & concretum, & intelligeret eas per modum totius & partis. Differentia ergo posita hic est cum additione intelligenda, sic, q essentia substantiarum compositarum ex se habet q significabilis sit per modum totius & partis, essentia autem simplicium ex se non habet q significetur per modum totius & partis, sed ab intellectu tantum, et ideo diuersitas, quæ inter abstractum & concretum in substantijs compositis est ex parte rei, & reducitur ad distinctionem, quæ est inter subiectum deferens & formam delatam. Diuersitas autem, quæ est inter abstractum & concretū in substantijs separatis non est id ex parte intellectus, vt Commen. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auicen. q quidditas simplicis est ipsum simplex, & quidditas compositi non est ipsum compositum.

Co. 39. 1. q. 13. a.

Ca. 5. me. cap. 5.

Natura & suppositum an eadem in separatis.

Circa hanc particulam est vnum dubium, an verū sit q in substantijs separatis idem sit quidditas & id cuius est, idest natura & suppositum. Est autem ratio dubitandi, quia S. T. in quolibeto. 2. q. 2. arti. 2. dicit, q cum apud Aristo. 7. metaphysice. tex. commen. 20. & 21. in his, quibus admiscetur aliquod accidens, natura & suppositum distinguantur, & in intelligentijs alijs a prima aliquod accidens sit in omnibus excepta prima. natura & suppositum distinguuntur siue quidditas et id cuius est. Ex alia parte. 3. de anima com. 9. dicit in separatis a materia idem est quod quid est, & id cuius est. Et in prima parte. S. T. quæstio 3. arti. 3. expresse hoc dicit quod & apparet hic auctoritate Auicennæ. Ad intellectum huius difficultatis est notandum, q cum nomine naturæ intelligatur id quod per diffinitionem significatur, nomine autem suppositi indiuiduum habens illam quidditatem: s̄m triplicem gradum substātiarum in vniuerso tripliciter inuenitur differentia suppositi a natura.

Quol. 2. q. 2. arti. 2. T. cō. 20. & 21.

T. c. 9.

1. q. 3. a. 3.

In substantijs siquidem materialibus suppositum differt a natura dupliciter, secundū rem, & vltra hoc secundum rationem. Differt primo modo intrinsece, quia aliquod reale suppositum sibi intrinsecū includit quod non includit natura. s. principia indiuiduationis. si n. sortes diffiniretur, in eius diffinitione poneretur hæc materia, quæ nō ponitur in diffinitione naturæ humanæ. differt secundo extrinsece, quia aliquid reale extrinsecum sibi includit suppositum s. esse actuale existentiæ, quod non includit natura. existētia enim primo est actus suppositi, cuius est fieri, quæ tamen caderet in diffinitione sortis si diffiniretur, differt tertio s̄m rationem vt patet. In substantijs autem separatis alijs a prima suppositum differt a natura duobus modis tantū. s. extrinsece secūdum rem & secundum rationem. nihil enim reale intrinsecum sibi includit suppositum in eis quod non includat natura. quia non indiuiduatur per aliquod positiuum contrahens naturā specificam, quod sit velut differentia indiuidualis supposito intrinseca, sicut est in substantijs materialibus. Sed quia in eis (vt patebit) existentia differt realiter a natura, quæ primo (vt dictum est) est actus suppositi, ideo suppositū in eis differt extrinsece a natura. addit enim extrinsece realitatem existentiæ. Differt secunda secundū rationem vt patet. In deo vero glorioso suppositum vno modo tantum differt. s. secundum rationem, quia nec natura diuina indiuiduatur per additum, nec existentia sua distincta est realiter ab eius essentia. vnde patet q vtraq; pars dubij est vera aliquo modo, & q in substātijs separatis differunt s̄m rem quod quid est & id cuius est, quia extrinseca differentia differunt s̄m rem & q sint idem, quia nō differunt per aliquam intrinsecam differentiam realem. hanc autem esse mentem. S. T. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facile innotescere potest.

In ea. cap. 5.

Secunda differentia est, quia essentiæ rerum compositarum ex eo q recipiuntur in materia designata, vel multiplicantur secundum diuisionem eius, contingit q aliqua sint idem specie & diuersa numero. Sed cum essentia simplicium non sit recepta in materia non potest ibi esse talis multiplicatio. Et ideo non oportet q inueniantur plura indiuidua unius speciei in illis substantijs. Sed quotquot sunt indiuidua tot sunt species, ut Auicen. dicit expresse.

Hic ponitur tertia differentia in ordine vocata secunda inter eas, quæ oriuntur ex prima, & dicitur q differunt etiam in hoc essentia substantiæ compositæ & essentia substantiæ simplicis, q essentia substantiæ compositæ est plurificabilis numero in eadem specie, sicut essentia humana distinguitur numero in Socrate & Platone, essentia autem substantiæ simplicis, idest separatæ a materia, nō est plurificabilis in plura indiuidua eiusdem speciei, sed quodlibet indiuiduum constituit vnam speciem & distinguitur specifice ab alio. Et fundamentum eius est in duabus ppositionibus. Quarum prima est. Cum actus sit quod diuidit & separat. 7. metaphysi. text. commen. 49. omnis diuisio aut est formalis, aut quantitatiua, vt Aristote. inquit tertio metaphysi. text. commen. 11. & Commentator primo physicorum commento. 6. Cap. 49. Com. 6. T. c. 11.

Secunda est formæ specificæ sunt indiuisibiles formaliter. Ex his enim deducitur q formæ specificæ, quæ recipiuntur in materia, diuiduntur ad diuisionem materiæ per quantitatem & sic fiunt multa indiuidua eiusdem speciei. Forma autem specifica non recepta in materia omni diuisione caret & formali quidem ex eo q species specialissima est, quantitatiua autem ex eo q nō

est recepta

est recepta in materia, q̄ sequitur q̄titas, & ideo nō possunt esse multa indiuidua in eadem specie, multitudo.n. diuisionem sequitur. Quæstio. IX.

An species quælibet separatarum vnum tantum habeat indiuiduum.

Circa hanc partē occurrit quæstio, an quælibet species substantiarum separatarum vnum tantum habeat indiuiduum. In hac q̄one tria sunt facienda. Primo ponetur opinio Scoti cum fundamentis secundo ponetur veritas peripatetica. tertio respondebitur argumentis in oppositum.

Scot. 2. distin. 3. q. 7. primo. Quo ad primum Scotus secundo senten. distin. 3. q. 7. opinatur plures esse intelligentias eiusdem speciei talibus mediis. Primo sic. omnis quidditas quātum est de se est communicabilis: intelligentia est aliqua quidditas: ergo quidditas intelligentiæ est de se communicabilis. ergo potest inueniri in pluribus. Maior probatur. quia si quidditas omnis non esset communicabilis, vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuæ, aut imperfectionis: non rōne perfectionis, quia communicabilitas (s̄m fidem catholicā) conuenit quidditati diuinæ, quæ summe perfecta est. Nec rōne imperfectionis, quia communicabilitas cōuenit quidditatibus substantiarum compositarum, quæ sunt imperfectæ. cum ergo ratione neutrius repugnet sibi, restat maior vera. *Secunda.* Præterea. oīs quidditas intelligibilis sub rōne vniuersalis absq; contradictione est plurificabilis numero: quidditas separata est intelligibilis sub rōne vniuersalis absq; contradictione: ergo est plurificabilis numero. Maior probatur ex eo qđ implicat intelligi sub ratione vniuersalis, & esse de se hoc: est enim vniuersalitas opposita hecceitati. sicut implicat intelligere essentiam diuinam sub rōne vniuersalis, quia est de se hoc. *Tertia.* Præterea. Deus pōt hunc angelum in hac specie annihilare: isto annihilato Deus pōt speciem hanc reparare in aliquo alio indiuiduo non in eodē (s̄m istam opinionem) quia s̄m istos hō non posset resurgere idem numero nisi aīa intellectiua remanente eadem numero. ergo in eadem specie erunt plura indiuidua, saltem successiue. *Quarta.* Præterea. animæ intellectiuæ distinguūtur numero *Quinta.* in eadem specie, & tñ sunt immateriales. ergo &c. Præterea. August. in enchiridion. cap. 19 dicit ꝙ quia tota natura seu species humana ruerat, iō misertus Deus ad eam saluandam venit, non autem venit ad saluandam naturā angelicam, quia tota non ruit. Ecce ꝙ Augu. dicit totam naturam angelicam non lapsam esse per peccatum quod non potest esse verum si tot sunt species quot sunt indiuidua. sic enim multę naturę angelicę lapsę totaliter essent, humana autem tantum vna. cū humana non sit nisi vna.

Sexta. Præterea Damascenus in elementario. cap. 12. dicit q. secundam vnāquāque speciem fecit Deus angelos. *Quol. q. 2. articulus Parisien.* Præterea. arguit ad idem in quolibet. q a ꝙ prædicta opinio est damnata Parisius in pluribus articulis. Primus est. si quis dixerit Deū non posse multiplicare formas sine materia, error. Secundus. si quis dixerit formam non recipere diuisionem sine materia, error. Tertius ꝙ quia intelligentiæ non habent materiam Deus non possit eiusdem speciei facere plures: error. Q; si dicatur inquit Anto. trombeta qđ ista sententia non est damnata vbiq; dato ꝙ Parisius sic sit. Contra. nam sententia damnata in aliqua vniuersalitate famosa vbiq; est dānata aut suspecta de hæresi non solum auctoritate diocesani, sed etiam auctoritate domini Papæ (vt patet extra de hæreticis. capitulo ad abolendam.) hæc de primo.

Quo ad secundum veritas peripatetica ab Arist. Cōmentatore & S. Th. accepta est, ꝙ quælibet intelligentia constituat vnam speciem, ita q. non possint ibi inueniri plura indiuidua eiusdem speciei Et S. Th. quidem in quęstionibus disputatis de spiritualibus creaturis art. 8. & in *S. Tho pri ma. q. 50 art. 4.* secundo contra Genti. c 93. & in prima parte. q. 50. art. 4. & alibi probat hoc multis rationibus, quarum duabus nunc vtendum est. Prima ex earū immaterialitate sumitur, vnde omni principio distinctiuo numeraliter carēt, & formatur ratio sic. Omnis species habens plura indiuidua habet in se distinctiuum numerale: intelligentia non habet tale principium distinctiuum: ergo. minoris probationem habes supra immediate ante q̄onem. Et nota qđ hæc ratio est sumpta ex. 12. meta. t cō 49. vbi sit hæc consequentia, cœlum. i. primum principium est vnum specie *T. cō. 49.* & plura numero: ergo est materiale. vnde expresse datur intelligi ꝙ immaterialitas est sufficiens cā non plurificationis numeralis. Sed quia Sco. expresse dicit loco præallegato, ꝙ opinio sua est contra Arist ideo omittam auctoritates. Secunda ratio S Th. est sumpta ex ordine vniuersi fundata super tres ꝓpōnes. Quarum. prima est, vniuersum habens tres partes. s. sphæram gñabilium & corruptibilium, corpora cœlestia, & sub̄as immateriales habet pro bono intrinseco ordinē. hæc habetur. 12. t. c. 52. *T. cō. 52.*

Secunda ꝓpō est. ꝙ ordo est duplex. s. per se & per accidens. Ordo p se inter essentialiter ordinata, vt species, quæ sunt sicut numeri. 8. meta. t. c. 10. Ordo per accidens *T. cō. 10.* est inter indiuidua eiusdem speciei, vt dicitur. 3. metaph. tex. com. 11. Tertia propositio est. ꝙ ea pars vniuersi, in *T. cō. 11.* qua est ordo p se purus est potior ea, in qua est ordo per se admistus ordini per accidens ex. 12. Meta. t. cō. 52. vbi *T. cō. 52.* comparatur prima pars vniuersi filiJ familias quibus nihil ordinatum per accidens inest. Super his propositionibus fundatur talis ratio. Id qđ caret ordine per accidens non habet plura indiuidua eiusdem speciei: suprema pars vniuersi caret ordine per accñs: ergo non habet plura indiuidua eiusdem spēi. maior ex terminis patet. minor licet ex Arist. habeatur loco allegato (quia isti tñ negant Aris. in hac parte sicut & alibi) rōne probatur sic. Non minus excludit ordinem per accñs suprema pars vniuersi q̄ media pars, cum suprema sit perfectior & bonitas vniuersi in ordine consistat, & ordo per accñs sit imperfectum qd & deficiens ab ordine per se, imo ordinatum per accidēs est inordinatum, eo ꝙ per accñs est conditio diminuens ratione ordinis. sed media pars excludit ordinem per accidens vt patet, corpora. n. cœlestia non habent plura indiuidua eiusdem speciei, non. n. est nisi vnus sol, vna luna &c. ergo suprema pars vniuersi a fortiori excludit ordinem per accidens. Hec de secundo.

Quo ad tertium respondetur argumentis Scoti. Et ad *Rñdetur argumentis. Ad primū.* primum quidē vt terminos theologicos admisceamus, quia argumentum theologicum est, dicitur ꝙ communicabilitas est triplex. Quædam cū diuisione essentiæ, sicut vniuersale communicabile est particularibus. Quædam vero absq; diuisione aliqua essentię & esse per idētitatem, sicut essentia diuina cōmunis est tribus suppositis. Quædam per assumptibilitatem ad hypostaticam vnionem, sicut natura humana cōicabilis est omnibus suppositis diuinis. Si in præmissis Sco. assumit cōicabile primo modo falsa est maior. patet in essentia diuina. Si secundo modo, falsa etiam est maior: nulla. n. essentia creata est illo modo communicabilis. Si tertio mō falsa quoq; est maior, vt patet de essentia diuina. Si aūt accipiatur cōmunicabile neu *Quidditas quo sit communicabilis.* tro illorum modorum, sed pro cōicabili in communi nō descendendo determinate ad hoc vel illud cōicabile concesso toto argumento non cōcluditur ꝙ quidditas angelica sit cōicabilis, sicut vniuersale particularibus. Cōmittitur. n. fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmatiue. Vnde probatio adducta nihil contra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentiis propter earum perfectionem, cōicabilitas secundo modo repugnat intelligentiis propter earum imperfectionem, communicabilitas tertio modo conuenit eis ex earum imperfectione, quia esse distinguitur realiter ab earum essentia. *Ad secūdum.* Ad secundum dicitur distinguendo maiorem. Aliquid enim esse intelligibile sub ratione vniuersalis contingit dupliciter. Vno modo ex parte rei & intellectus (vt verbis S. Tho. vtar.) Alio modo ex parte in- *1. q. 13 a. 9. 4.* tellectus tantum. Primo modo maior est vera & minor falsa, secundo modo maior est falsa, licet minor sit vera. cum enim vniuersalitatis fundamētum est parte rei sit inuentio illius quidditatis in pluribus indiuiduis simul vel successiue, fundamentum vero ex parte intellectus sit repræsentatio illius quidditatis non repræsentatis conditionibus indiuiduationis vt sic, illud est vniuersale vtroque modo scilicet ex parte rei & intellectus, ꝙ vtroque sul-

citur fundamento, ficut humana effentia eft intelligibilis fub rône vniuerfalis ex parte rei, quia ipfa eft realiter diuifa & inuenta in multis, & ex parte intellectus, quia repræfentatur abfq; hic et nunc. Illud autem eft vl'e ex parte intellectus tm̃, q̄ altero tm̃ fulcitur fundamento. f. repræfentatione &c. ita q̄ eius vl'itas ex hoc folo habetur q̄ obiectiue in intellectu ponit', cui obiicitur res condōnes quidditatiuas non indiuiduales vt fic, & hoc mō quidditas intelligentiæ eft vl'is. Licet.n. indiuiduale & fpecificū effe ibi idem habeat principiū, quia tñ repñtatur vt talis res, non vt hoc, quia non repñtatur fm̃ q̄ in fe eft, fed fm̃ modū rerum cōpofitarum, in quibus aliud eft nã & aliud eft indiuiduum illius nãæ, ideo vl'is vt obiecta eft tm̃. Et hoc eodem mō ex prædicabilis quidditas intelligētiæ de pluribus, f. nec actu nec aptitudine, fed vt obiecta eft intellectui vt ab Auic. habes. 5. met. quinīmo ipfa quidditas diuina hoc mō cōis & vl'is fm̃ rônem eft. vnde & numerū pluralem apud Grāmaticos habet.

Cap. 2.

Ad probationē aūt maioris fic negatę patet rñfio. cum.n. dr̃ q̄ implicat quidditatem effe de fe hanc & vl'em & p̄dicabilem de pluribus, hoc eft verum accipiendo vl'e ex parte rei & filr̃ prędicabile. Vl'e.n. fm̃ rônem tantum eft vnum in multis, et de multis vt obiectum eft tantum. Vl'e aūt ex parte rei eft in multis fm̃ rem, licet vnitatē habeat vt obiectū eft. Hæc fi vis plene intelligere memento eorū, q̄ dicta funt in. q. de vl'ibus.

Supra. c. 4. q. 7.

Ad tertiū vide S. Th. quol. 5. q. 5.

Ad tertium dr̃ q̄ in cafu illo repararetur neceffario idē numero angelus, ex eodē.n. Gabriel eft hic & Gabriel. Nec eft verū q̄ apud nos Deus non pofsit idem numero reparare, licet dicamus q̄ fi in refurrectiōe non refumeretur eadem aia numero, quę non annihilata effe debet, fi refurrectionis rō faluanda eft, nō effet idem homo numero cū quo ftat idē numero poffe reparari a Deo.

Ad quartū

Ad quartum dr̃ q̄ non eft fimile de intelligentiis & aïabus intellectiuis quo ad hoc, quia aïæ funt partes fpeciei corporibus vnibiles, non aūt intelligentiæ, fed de his infra erit amplior fermo.

Ad quintū c. 6 q. 22. inde fpiritualibus creaturis. q. vni. a. 8. ad primū.

Ad quintum rñdet S. T. q̄ natura humana & angelica poffunt duplr̃ accipi. Vno modo fm̃ effe nãæ, & fic nã humana eft vna, angelica vero plures. Alio mō accipiuntur fm̃ effe viæ. f. vt viatrices ad beatitudinem fupernaturalē, et fic ficut nã humana eft vna, ita tota latitudo angelicarum fpērum eft vna nã, eo q̄ ficut oēs hoïes vno modo tendunt ad patriam, f. per liberum arbitrium flexibile remediabiliter, fic oēs angeli vno mō tendunt ad beatitudinem. f. per liberum arbitriū flexibile irremediabiliter. femel.n flexū reuerti amplius non pōt. apprehendunt.n. immobiliter. Et propterea Auguft. vt theologus loquens ad quē pertinet confideratio de hoïe & angelis in effe viæ & p̄riç vocauit oēs angelos vnius nãæ.

Ad fextū.

Ad fextum dr̃ q̄ Dam forte opinionem illorum, quos in hoc non fequimur, imitās dixit illa v̄ba. Vel per fpēm intellexit fpeciem fubalternam non fpāliffimam, & hoc mihi placet magis, cū non conftet ipfum contrariæ opiniones effe, & tūc large fpēi nomen accipiēdum eft, fi veritatem hr̃e debet.

Ad feptimum de articulis Parifienfibus.

Ad feptimum dicit' primo, q̄ argumentum ꝓcedit ex malo intellectu articulorum Parifienfium. illi.n. funt contra Auerroiftas, q aïam intellectiuam non multiplicabilē numero dicūt, quia eft forma immaterialis vñ fenfus primi articuli eft, fi qs dixerit Deum nō poffe multiplicare formas fine mã. i fine dependentia a mã: error. Silr̃ fecundi. fi quis dixerit formas non recipere diuifionem fine mã. i. fine dependētia a materia. error. Silr̃ tertij q̄ quia intelligentiæ non hñt materiam, Deus non poffet eiufdē fpēi facere plures: error non habent mãm. i. dependentiam a mã vel non poffet. i. ex impotentia Dei procederet.

Reuocati funt articuli Parifien. vt tangunt doctrinam S. Tho. Vide de iftis articulis. Capriol. 2. d. 2. q. 2. ad. 8. contra primam cō clufionem.

Vel dicat' fecundo q̄ articuli Parifienfes inquantum tangunt vel tangere vñr doctrinā S. T. reuocati funt per D. Steph epm̃ Parifienfem apud Bertilia cum anno dñi. 1 3 2 5. die Iouis ante facras cineres vt patet in literis, q̄ incipiunt, Magiftra rerum experientia certis incidiis euidenter demonftrat. Dr̃ tertio q̄ cum fanctif. Vrbanus Papa doctrinam S. Th. approbauerit in extrauaganti, quę incipit (Laudabilis Deus in fanctis fuis & in fui maieftate mirabilis.) mirum eft qūo ifti audeant contra Romanæ ecclę ad approbationem reducere articulos Parifienfes. Sunt aūt verba dñi Papæ in calce extrauagantis ad vniuerfitatem Tholofanam, ifta, Volumus infuper & tenore pñtium vobis iniungimus vti dicti Beati Thomæ doctrinam tanq̄ veridicam & catholicam fectemini, eāq; ftudeatis totis viribus ampliare: datum apud Montem flafconem &c. Hæc verba attendant aduerfarij, & videant quāta temeritate contra mandatum fummi Pontificis catholicam S. Tho. doctrinam impugnare nituntur.

Hmōi ergo fubftantiæ, q̄uis fint formæ fine materia, non tñ in eis eft oīmoda fimplicitas, nec funt actus puri, fed hñt per miftionem potētiæ, et hoc fic patet. Quicquid.n. nō eft de intellectu effentiæ uel quidditatis hoc eft aduenienS extra, & faciens cōpofitionem cū effentia: quia nulla effentia fine his quæ funt partes effentiæ intelligi pōt. Oīs aūt effentia uel quidditas intelligi pōt fine hoc q̄ aliquid intelligatur de effe fuo. Poffum.n. intelligere quid eft hō, uel fœnix, & tñ ignorare an effe habeant in rerū natura. ergo patet q̄ effe eft aliud ab effentia uel quidditate.

In hac tertia parte cap. huius probatur fubās feparatas effe compofitas ex effe & effentia. Sed anteq̄ ad probationem accedatur prænotandum eft in fubftātiis materialibus inueniri quatuor realiter diftincta. f. materiam, formam, effentiam compofitam ex eis, & effentiam. In homine enim eft cōfiderare materam, in qua recipitur eius forma: & formam ipfam, q̄ eft illius materiæ actus: & effentiam humanā, quæ nec eft materia, nec forma, & effe actualis exiftentiæ, quo homo formalr̃ exiftit in rerum natura, vnde fit vt in iftis fubftantiis duæ compōnes pertinentes ad genus fubæ reperiantur. Quarum prima eft ex materia & forma. Scd̄a eft ex effentia & exiftentia, q̄ vocatur compofitio ex effe & effentia.

Conuenientia & differentia inter compofitionem ex materia & forma & compofitionem ex effentia & effe.

Conueniunt aūt inter fe & differunt hę compōnes. Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc q̄ vtraq; cōftat ex actu & potentia, materiam.n. & formam clarum eft fe hr̃e, vt potentiam & actum, effentia aūt & effe ex eo liquet q̄ fe habēt vt potentia & actus, quia quidditas quælibet ex hoc ponitur in rerum natura q̄ exiftentiam acquirit. Secundo conueniunt in hoc, q̄ vtriufq; extrema funt in eodē genere: tam.n materia & forma hoïs q̄ effentia & effe eius in genere fubę & fpecie humana reponuntur.

Differentia prima.

Differunt autem quo ad decem. Primo. quia extrema primę compofitionis funt partes fubæ & non funt fubftantia proprie loquendo, vt patet. Materia.n. & forma non funt in genere fubftantiæ nifi reductiue, vnde prædicationē fubftantiæ (quæ eft genus gñaliffimum) non nifi in obliquo fufcipiunt. Extremorum vero fecundę compōnis neutrū eft pars fubæ, fed alterum eft fuba, effentia. f. quæ eft in recta linea prædicamentali, alterum vero extra fubam. f. exiftentia.

Secunda.

Scd̄o differunt. quia extremum illud, q̄ fe habet vt potentia in prima compōne eft ens pure potentiale, mã. f. extremum vero illud, q̄ fe habet vt potentia in fecunda compofitione, non eft pura potētia, fed ens in aliqua fpecie quidditatiue completum (effentia. f.)

Tertia.

Tertio differunt. quia extremum illud, q̄ fe habet vt potentia in prima compōne, non eft id qd' eft, nec quod fit proprie loquendo. Materia.n. non fit, vt dicitur. 7 Meta. tex. c. 27. eiufdem autem eft effe, cuius eft fieri, cum fieri ad effe terminetur. Extremū vero id qd' in fecunda compofitione fe habet vt potentia, eft id qd' eft, & fit, cum oīs factio ad compofitum termineтur, vt ibidem dr̃.

7. cō. 27. et 12. met. c. 12.

Quarta. 7. metaph. T. cō. 27.

Quarto differunt. quia extremum illud, q̄ in prima compōne fe habet vt actus non eft vltima actualitas rei, fed caufat alium vlteriorem actum: forma.n. hominis, quę eius materiam informat caufando totum cōpofitum complet proprium receptiuum ipfius exñtiæ, & fic eam caufat, quæ eft vlterior actus. extremū vero illud, q̄ in fecunda compofitione fe habet vt actus eft vltima actualitas illius gñis: poft exiftentiam n. fortis nihil fibi fubftantiale amplius aduenit.

Quinta.

Quinto differunt. quia extremum illud, q̄ in prima compofitione fe habet vt actus, eft ita actus, q̄ tñ comparatur ad aliud vt potentia. extremum vero illud qd' in fecunda cōpofitione fe habet vt actus eft ita actus q̄ ad nihil ipfius rei comparatur vt potentia. Qd' patere poteft aduertendo proportionem, quę eft inter formam & exiftentiam.

Nota optime [illegible]

stentiam. Est.n. proportio formæ ad esse actuale, sicut ꝓportio diaphaneitatis ad lumen: forma siquidem recipit existentiam & causat eã, sicut diaphaneitas lumen. Sicut nãq; aer in eo ꝙ aer non est capax luminis, sed oportet ipsum diaphaneitate informari, vt propriũ receptiuum luminis fiat, ideoq; neq; aer nec diaphaneitas, sed aer diaphanus est q primo luminosus est, licet secundario tã aer q̃ diaphaneitas lumine clareat: ita in proposito mã sola non est capax exñtię, quia actus in propria suscipi debet potentia, sed oportet in ipsa formam recipi vt proprium exceptiuum exñtia fiat, non mã nec forma, sed compositum ex eis. Id.n ꝙ primo existit est cõpositum, cuius primo etiam est fieri, tñ tam materia quã forma secundario actuatur illamet exñtia. vnde sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano, et eius cõplementum formale ad hoc, vt proprium susceptiuũ luminis sit, & cum hoc cõparatur ad lumen adueniens, vt potentia recipiẽs, licet secundario ad actũ, ita forma est cã formalis composito et complementum eius formale ad hoc, vt propriũ receptiuum exñtię sit, ac per hoc comparatur ad ipsam exñtiam subsequentem, vt potẽtia recipiens, secundario tamen ad actum receptum, vñ fit vt ipsum esse actualis exñtiæ ad nihil aliud cõparetur, vt potentia ad actum, sed sit vltima actualitas oĩs rei etiam ipsius formę.

Sexto; Sexto differũt, quia extremum illud, ꝙ in prima compositione se habet vt actus, est de intellectu, seu diffinitione rei intrinsece. forma.n. sm oẽs intrinsece in diffinitione concipitur. Extremum vero illud, ꝙ in secunda compositione se habet vt actus est extra quidditatem rei. diffinitio.n non significat esse vel non esse, vt dr̃ primo poster. (T. cõ 25.)

Septimo. Septimo differunt, quia ex extremis primæ compõnis fit vnum tertium per se vnum. Ex extremis vero secundæ compõnis non fit vnum tertium per se vnũ, neq; per accñs proprie loquendo. Et colligitur ratio huius drię ex supradictis vnum.n. per se non fit nisi ex duobus, quorum vtrũq; est pars substantię. nulla n. subã completa facit vnum per se cum quocunq; alio, & quorum alterũ est pura potentia. ex duobus.n. actibus non fit tertiũ per se vnum, & quorum alterum est ita actus vt possit cõparari ad aliquid aliud vt potentia partes.n. sunt materia totius. 5. Met.t.c.3. (T. com 3) Cum aũt in prima compõne omnes istæ condõnes saluentur. in secunda vero nulla, sequitur ꝙ in secunda compõne non fiat vnum tertium ꝑ se neq; etiam vnum per accñs fit, qa vnum per accñs aggregat res diuersorum generũ, cum his tñ stat ꝙ essentia per se adunetur cũ esse.

Octauo. Octauo differunt, quia prima compõ est compositio ex his, & iõ fit ibi vnum tertium Scđa vero est compositio cum his. nulla.n res datur, q̃ constet ex essentia & exñtia proprie loquendo, sicut datur res constans ex mã & forma: sed essentia componit cum exñtia & econuerso. & iõ dictum est ꝙ adunantur per se, non tñ componendo tertiũ.

Nono. Nono differunt. quia prima compõ a pauciora se extendit q̃; secunda. Extrema.n. primæ compõnis non inueniũtur nisi in rebus sensibilibus. eam nãq; solam ex mã & forma constare supra conclusum est. (Cap 2. com. 5. in princ.) Extrema vero secũdæ compõnis reperiuntur & in rebus sensibilibus & in reb' immaterialibus. hñt.n. intelligentiæ quidditatem & existentiam, vñ prima compositio infert secundam & non econuerso omne n. compositum ex mã & forma est cõpositum ex essentia & esse, sed non conuertit.

Decimo. Decimo differunt quo ad passiones suas, compõnem n primam q̃titas, accñtia sensibilia, & transmutatio saltem localis sequuntur. Compositionem aũt secundam neq; gñatio neq; corruptio neq; transmutatio aliqua physica sequit, sed tñ recipere & recipi, perficere & perfici: quia hæc sequuntur actum & potentiã, illa vero mãm & formam.

(Formatur ratio contra litteram in textu positam.) In lr̃a igitur hanc secundam compõnem in omni ente citra primum inueniri probatur tali concl̃one proposita. Oẽ ens aliud a primo est compositum ex esse & essentia. Rõ talis est, omne habens aliquid realiter suæ quidditati coniunctum ꝙ est extra essentiam eius est compositũ ex quidditate & illo additamẽto.i. essentia & esse: omne ens aliud a Deo habet aliq̃d reale suæ quidditati realiter coniunctum extra essentiã eius.s. esse: ergo omne ens aliud a Deo est compositũ ex esse & essentia. Maior relinquitur a S. Th. pro manifesta. & est modificanda ita ꝙ illud additum sit extra essentiã rei particulariter sumptam (ꝙ dico propter inferius cũ sit extra essentiam superioris, non tñ componit cum illo) & etiã deseruit sic modificata propositio, quia esse est extra essentiam sortis. non.n. poneret in eius diffinitione si diffiniret. Relinquitur igitur manifesta maior. quia duo adunata, quorũ neutrum est contrahens alterum, & alterũ se habet vt actus, et alterum vt potentia, non nisi per compõnem realiter sunt coniuncta. Minor aũt patet ex sexta drĩa. & Arist. primo poste. dicente, ꝙ nulla diffinitio significat esse. (T. cõ. 25.)

Nisi forte sit aliqua res, cuius quidditas sit suum esse, & hæc res non potest esse nisi una & prima. quia impossibile est ut fiat plurificatio alicuius nisi per additionẽ alicuius differentiæ, sicut multiplicatur natura generis in speciebus: uel per hoc q forma recipitur in diuersis materiis, sicut multiplicatur natura speciei in diuersis indiuiduis: uel per hoc q unum est abstractũ & aliud in aliquo receptum. sicut si esset quidam color separatus esset aliut a colore non separato ex ipsa sua separatione. Si aũt ponatur aliqua res quæ sit esse, ita ut ipsum esse sit subsistens, hoc esse non recipiet additionem differentiæ, quia iam non esset esse tantum, sed esse, & præter hoc forma aliqua. Et multominus recipiet additionem materiæ: quia iam esset esse non subsistent, sed materiale. Vnde relinquitur q talis res, quæ sit suum esse, non potest esse nisi una. unde oportet, q in qualibet alia re præter eam sit aliud esse suum, & aliud quidditas uel natura, seu forma sua. Vnde in intelligentiis oportet q sit esse præter formam, & ideo dictum est q intelligentia est forma & esse.

Hic ponitur secunda rõ ad idem, quæ inducitur ꝑ modum exclusionis tacitę rñsionis. quia aliquis posset dicere ad rõnem factam ꝙ aliqua res est, cuius quidditas est suũ esse, & illius diffinitio non abstrahit ab existere. Contra hoc inquã inducitur secunda rõ probans ꝙ in vno solo ente.s. primo, essentia est idem ꝙ exñtia, & ꝯñr in quolibet alio esse & essentia distinguunt realiter. Ratiocinatur ergo sic. Oẽ plurificabile seu plurificatum altero triũ modorum multiplicatur, vel ꝑ additionem drĩæ formalis: vel per receptionem vtriusq; in mã: vel per receptionem vnius in mã & alterius separationem. sed quidditas q̃ est suum existere nullo istorum modorũ est multiplicabilis, ergo quidditas, q̃ est suum esse, nec plurificabilis, nec plurificata est ergo est vna tñ, & sic omne aliud ab ea nõ est sua exñtia. processus clarus. Maior vero declaratur, qm̃ cum pluralitas sequatur diuisionẽ, diuisio alicuius fit per differentias formales, sicut natura generica aĩalis multiplicatur in hoĩe et leone. vel per differentias indiuiduales, sicut natura specifica multiplicatur in sorte & Plato. propter hoc ꝙ humanitas sortis est in alia materia signata ab illa, in qua est humanitas Platonis. Vel tertio mõ potest imaginari diuisio inter aliqua duo eiusdem nãæ propter hoc ꝙ alterum est oĩno separatum a materialibus conditionibus, alterum vero concretũ est illis, sicut homo separatus apud Plat. distinguitur ab hoĩe particulariter propter hoc ꝙ hõ separatus est immaterialis, nã vero sortis est recepta in hac mã. Nec apparebit discurrenti per oĩa prædicamenta aliqs alius modus realis multiplicationis in vniuerso. Nec aliquis mihi obiiciat, ꝙ q̃titas & subã distinguuntur realiter, & tñ non per differẽtias formales nec &c. Qm̃ siue modis siue differentiis fiat diuisio nõ refert, dũmodo contrahens ad aliquam limitatam nãm trahat contractum. Minor autẽ declaratur quo ad oẽs eius particulas. Primo ꝙ nõ sit multiplicabilis per modum generis. patet ex eo ꝙ genus recipit additionem drĩæ, per quam trahitur nã generis ad determinatam naturam specificam, & sic perdit genus puritatẽ propriam, animal n. contractum ad humanam spẽm non est purum animal, sed aĩal humanum. quidditas vero, quæ est sua existentia est ipsum esse purum & non coartatum statim.n. ꝙ contraheretur perderet puritatẽ, & essent ibi duo (esse.s. & q̃dditas) ad q̃; contractum esset. Scđa pars minoris clarius patet. qđ enim recipitur in alio nõ est esse purum & per

se subsistens, sed sustentatur in alio. quidditas aūt, quæ est
suum esse pura, & consequenter per se subsistens, & non
aleri admista in quo sustenteur. Per idem quoq; patet ter
tia pars minoris. si. n. vna quidditas, q̄ est suum esse est se-
parata, altera q̄ est recepta ex hoc ꝙ est recepta non po-
terit esse eadem suę exn̄tiæ. vt. n. dictum est esse receptum
non pōt esse idem quidditati, et sic concluditur ꝙ quiddi
tas q̄ est suum esse est vna tm̄, quę est prima causa oīum,
ac per hoc cætera hn̄t esse distinctum a suis essentiis.

Omne aūt qđ conuenit alicui uel est causatum ex principiis naturæ suæ sicut risibile in hoīe, uel aduenit ab aliquo principio extrinseco sicut lumen in aere ex influentia solis. Non aūt potest esse q. ipsum esse sit causatum ab ipsa forma uel quidditate rei. dico sicut à causa efficiente, quia sic aliqua res esset causa suiipsius, & aliqua res se ipsam in esse produceret, quod est impoßibile, ergo oportet q. omnis talis res, cuius esse est aliud a natura sua, quod habeat esse ab alio.

In hac parte quarta huius cap. declaratur intelligentias
habere esse a Deo effectiue, in quo oīno idem est esse cū
essentia. primum horum in sua vlt conclōne hoc. s. omne
aliud a prima cā est productū ab ipsa. probatur sic. omne
habens esse distinctū a sua quidditate est productū effe-
ctiue a prima cā: omne ens aliud a causa prima habet esse
distinctum a sua quidditate: ergo oē ens aliud a prima est
effectiue productum a prima cā. Minor supponitur ex di
ctis & dicendis. Maior probatur sic, oē illud, cui cōuenit
aliquid distinctum a sua quidditate, ita se habet ꝙ vel ip-
sum est cā effectiua illius, aut habet illud ab alio effectiue.
non. n pōt imaginari tertium. risibilitas siquidem & albe
do & qcqd aliud conuenit homini, aut causatur ab ipso
hoīe effectiue, aut ab aliquo alio, ꝙ non est hoīs quiddi-
tas, sed impoīe est vt aliquod ens efficiat suam propriam
T. cō. 47. existentiam, vt dr̄ secundo de aīa. t. c. 47. ergo oportet ꝙ
illam habeat ab illo effectiue. Q; aūt sit impossibile, vt ali
quid ens efficiat suam propriam exn̄tiam patet ex eo, ꝙ
sequeretur ꝙ illud esset anteq̄ esset. ex eo. n. ꝙ efficeret,
T. cō. 17. esset: omne. n. efficiens existit. 3. physi. t. cō. 17. ex eo vero
ꝙ suum proprium esse causaret, suum existere eius causa-
Antequam argumenta hæc respõdeatur aduertas primo fundamentum S. T. vñ esse, in omni composito nõ inueniri nisi vnum esse subᵗale actualis existentiæ de quo nunc sermo est, eo ꝙ vnã tantum formam substantialem in cõposito tenet: ab vna enim forma non est nisi vnum esse substãtiale. b. Sed inter esse hominis & esse aliorũ hæc diuersitas est, ꝙ licet tam esse hominis q̃ aliorum sit primo actus suppositi (vt qđ) in hoĩe tñ totũ cõpositũ mendicat illud esse a forma, cuius est primo actus vt proprij et completi principij, in aiijs vero compositis forma mendicat illud a composito. Et est ratio disparitas, qa in solo homine, qui supremũ tenet locum inter sensibilia, ordo inferior sensibilis s. trahitur ad ordinem superiorẽ intelligibilem & immaterialem. Vnde esse hominis cum ab anima intellectiua fluat, immateriale & altioris ordinis q̃ homo est, sicut & ipsa anima, & ideo homo mendicat illud ab anima, cui est proprium, vtpote ad suum pertinens genus, & inde est ꝙ post mortem hominis anima remanet. esse etenim propriũ indepẽdens erat a composito corrupto, & sic illud retrahẽdo ad se subsistit. Cæterorum vero esse cũ sint eiusdem ordinis cum compositis, quibus attribuuntur sicut & formæ a quibus fluunt formæ ipsæ mendicant a compositis sicut & fieri, ita ꝙ tandiu illo gaudent q̃diu in compositis sunt. vnde corruptis compositis ipsæ (cum sine existentia remanere non possint) desinunt statim. Aduerte secundo pro solutione argumentorum tres propositiones. Prima est, ꝙ cũ duplex sit perfectio rei, prima. s. & secunda, res creata potens causare, & si non efficiatur perfectior ſm defectionẽ primam, ex hoc quod actu causat efficitur tamen perfectior ſm perfectionem secundã. patet hoc ex tribus. Primo ex eo quod est magis in actu res actu causans re in potentia causante, operatio enim est actus secundus causæ. perfectio autem actualitatem sequitur sicut imperfectio potentialitatem. Secũdo patet ex eo ꝙ vnũquodq; est perfectius coniunctũ suo fini q̃ separatum ab illo, res autem actu operans coniuncta est suo fini intraneo, qui est operatio iuxta illud secundi de cœlo & mundo. textu commen. 17. vnũquodque est propter suam operationem. *T. c. 17.* Tertio patet idem, ꝙ vnumquodq; quanto est similius deo tãto perfectius est, res autem actu causans est

1. par. q. 76 ar. 4. q. dis. 4. q. 9. quo. 2. q. 5. 1. par. q. 75 a. 3. & 4. potētia dei q. 3. a. 9. ad quo forma elemẽtorũ. 1. q. 76. a. 4 b. Differentia inter hominem & alia cõposita materialia.

similior deo q̄ non actu causans, quia non solum assimilatur deo sm hoc quod est, sed etiam sm hoc quod est cōicare se alijs. Secūda propositio est, res est pfecta simpliciter non propter perfectionem primam, sed propter vltimam. hoc traditur a Boetho in libro de hebdomadibus dicēte, intueor in rebus aliud esse quod sunt. & aliud esse quod bona sunt, & declaratur a. S. T. prima parte. q. quinta. arti. primo ad primum. Ad cuius intellectū nota, q, vt idem dicit, prima parte q 6. art. 3. triplex est perfectio rei. s. prima, sm quam res constituitur in suo esse, sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale.

lib. de hebdomadibus. 1. p. q. 5. ar. 1 primum. 1. q. 5. arti. 3. c. triplex perfectio rei.

Secunda vero est, sm quam est potens pxime ad suas perfectas operationes, sicut vires animæ & habitus eas informantes, quibus homo in perfectam operationem potest exire. Tertia aūt perfectio est, sm quā coniungitur suo fini, sicut speculatio, quæ hominem substantiis separatis vnit. Manifestum est autem non esse hominem simpliciter perfectum, qui sola naturæ bonitate gaudet, aut quia proprio fine procul est. vnde ordo entis simpliciter ad ens sm quid oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum sm quid :, sm nanq; esse substantiale homo ens simpliciter dicitur, perfectus autem sm quid. ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet, nisi qa est homo perfectus non asseritur simpliciter, sed cum additione dicimus q est perfectus sm esse substantiale. Secundum vero esse accidentale quale est habituum & operationum, ens sm quid homo dicitur perfectus aūt simpliciter; nihil enim tunc sibi deficit eorum, quę ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propositio, q. s. res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione. Tertia propositio est ista. realis pars essentiæ perfectior est in toto existens q̄ separata & declarat sic: vnūquodq; est perfectius cum est in cōplemento sui esse specifici, q̄ cum deficit ab illo: pars autem essentialis quādo est in toto, est in complemento suæ speciei, ad cuius integritatem essentialiter ordinatur, cum autem est separata ab eo, iam cum esse completo speciei non est natura specifica materiam & formam aggregante. perfectior igitur est in toto pars essentialis q̄ separata. Ex quibus ad propositum descendendo dicimus perfectiorem statum habere animam intellectiuam in composito q̄ extra, eo q. quando est coniuncta corpori, habet non solum perfectionem primam, quæ est esse, sed etiam perfectionem secundam influendo vires suas corpori & cōicando se, & sic similior est deo q̄ separata, licet deus omnino immaterialis & incomponibilis sit, sicut cor motū similius est deo q̄ non motum, licet Deus sit omnino īmobilis, perfectio enim eorum cōsistit in hoc. Est præterea perfectior in corpore, quia in eo habet completum esse specificum quod nō nisi partialiter obtinet separata quāuis. n. integrum esse existentiæ retineat separata quod in cōposito habebat, non tamen habet tunc integrum esse essentię completum in specie eo modo quo nata est habere. s. vt pars in toto, ad quod tamen habendum non accidentaliter, sed essentialiter ordinatur. vnde falsum est animam separatam retinentem idem esse actualis existentiæ, nihil nisi sui cōicationem ex separatione perdidisse. amisit. n. esse quidditatiui specifici integritatem quādo quidem in sua specie integra nō manet. vnde & Beatus Tho. in qōnibus de aia. q 1. ad. 16. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantum, sed ad esse huius speciei licet igitur anima possit per se esse, nō tamen in complemento suæ speciei esse sine corpore.

Oppositus dicitur ordo entis simpliciter & ordo perfectionis simpliciter.

Perfectum simpliciter attenditur.

q. de. an. q. 1. 16.

Ad primū

Ad primum ergo argumentorum negatur cōsequentia. Cuius probationē patet ex prima propōne assumere falsum licet enim cōicare supponat primam perfectionē in cōicante, tamen perficit ipsam perfectionem secunda qua res perfectior simpliciter dicitur, immo apud Dionysium supremum quod participant creaturæ de deo, est, q cōicatiuæ sunt. Dicitur scdo q etiam minor probationis est falsa. s. q anima separata hoc solo careat. s. cōmunicatione sui, vt patet ex tertia propositione. caret. n. integritate specifici sui esse. & hoc est primum & principale quod reddit imperfectiorem animam separatam, ideo nāq; caret perfectionibus secundis, quia caret integritate specifica & nō econuerso. Ad confirmationem patet ex prima propositione, quia causa creata ex hoc q causat, habet perfectionem secundam, cuius priuatio imperfectio magna est. & in proposito aliquid plus est, quia anima separata non solum desinit cōmunicare se & vires suas, sed est in statu tali, in quo impeditur a sui & virium suarum cōicatione & hoc est signum imperfectionis non modicæ. & est ea, quam diximus, s. separatio a completo esse quidditatiuæ suæ speciei, vt expresse habetur a. S. T. in. q. de spiritu. creatur. secunda ad quintum.

Ad confirmationem.

q. de spiritualibus cre. q. 3 quintū.

Ad secūdum

Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, q cum esse sit duplex quidditatiuum et existentiæ actualis, primum non remanet in anima nisi partialiter. homo vero habet illud integraliter, & secundum tale esse homo est perfectior in essendo. Quo ad esse autem existentiæ potest dici homo perfectior quo ad modum habendi hunc. s. quia habet illud vt superpositum, anima autem secundum alium modum perfectior dici potest, inquantum. s. tale esse est sibi & non homini proprium (modo supra declarato) vnde se habent in hoc homo & anima sicut excedens & excessum. Ad tertium negatur consequentia de esse actualis existentiæ loquendo, non enim res distincta realiter ab alia habet aliā existentiam ab illa, iam enim dictum est partes & totum habere idem esse. Conceditur autem consequentia de esse essentiæ, sed hoc nostro fauet proposito. Ad quartum dicitur sicut ante. q si in antecedēte sit sermo de esse essentiæ, verum assumitur in prima eius parte, sed nō in secunda: liquet enim ex supradictis q esse specificum completum animæ corrumpitur. Si autem sit sermo de esse existentiæ potest dupliciter intelligi. Primo q esse actualis existentiæ hominis desinat simpliciter. & sic est falsum, retrahit enim anima illud ad se. Alio modo potest intelligi q esse hominis in morte desinat esse hominis. i. desinat informare hominem, & hoc modo conceditur: sicut. n. de generatione hominis specialem sermonem facimus, et sic de cæterorum propagatione animalium. dicente Aristote. (in secundo de generatione animalium, capitulo tertio) q intellectus tantum venit ex extrinseco & ipse solus est diuinus, eo q operatio sua non habet communicationem cū operatione corporali omnino, ita de corruptione eiusdem specialis sermo esse debet, dicente eodem 12 metaphysi. text. commen. 17. q. in quibusdam nihil prohibet formam remanere post, vt si est anima talis, non omnis forsan, sed intellectus. Ad quintum negatur prima consequentia Et ad probationem vtendo distinctione facta dicitur q cum esse actuale hominis dupliciter sumatur s. secundum se seu simpliciter, alio modo prout est huius primo modo remanere non est impossibile corrupto homine, secundo modo non est intelligibile q remaneat nullius ergo rei esse actuale manet vt eius est quando id cuius est non inuenitur. potest tamen simpliciter inueniri & ratio est in proposito sępe iam dicta, quia id esse non est propriū homini. sed animæ. ideo oportet q. inueniatur semper quādo est id, cuius est proprium. & si desinat id cuius erat vt communicatū. Ad sextū negat antecedens. Ad pbationes vero alias factas sunt responsiones alias datæ. Relinquitur igitur verum esse de esse actualis existentiæ, q vnum omnino est esse animæ intellectiuæ & hominis, quod sm se independēs est a corpore, vtpote non causatū ab illo, qa non est eductum de potentia materiæ, licet prout est huius. s. hominis, non nisi in corpore inueniri possit. Cap. VI.

Ad tertiū.

Ad quartū

Cap. 3.

T. c. 17.

Ad quintū

Ad sextū

De diuina & intelligentiarum essentijs.

His visis patet quomodo essentia inuenitur in diuersis. Inuenitur autem triplex modus habendi essentiam in substantijs. aliquid enim est sicut Deus, cuius essentia est ipsum suum esse, & ideo inueniuntur aliqui philosophi dicentes quòd Deus non habet essentiam, quia essentia eius non est aliud quā esse eius.

Hoc est principium capituli sexti quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia dei, in secūda de essentia intelligentiarum & animæ, In tertia ostendit

quomodo ista se habeant ad intẽtiones logicas. In quarta replicatur de essentijs compositis. De essentia ergo dei positurus duas conclusiones, & exclusurus duos errores ponit primam conclusionem affirmatiuam talem. Essentia in deo significat ipsum esse eius. hanc conclusionẽ nõ aliter q̄ ex supradictis deducendo ponit. fuit nãq; supra probata & ab omnibus est concessa. Est autẽ intellectus conclusionis ꝙ esse actualis existentiæ diuinum est ipsa quidditas eius, ita ꝙ prædicatur de deo sicut prædicatũ primi modi dicendi per se, ita ꝙ ista, Deus est, est in primo modo perseitatis, quod de nullo alio a deo cõmunis via fatetur (dato etiam ꝙ esse & eẽntia in creaturis teneatur esse idem realiter, & quia ipsum existere est essentia) dei, ideo a quibusdam Platonicis. s. dicitur ꝙ deus nõ habet essentiam quasi pura existentia sit.

ca. 5. ĩ principio et circa mẽ.

Deus nõ ẽ in genere.

Et ex hoc sequitur q̃ ipse nõ sit in genere: quia omne, quod est in genere, oportet q̃ habeat quidditatem præter esse suum, cum quidditas aut natura. generis aut speciei non distinguatur secundum rationem naturæ in illis, quorum est genus uel species, sed esse est in diuersis diuersimode.

Deus non ẽ in genere.

Hic ponitur secunda conclusio & negatiua, deus non est in genere. probatũ in litera ex antedictis sic, omne qđ est in genere habet quidditatem præter suum esse: Deus non habet quidditatem præter suum esse: ergo deus nõ est in genere. Minor est conclusio præcedens. Maior probatur sic. omnia, quæ sunt in genere indistincta sunt in essentia generis vel speciei, distincta autẽ per diuersimode habere esse illius naturæ genericæ vel specificæ. ergo esse naturæ genericæ vel specifice est præter naturam ipsam genericam vel specificam, & sic omne quod est in genere habet naturam præter suũ esse Antecedens huius consequentiæ est de se notum homo enim & leo sunt indistincti in natura animalis. distinguuntur autem inter se p hoc ꝙ diuersimode habent esse animatũ, genus. n. diuersum habet esse in speciebus, similiter sor & plato indistincti sunt in natura humana. distinguuntur autem inter se, quia habent diuersum esse humanum non enim est intelligibile ꝙ homo habeat idem esse in sorte & Platone. cõsequentia vero patet ex eo ꝙ non videtur imaginabile ꝙ id, quo aliqua distinguuntur, non sit præter id quo aliqua conueniunt. Et nota ꝙ ad intentum huius rationis sufficit ꝙ esse sit præter essentiam. i. præter cõceptũ quidditatiuum, sic. n. sufficit differre principium cõuenientiæ a principio differentiæ, vt patet de genere & differentijs, quorum altero conueniunt, alteris differũt species, & q̃a in solo deo esse est de conceptu quidditatiuo, ideo solus Deus extra genus ponitur. Sed quoniam esse, ideo est præter conceptum quidditatiuum, quia est distinctum realiter ab essentia, & ideo est de conceptu quidditatiuo, quia est idem realiter essentiæ, ideo ex hac radice. s. ꝙ esse & essentia sunt idem realiter in deo procedere dicitur q̃ deus non sit in genere. Nec te moueat q̃ ratio ista digredi videtur ab esse actualis existentiæ ad esse quidditatiuũ quandoquidem in minore est sermo de esse actualis existentiæ, & postmodum in probatione maioris, quam oportet de eodem esse loqui, transitur ad esse quidditatiuum, cum dicitur species conueniunt in genere & differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiuo specifice accepto. homo nanq; & bos conueniunt in animali, & distinguuntur differentiis specificis, quibus animali in eis diuersum esse specificum acquirit. propter hoc inquam nõ oportet turbari, quoniam (vt in hoc patebit capitulo) differentiæ naturam genericam nõ diuersificant nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentiæ & ideo mira subtilitate. S. T. digressus non est primam rationẽ digestionis naturæ genericæ in inferioribus attendens. hoc autem (infra) melius intelligetur cum communissima regula assignabitur. vnde sumantur genus & differentia.

Hoc uo ca.

Ad euidentiam eius quod h̃ supponitur. s. q̃ ideo esse est de conceptu quidditatiuo, quia est idem essentiæ, nota tres propositiones. Prima est quidditas, quæ est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata. hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secũdo contra Genti cap 25. sic. omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differẽtiam, a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadem suę actuali existentiæ est essentialiter designabilis per dr̃iam, a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadem suæ actuali existentiæ est essentialiter designabilis per dr̃iam, a qua mendicat esse in actu: ergo nulla quidditas eadem suæ actuali exñtiæ ẽ ad aliqđ genus determinata. Maior notificatur inducendo. animal enim est essentialiter determinabile per differentias. rationale. s. & irrationale, & ab eis mendicat esse in actu, cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale. similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias, per quas existentiam actualem sortitur. non enim potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autẽ intelligentibus terminos patet ex se, quomodo nãq; existẽtia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differẽtia formaliter, cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem, sequetur, ꝙ existẽtia actualis habebit existentiam actualem formaliter per aliquid aliud a se, sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiã actualem. hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

Q̃ꝙ uero sit ꝙ in deo esse sit de cõceptu qd

ditatiuo ipsum. 2 contra Genti. cap 15.

Secunda propositio est ista, existentia actualis ad nullum genus determinata est, purum esse. ista patet ex similibus. si nãq; animal non sit determinatum ad aliquã speciem, purum animal erit. & albedo si non sit coartata in aliquo subiecto, pura albedo erit. ita & esse ad nullius naturæ prædicamentalis capacitatem determinatum, purũ esse necesse est, & si abstractio huiusmodi est per opus intellectus, etiã puritas ipsa est sm̃ rationem. Si aũt fuerit secundũ rẽ, & puritas ipsa est sm̃ rem, vt de se patet.

Tertia propositio est ista, esse est de conceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtranq; exponentem. & quo ad primam quidem, quia non est intelligibile ꝙ de puro esse non prædicetur quidditatiue ip̃m esse. Si enim de eo aliquid prædicari potest quidditatiue illud oportet esse ipsum esse, cum purum esse ponatur. Quod aũt cætera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, ꝙ cum esse non habeant in sua puritate sed suis quidditatibus coaptatum possunt scd̃m suas quidditates absq; esse & non esse diffiniri. Ex his deducitur intentum sic. ideo existentia est de cõceptu quidditatis rei, quia res illa est purum esse, ideo autem res illa est purum esse, quia non est ad genus aliquod limitata, ideo autem res illa non est ad genus limitata, quia est idẽ cũ sua exñtia. igiť de primo ad vltimũ, ideo exñtia est de conceptu quidditatiuo rei. quia res illa est eadem suæ existentiæ. Et quoniam si affirmatio est præcise causa affirmationis, negatio est causa negationis ex hoc ꝙ res creata non est eadem suæ existentię, esse non est de eius cõceptu quidditatiuo. Vnde cũ deus gloriosus sit suum esse ipse nihil est aliud q̄ ipsum esse sm̃ rem separatum a naturis prædicamentalibus in sua puritate subsistens.

Nec oportet si dicimus q̃ Deus est esse tantum, ut in errorẽ eorum incidamus, qui Deum dixerunt esse illud esse uniuersale quo quelibet res formaliter est. Hoc enim esse, quod Deus est, huius conditionis est ut nulla sibi additio fieri poßit. Vnde per ipsam suam puritatem est esse distinctum ab omni esse. propter quod in commento nonæ propositionis libri de Causis dicitur, q̃ indiuiduatio primæ causæ, quæ est esse tantum est per puram bonitatem eius. Esse autem commune, sicut in intellectu suo non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu suo aliquam præcisionem additionis, quia si hoc esset nihil posset intelligi esse, in quo super esse aliquid adderetur.

Hic excluditur primus quorundã error, talis. s. Deus est cõe esse omnium. imaginati sunt isti ꝙ cum omnia cõueniant in hoc ꝙ habẽt esse ipsum esse omnium quo res formaliter sunt in cõi seu in vli sit ipse deus gloriosus. moti sunt autem tali ratione, esse nulla additione specificatũ est esse cõmune: deus est esse nulla additione specificatũ,

ergo deus est esse commune. Sed peccat ratio illa ꝓpter multiplicem maioris intellectum. dupliciter enim intelligi potest eē a nulla additione specificari. Vno modo sm rem extra animam subsistendo. Alio mō sm intellectus cogitationem tantum. primo modo maior est falsa, minor aūt vera. scđo modo maior est vera, minor aūt falsa. esse nāq; cōe per intellectum in sua abstractione acceptū nullam cōtradictionem includit. sm vero ꝙ est extra intellm sine contractione non inuenitur. omne nāq; esse est contractum ad substantiam, vel accidens: esse autem, quod est quidditas diuina, est purum absq; omni additione secundum rem & ex ipsa sua puritate, secundum rem est distinctum ab aliorum esse & hoc. & nullo modo cōe sicut albedo separata ex hoc ipso ꝙ esset pura albedo, esset distincta albedo ab alijs albedinibus cum substantijs mistis & non esset albedo in communi.

Peccat secundo maior illa, quia contingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari seu cōtrahi. Vno mō actu tantum. Alio mō actu & potētia. primo mō maior est vera, minor vero falsa, secundo modo maior est falsa, minor aūt vera. Esse nāq; in cōi, licet nulla sit additione contractum, est tamen cōtrahibile, aliter nulla res haberet esse, quae aliquid addit supra ipsum esse, & sic hō non haberet esse: cum vltima esse habeat humanitatem quantitatem &c. vnde esse cōe actu tantū specificatione caret. eē vero diuinum nullam specificationē habet actu, nec aliquam habere potest, & ideo actu & potentia additione caret. Et haec est solutio, quā in litera S.T. ponit sub alijs verbis dicēs, ꝙ omne cōe nec includit nec excludit additionem. i. non includit actu, potest tamen habere illam. Esse vero diuinum non solum non includit illam, imo excludit. i. non solū non includit actu: imo nec potentia, & sic excludit illam, quod. n. impoīe est conueni- *Vide primo ctra gen. cap. 27.* re alicui excluditur omnino ab illo. De his diffuse habes in primo contra Genti. cap. 27.

Similiter etiam, quāuis sit esse tantum, non oportet ꝙ deficiant, ei reliquae perfectiones uel nobilitates, immo habet omnes perfectiones, quae sunt in omnibus generibus: propter qđ perfectum simpliciter dicitur, ut philosophus & Commentator, in Quinto Metaphysicae dicunt, sed habet eas modo excellentiori omnibus rebus, quia in eo omnes unum sunt. sed in alijs diuersitatem habent. & hoc est, quia omnes illae perfectiones conueniunt sibi secundum suum esse simplex. sicut si aliquis per unam qualitatem posset efficere operationes omnium qualitatū, in illa una qualitate omnes qualitates haberet, ita Deus in ipso esse suo omnes perfectiones habet.

Excluditur scđs error. Hic excluditur secundus error, talis. s. deus nō est simpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse tantum est imperfectum respectu eius quod habet eē viuere, & intelligere: sed deus habet esse tantum. ergo deus est imperfectior aliis. Maior est ex se nota. Minor vero ex dictis deducitur sic. quod est purum esse non est admistum alijs, puta viuere & intelligere, aliter esset purum & non purum: deus est purū esse: ergo non est admistus alījs. s. viuere & intelligere. & consequēter deus non habet nisi esse, quod erat probandum. Defectus huius rationis in litera nō explicatur, sed *Cap. 29.* in primo contra Genti. cap. 29 vbi declaratur ꝙ ex hac propositione, deus est purū esse subsistēs, sequitur deum esse vir perfectissimum. Et propterea notanter in tex. dicitur. (immo habet omnes perfectiones &c.) ac si dicat ꝙ ex hoc non sequitur deum aliqua perfectione carere, sed oppositum potius ex hoc cōcluditur. Est autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis, id cui conuenit esse sm totam virtutem seu potestatem ipsius esse, nulla perfectione seu nobilitate essendi caret, sed esse purum subsistens est id, cui conuenit esse sm totam virtutē seu potestatem ipsius esse: ergo esse purum subsistēs nulla perfectione seu nobilitate essendi caret. Maior declarat ex eo ꝙ omnis perfectio cuiuscunq; generis non nisi sm aliquod esse est. non enim sapientia perficit hoīem, nisi ea homo sapiens sit, nec iustitia perfectio hominis dici pōt nisi ea homo iustus sit. Si igitur omnis perfectio attendit sm aliquod esse, id. in quo tota plenitudo essendi reperitur, omnem perfectionē patet habere. & sic repugnat ꝙ id habeat esse sm totam amplitudinem suam & aliqua perfectione essendi careat. Minor vero exēplariter notificatur, sicut enim si albedo separata inueniret, nihil ei de virtute albedinis deesse posset (vt enim supra dictū est.) Ratio quare albedini huic non inest tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est, quia coaptata est receptiuo quod sm totum posse eius nō recipit eam. ita esse ipsum si receptū est in alio coartatum est ad naturae illius recipientis limites (substantiam. s. vel accidens) & consequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si vero purum & non receptū in aliqua sit natura, illimitatū & infinitum simpliciter est, & omnes perfectiones possibiles in ente reperiri simpliciter praehabet. *Nota optime.* Cum aūt audis ꝙ albedo si separata sit, omnē perfectionem posem suae speciei habet, non intelligas (vt veritatis emuli obijciūt) ꝙ negatio. s. receptionis eius in alio daret sibi illam perfectionem, sed sicut receptio albedinis est conditio ad suā requisita imperfectionē, ita negatio receptionis est cōditio suae illimitatae perfectionis comes. Vnde efficax argumentū ex receptione & separatione eius sumitur tāq; a cōditionibus necessarijs & inseparabilibus. *Habere omniū generū quid sit.* Et quoniā habere perfectiones omniū generum potest intelligi dupliciter. Vno modo in seipsis. Alio modo in aliquo superioris ordinis, ideo ad declarādum quō ipse deus, qui est ipsum esse essentialiter, habeat omnes perfectiones, dicit ꝙ deus non habet omnes perfectiones in seipsis. i. distinctas abinuicem in proprijs naturis, sicut homo habet sapientiam, iustitiam, prudentiā &c. sic enim in deo oporteret esse maximam compositionem, sed habet eas indistincte vnitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse diuinum aequiualet omnibus perfectionibus omniū generum & excedit singulas & oēs simul, vtpote res superioris & inaccessibilis ordinis. Cuius exemplum in luce solis habes, qua sola sol potest quicquid possunt omnia inferiora per tot varias qualitates propterea a philosopho & Commen. (5. metaphysi. capitulo de perfecto) dicitur ꝙ deus solus est ens simpliciter perfectum vniuersitatem perfectionum in se habens. *T. et c. 21.* Quaestio. XII.

De distinctione perfectionū attributorū in diuinis. Hic quaeritur an pfectiones existentes in ipso deo sint aliquo modo distinctae absq; omni opere intellectus. In hac qōne quinque agenda sunt. primo declarabitur titulus qōnis. scđo recitabitur opinio Sco. cum fundamentis tertio declarabitur opi. S.T. quarto impugnabitur opi. Sco. quinto respondebit argumentis in oppositum.

Perfectio simpliciter quid sit. Quo ad primū, scito primo perfectionē esse duplicem quaedā est pfectio simplr, & quaedā est pfectio in hoc vel illo. Perfectio simplr est illa, quae in suo ꝓprio ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione vt sapientia bonitas & similia. Perfectio vero in hoc vel illo est, quae in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem imperfectioni mistam, vt humanitas aequinitas & his similia. Dixi (in proprio ac formali conceptu) quia includere aliquam imperfectionem in cōceptu cōi sibi & aliis aut materiali non derogat suae pfectioni simpliciter. Sapientia. n. licet in sui generis conceptu, puta habitu seu qualitate imperfectionē dicat (potentialitatē. s.) aut dependentiam &c. quia tamen in suo fr̄ali cōceptu hoc formaliter non includit, nō prohibet quin perfectio simpliciter sit. Dixi (dicit perfectionē) propter relationē, quae in suo proprio ac formali conceptu cum nulla imperfectione nullam perfectionem sonat. Scito scđo ꝙ perfectiones esse in aliquo cōtingit dupliciter. Vno mō formaliter. Alio modo virtualiter. esse formaliter in aliquo est esse in eo, vt forma est in habente ipsam, sicut humanitas albedo quantitas & alia huiusmodi in homine sunt. Esse aūt in aliquo virtualiter est esse in eo vt effectus est in sua causa effectiua, quēadmodum calor est in sole. Poteris aūt cōprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo ex hoc vno eorum effectu pro nūc ꝙ ea quę primo modo insunt intrinsece denominānt suppositum tale. Ea aūt quae secundo modo insunt non denominant suppositum tale, vt patet, in sole qui luce dicit

lucidus, calore aũt non dicitur calidus. Amplius perfectiones eẽ in aliquo formaliter cõtingit dupliciter. Vno mõ in suis proprijs naturis distinctas & limitatas sicut in hoĩe est esse intelligere & velle &c. Alio mõ cõtingit eas esse formaliter in aliquo superioris ordinis vnitas & illimitatas, sicuti in solis luce sunt virtus calefactiua & desiccatiua & alia huiusmodi. Nec parum distãt isti duo modi inter se Longe nãq; excellentius est esse in aliquo sc̃do *[In quo stat difficultas.]* modo (vt in exẽplo dato apparet.) Quãuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo sint in deo q̃ in creaturis, quia tamen perfectiones non simpliciter sunt in eo virtualiter tantum (eis.n. non denominatur talis.) pfectiones aũt simpliciter sunt in eo formaliter & non in proprijs naturis limitatę, sed vt in re superioris ordinis realiter indistinctę & illimitatę. Ideo vertit̃ in dubium an perfectiones simpliciter existentes formaliter in deo cum reali identitate sint aliquo modo absque omni opere intellectus distinctæ Hæc de primo.

[Scot. 1. d. 8 q. 3. 8 tert.] Quo ad sc̃dm Sco in primo sen. di. 8. q. tertia opinat̃ perfectiones has esse distinctas præciso omni opere intellectus distinctione ex natura rei formaliter. Appellat aũt distinctionẽ (ex natura rei) quæ innascitur ex ipsarum rerũ natura, ita q̃ absq; omni intellectus operatione est. Formalem vero addit, quia non omnis distinctio ex natura rei est formalis, sed ea tantum, quæ ex quidditatibus seu rationibus formalibus sit Probat aũt intentum suum multis rationibus, quarum eas adducendas cẽsui, quæ ex puris naturalibus procedunt, qm̃ theologiam nunc tradere *[prima rõ.]* non intendimus &c Arguit ergo primo sic. sapientia & bonitas absolute distinguuntur formaliter ex natura rei. ergo sapientia infinita & bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei. antecedens est euidens. Consequentia aũt probatur, quia infinitas non variat rationẽ formalem eius cui additur in quocũq; enim gradu perfectionis suæ latitudinis intelligatur perfectio aliqua semper retinet eandem rationem formalem vt patet in omnibus. Si igitur sapientiæ & sapientiæ infinitæ est eadem ratio formalis, & ratio formalis sapiẽtiæ distinguitur ex nã rei a rõne formali bonitatis, necessario sequitur q̃ ratio formalis sapientiæ infinitæ nõ includat ex natura rei *[Secunda]* rationem formalem bonitatis. Præterea. distinctio præcedens rationem primi distinctiui non est per tale distinctiuum: sed distinctio naturæ & intellectus præcedit intellectionem, quæ est primum distinctiuum s̃m rõnem: ergo &c. probatur minor, quia si nulla distinctio eorum præcederet, non magis distinguerentur intellectione vt intellectio est, q̃ ea vt natura est. Quicquid enim distinguitur intellectione vt est omnino indistincta a natura di*[Tertia]*stinguitur etiam natura. Præterea. illa, quæ formaliter distincta intelliguntur intellectu intuitiuo, ergo habent distinctionem vt existentem, sed perfectiones diuinæ intelliguntur formaliter distinctæ ab ipso deo intellectu intuitiuo. ergo habent distinctionem vt existentem in eis. Talis non potest esse distinctio rationis. oporteret.n. intellectum diuinum sua intuitiõe causare aliquam relationẽ rationis in sua essentia vt existentem, quod est absurdum. igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum & abstracti*[Quarta]*uum. Minor vero est clara de se. Pręterea. deus intelligit essentiam suam vt veram, vult aũt vt bonam. ergo veritas & bonitas distinguũtur ante oẽm actum intellectus. tenet consequentia. quia distinctio obiectorũ præuenit *[Quinta]* distinctionem actuũ sicut causa effectũ. Præterea. bonitas & veritas in deo non distinguuntur ex natura rei. ergo sunt formaliter synonyma. consequens est contra te. consequentia autem probatur. quia bonitas & veritas non significant nisi ipsas puras perfectiones in re nullo modo distinctas in ea. Pręterea. inter perfectiones diui*[Sexta]*nas est ordo demonstratiuus, quo doctores vnã ex alia demonstrant. est etiam distinctio inter prædicationes formales & non formales. Dicitur enim q̃ sapientia nõ prędicatur formaliter de bonitate. est & æqualitas s̃m Au*[Cap. 3.]*gusti. 15. de trinitate igitur distinguuntur ex natura rei. Vt quid enim doctores implẽt tot quinternos si omnia *[Septima]* sunt idem formaliter. Præterea inter perfectiones diuinas ante omnem actũ intellectus inuenitur contradictio ita q̃ deus intellectu intelligit & non vult, voluntate aũt vult & non intelligit. ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei. Præterea. ad complementum do*[Octaua]*ctrinæ distinctio fundans distinctionem realem non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionum diuinarum fundat distinctionem realem emanationum diuinarum. igitur est ex natura rei. & non ex intellectus operatione &c hæc de secundo.

Quo ad tertium prætermissa trinitate personarum declarandæ sunt tres propositiones. in quibus consistit sententia. S. T. & veritatis. Prima est. In deo secundum se nulla est distinctio actualiter. Secunda est. In deo sc̃dm se est distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter. Tertia est. In deo vt terminat actum intellectus nostri est distinctio rationis actualiter. Ad euidentiam primæ propositionis sciendum est, q̃ aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in proprijs naturis, & aliud est iudicium de rationibus formalibus earũdem in re aliqua superioris ordinis formaliter existentibus. Res enim in proprijs naturis ideo secluso omni opere intellectus distinguuntur formaliter, quia se mutuo non includunt in suis formalibus rationibus. ideo aũt ratio formalis vnius non est alterius, quia quælibet earum ita est ipsa q̃ non altera verbi gratia, ideo virtus calefactiua & virtus desiccatiua in proprijs naturis distinguũtur formaliter ex natura rei, quia virtus calefactiua ita est calefaciendi principium q̃ non desiccandi & econuerso Res autem adunatæ in aliquo superioris ordinis, sicut in vna simplici re altiori inueniuntur, ita in illius vnica ratione formali formaliter adunãtur, sicq; distinctione formali ex natura rei necesse est careant: cum desit ibi talis distinctionis radix iam dicta (limitatio s. illa, qua quælibet earum ita est ipsa q̃ non altera) neutra nãq; earum cum sunt taliter vnitæ, est magis ipsa q̃ alia. Verbi gratia prosequẽdo exemplũ datum, virtus calefactiua & desiccatiua in luce solis formaliter inuentæ sicut in vna lucis natura adunantur, ita in lucis ratione formali indistinctæ formaliter sunt, ita q̃ assignata completa solaris lucis diffinitione, non sit opus vltra earum quærere diffinitiones Completa enim diffinitio solaris lucis eam in sua celsitudine, qua inferiora indistincte in seipsa præ accipit cum declaret propter adæquationem, quę debet esse inter diffinitionem & rem diffinitam virtutem eis calefactiuam & desiccatiuam manifestat quandoquidem virtus eius calefactiua non magis est ipsamet q̃ sit lux & virtus desiccatiua & econuerso. Cum aũt s̃m Dionysium 5. cap. de diuinis nominibus, perfectiones simpliciter sint in deo non ad proprias naturas definitæ sed ad ipsius esse illimitationem eleuatæ, consequens est, vt sicut oẽs in vna simplicissima re formaliter adunantur, ita in illius simplicissima ratione formali indistinctæ formaliter sint. & sicut sapientia diuina non magis est sapientia q̃ bonitas & veritas & ipsum eẽ diuinum & ecõtra ita ratio formalis ipsius esse diuini nõ magis includit ipsum esse q̃ sapientiam & bonitatẽ. (Si enim adæquata diffõ illius rei simplicissimæ, quæ Deus est, daretur) in illa vnica ratione formali, quicqd est deus includeretur formaliter: aliter diffinitio celsitudinẽ diffiniti non adæquaret. vnde & ipse deus gloriosus, qui seipsum per modum sui intelligit, vnicam tantum rationem formalem format (verbum. s.) Potes ergo super hęc arguere sic. quæcunque formaliter adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipsius dei non distinguuntur formaliter ex natura rei, sed perfectiones diuinæ secluso omni opere intellectus adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipsius. ergo &c. probatur minor quia nõ magis adunantur virtutes qualitatum inferiorum in luce solari q̃ perfectiones simpliciter in deo. sed illæ adunantur formaliter, vt ex se patet, & ab aduersarijs conceditur. ergo &c. probatur maior quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito. Secũdo principaliter pro prima *[2. ratio]* propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei: fundat̃ sup actuali oppõne ex natura rei: sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei: ergo. maior habetur ex. 10. metaphysi. tex. commen. *[T. c. 24]*

24. minor probatur inductione. ꝙ enim ibi non sit oppositio contradictoria neque priuatiua formaliter, ex eo patet, ꝙ vtriusq; oppositionis alterum mēbrum est formaliter negatio, quā ponere in deo formaliter nefas est. sufficit ꝙ sit ibi negatio fundamentaliter, quoniā distinctio actualiter exigit actualiter oppositionem. oppositio aūt actualiter exigit extrema actualiter, vt patet regulariter de omni oppositione. Quod autem nō sit oppositio inter eas contrarie patet ex eo ꝙ alterū contrariorū sem-
T.c.16. per est defectiuum. 10. metaphy. tex. com. 16. Quod vero non sit oppositio relatiua inter illas ex se manifestum est. Nec obstat ꝙ ex hoc sequi videtur ꝙ in deo nō sint multæ perfectiones, sed vna tm̄, pura deitas. verissimum .n. est ꝙ deus ipse nō est nisi vna perfectio illimitata, omnino præhabens in se multiplicatas & multiplicabiles in
Ca. 1 q. 2. circ̄a 1. alijs perfectiones omnes. Ad euidentiam tam scdæ q̄ tertiæ propōnis nota ꝙ (vt in quadam quæstione supra diximus) sicut res illa simplicissima, quā deum dicimus, est id, cui assimilantur omnes perfectiones simpliciter in proprijs naturis existentes, ita est id, cui assimilantur oēs conceptus formales earum, cum nihil aliud sint q̄ ipsæ perfectiones in esse intētionali. Ex hoc aūt ꝙ deus terminat conceptiones has, vt obiectū in eis intellectū, necesse est deum ipsum omnium earum correlatiuū intelligi pluribus relationibus rationis s̄m earū numerum, sicq; distinctionem in se rationis actualiter habere, ita vt deus obiectus pluribus conceptionibus seu rationibus formalibus dicatur habere in se distinctionem rationis formalē actualiter (obiectiue tamen) & propter pluritatem conceptuum formalium, quibus obijcitur. & propter pluralitatem relationum rationis, quibus refertur seu referri intelligitur ad perfectiones prædictas, tam in esse naturali q̄ in esse intētionali. Ex eo autem ꝙ in deo secluso omni opere intellectus est, vnde causare & terminare possit cōceptus prædictos: dicitur habere in se distinctionem rationis virtualiter seu fundamentaliter. Habet autē hæc deus ipse ex summa & illimitata sui pfectione: cuius sicut nulla creatura est capax in esse naturali, ita nullus intellectus creatus in esse intētionali quicunq;. n. intellectus creatus (etiā videns deum per essentiam) impotēs est ad formandum conceptū vnum diuinæ adæquatum perfectioni.
Probatur 2. propō. Vnde pro secunda ꝑpositione argue sic, Omne habēs in se vnde causare & terminare ac verificare obiectaliter possit distinctas rationes seu conceptiones formales habet in se distinctionem rationis virtualiter secluso omni
Probatur 3. propō. opere intellectus: deus gloriosus est hmōi. ergo. Pro tertia vero propositione argue sic. Omne terminans plures conceptus formales habet in se actualiter distinctionē rationis, deus est huiusmodi. ergo &c. Hæc de tertio.

contra Scotū arguitur. 1 Quo ad quartum arguitur contra Sco. tripliciter. Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali: ergo perfectiones diuinæ non distinguuntur formaliter ex natura rei. cōsequētia tenet. & aīs ꝓbatur sic. Distinctio per intimiora est maior illa, quæ fit per ea, quæ sunt extra intima rei: distinctio formalis ex natura rei est per maxime intima rei, distō autē realis per ea, quæ sunt extra intima rei ergo &c minor patet ex Sco. in. 1. sen. dist. 1. dicente ꝙ distinctio forma-
1 di. 1 q. 4. (solutio 1. q. ubi propo sui circa. um. lis ex natura rei fit per prædicata primi modi, quæ insunt rei in primo signo, distinctio autem realis fit per ea quæ insunt post Maior probatur. distinctio per aliqualiter intima est aliqualiter distinctio: distō per magis intima est maior distinctio: ergo distinctio per maxime intima est maxima distinctio. Si. n. simpliciter sequitur ad simpliciter & magis ad magis: maximū necessario sequit̄ ad ma-
Secundo ximum &c. Secundo arguitur sic. perfectiones diuinæ abstractæ abstractione præcisissima, sunt formaliter infinitæ: ergo sunt idem formaliter ex natura rei. Antecedens
Sco. 1. d. 8. q. 1. primū principale. est Sco. in primo sen. dist. 8. q. 1. in responsione ad argumentum principale. cōña probatur supponendo secundū duplicem infinitatem (in responsione ad primum declarandam) dupliciter posse intelligi illud antecedens. s. de infinitate infra propriam rationem, & de infinitate infra entis latitudinem: tunc sic, aut intelligis illud antecedens verificari de infinitate prima, & hoc nō, quia nullum prius includit formaliter suum posterius, perfectio aūt diuina, puta sapientia, est prior infinitate illa, quia modus eius intrinsecus est &c. Aut intelligitur de secunda infinitate, & tunc sequitur intentum, quia si sapientia diuina præcise & formaliter sumpta est ita infinita, ꝙ ad nullā entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata oportet ꝙ infra suæ rationis formalis ambitum omnem perfectionem simpliciter contineat, & ꝙ nullam a ratione sua perfectionem formaliter excludat. & cōsequenter ꝙ a nulla formaliter distinguatur ex natura sua statim. n. ꝙ ab alijs perfectionibus distingui ponitur. coartata formaliter infra entis ponitur latitudinem, qđ est oppositum antecedentis sic intellecti. ponitur enim talem & tantā entis perfectionem formaliter importare, ita ꝙ nō omnem. Verbi gratia ponitur ꝙ sapientia formaliter ex natura sua eā perfectionem ponit, quam enti sapientia addit, ita ꝙ nō eam quam iustitia sua bonitas enti addit &c.

Tertio sic. perfectiones diuinæ distinguuntur formaliter ex natura rei. ergo inter eas est relatio realis. tenet consequentia quia distinctio illa cum sit relatio existens in rerum natura necesse ē ꝙ sit realis, sicut & quodlibet aliud existens in rerum natura reale est. consequens autem est contra Auicen. dicentem ꝙ eiusdem ad seipsum non est relatio realis. *Tertio* *3 met. 10*

Quo ad quintum pro responsione ad primum destructionem Scoti fundamenti nota ꝙ aliquid esse infinitum contingit dupliciter. Vno modo s̄m propriam rationē. Alio mō secundū ꝙ ens, seu simpliciter illud est infinitū s̄m propriam rōnem quod nullis suæ proprie latitudinis clauditur terminis, licet sit ad talem entis gradum definitū, ꝙ non oēm essendi perfectionem habeat illud vero est infinitum s̄m ꝙ ens seu simpliciter quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur, sed omnē habet perfectionem essendi. Exemplū in quantitate molis: quantitas si daretur infinita, esset s̄m quantitatis rationem infinita. esset. n. infinita quantitas, non tamen esset secundum esse infinita. esset nāq; ens finitum & limitatum ad quantitatis genus Similiter in quantitate virtutis Albedo si esset infinita intensiue esset infinita s̄m propriam rationem. esset enim infinita albedo, non tamen esset infinitum ens, quia ad speciem esset definita. Non parui autem refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima enim infinitas cum atēdatur penes ea, quæ infra rei illius latitudinem sunt, rationem rei formalem in ea, qua inuenit formali limitatione relinquit, vt patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas, quia attenditur penes ea, ad quæ totius entis latitudo se extendit, rem & eius rationem formalem illimitat & eleuat ad hoc vt ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis, & nō magis sit ipsa q̄ quæcunque alia perfectio simpliciter, ac per hoc distinctionē & formalem limitationem qua ab alijs formaliter ex natura rei absolute sumpta distinguebatur cū comitari non sinit. Ad propositū ergo descendendo dico ꝙ licet sapientiæ & sapientiæ infinitæ prima infinitate sit eadem omnino ratio formalis, tamen sapientiæ infinitæ secunda infinitate est lōge altior ratio formalis. Cōcludit. n. in sua ratione formali omnem perfectionē simpliciter. & sic cū in deo sint pfectiones oēs infinite scda infinitate, oportet oīum vnam esse simplicem rationē formalem. Ad argumentum sub quacunque forma fiat, respondeatur, attendendo æquiuocationem infinitatis, quoniam vt dictū est, infinitas prima est illa, quæ nō variat rōnem formalem, & quæ attenditur penes gradus perfectionales ꝓprie latitudinis rei, non aūt secunda. Vnde si perfectiones diuinæ non essent infinitæ nisi prima infinitate argumentum concluderet, quia autem habent secundam ante omnem actum intellectus, ideo nihil concludit. Nec obstat ꝙ forte infinitas prima cuiuscunque perfectionis simpliciter inferat secundam: sufficit. n. ꝙ ratione distinguantur, vt aliquid secunda fiat ꝙ nō prima. *Nota optime duplex infinitas.* *optime solutio.*

Similiter non obstat, si quis perfectiones cōitissimas, puta esse bonitatem & similes &c. vtranq; infinitatem habere negaret: nesciens in eis imaginari primam, propterea ꝙ propria latitudine careant. hoc enim magis nostro fauet proposito, quoniā si vtrāq; infinitatē habens (quod

alibi discutiendum est) distinctione supradicta opus est. Si autem secundam tantum absq; distinctione aliqua negandum est esse & esse infinitum habere oĩno eandem rationem formalem, & sic ruit totum scoticum ædificium.

Ad scdm Ad secundum loquendo de distinctione actuali quacunq; negatur minor. Et ad eius probationem dicitur negãdo omnia assumpta. Sufficit enim ad hoc ꝙ aliqua distinguantur intellectione vt intellectio est, & non natura distinctio rationis fundamentaliter inter naturã & intellectionẽ. Vnde qñ dicitur, qcquid distinguit̃ intellectione vt oĩno indistincta est a natura, distinguitur etiã natura: distingue (ly indistincta) actualiter vel fundamentaliter. Et primo modo dic esse falsum. Secundo modo verum, sed tunc negato minorem subsumendã. s. sed intellectio & natura sunt indistinctæ fundamentaliter ante omnem actum intellectus. habent. n. distinctionem rõnis fundamentaliter (vt declarauimus.) *Ad tertiũ* Ad tertium negatur minor. licet. n. deus intueat̃ pfectiones suas ab æterno distinctæ, non tñ ab æterno distinctas actualiter. Licet ponere distõnẽ rationis actualiter causari per actũ intellectus diuini, non sit a pħia alienum. *Ad quartũ* Ad quartum negatur cõsequentia. Sufficit enim ꝙ obiecta intellectus & voluntatis prædistinguantur fundamẽtaliter, nec est opus distinctione actuali pro tunc, sicut nec intellectus & voluntas dei pro tunc distinguuntur nisi fundamentali distinctione rationis. *Ad quintũ* Ad quintum negatur consequentia. Synonymeitas enim cum sit passio nominum, non attenditur penes identitatem rationis formalis rei s̃m se, sed penes identitatem cõceptus formalis seu mentalis. voces. n. sunt notæ earũ, quæ sunt in aĩa passionum. vnde cum veritas & bonitas dei habeant diuersos conceptus in nobis non sunt synonyma. Ad probationem ergo dicitur ꝙ licet significent eandem rem formaliter s̃m se, & solum illam vt rem significatam, tamen significant etiam distinctẽ cõceptus mentales vt rationes significandi, & hoc destruit *Ad sextũ* synonymeitatem (vt dictum est.) Ad sextũ dicitur ꝙ ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter cum distinctione rationis actuali ex parte nostri Loquimur enim vt concipimus. Formamus autem distinctos conceptus, quorum vnus ex alio oritur, & de alio non prædicatur, & habet aliquam habitudinem quam alius non habet. Et ideo demonstrationes prædicationesq; formales & idẽtitas facimus. Negamusq; de deo sub vno cõceptu, quod affirmamus de ipso sub alio. Implent ergo libros doctores balbutiendo vt possunt excelsa dei humano more resonantes simplicissimam illam rationem formalem, omne quod in deo est formaliter complectentem, non nisi particularis conceptibus inspicere, tradereq; potentes, & non propter distinctionem, quæ ibi sit ex natura rei. Equalitas autem inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus non est nisi fundamentalis nõ excessus inter se, qui inter *Ad septimum.* eas virtualiter tantum distinctas saluatur. Ad septimũ dicitur ꝙ quia ante omnem actum intellectus non inuenitur contradictio formaliter, sed fundamentaliter tantũ quia alterum cõtradictorium est formaliter negatio quę non est nisi per opus intellectus, ideo sufficit pro tunc inueniri distinctionem rationis fundamẽtaliter, quod con*Ad octauũ* cedimus, nec aliud exigitur. vt patet de se. Ad vltimum dicitur ꝙ emanationes diuinæ distinguuntur & realiter & formaliter. & licet distinctionis formalis earum fundamentũ sit distinctio intellectus & voluntatis, non tamen distinctionis realis earum, non. n. ideo processiones diuinæ distinguuntur realiter, quia altera est ab intellectu, altera a voluntate, sed quia habent realem oppositionem re*De trini. cap. 12.* latiuam (vt Boethus tradit.) Falsum ergo assumitur ꝙ. s. distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionẽ realem emanationum diuinarum. Ad fundandam autẽ distinctionem formalem inter eas sufficit distinctio formalis fundamentalis inter intellectum & voluntatem, sicut etiam ipsæ processiones diuinæ non distinguũtur formaliter ex natura rei, seclusa distinctione reali, sed distinctione rationis virtualiter tantum ante omne opus intellectus, ita ꝙ absq; reali oppositione relatiua non magis distinguunt̃ ex natura rei q; intellectus & voluntas.] Potest autem breuius ad hoc & similia argumenta dici, ꝙ *Alia solutio breuis et optima.* in diuinis est ante omnem actũ intellectus distinctio formalis non formaliter, sed virtualiter. i. eminenter contenta hoc modo, quia quodlibet diuinum propria exequitur, ac si esset distinctum formaliter ab alio. Intellectus. n. ita intelligit & non vult, & voluntas ita vult & non intelligit, ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectũ & voluntatẽ, & sic de aliis. Fundatur autẽ talis modus habẽdi distinctionem formalẽ supra deitatis eminentem vnitatem formalem formaliter, & sufficit ad omnia saluãda, quæ per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur, quia illi eminenter æquiualet.

Secundo modo inuenitur essentia in substantiis creatis intellectualibus, in quibus est aliud esse quam essentia ipsorum, quãuis essentia sit sine materia, unde esse earum non est absolutum sed receptum, & ideo limitatum & finitum ad capacitatem naturæ recipientis. sed natura uel quidditas earum est absoluta non recepta in aliqua materia, & ideo dicitur in libro de causis q. intelligẽtiæ sunt finitæ superius: & infinitæ inferius. Sunt enim finitæ quantum ad esse suum quod a superiori recipiunt, non tamen finiuntur inferius, quia earum formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materiæ recipientis eas, & in talibus substantiis non inuenitur multitudo indiuiduorum in una specie, ut dictum est, nisi in anima humana propter corpus cui unitur.

In hac secunda parte capituli huius de essentiis substantiarum intellectualium creatarum, quæ in secundo ordine collocantur, quatuor propositiones colligit. *In cap. 5.* Prima est, in substantiis intellectualibus creatis eẽ est aliud ab essentia. Secunda, in eis non inuenitur materia. Tertia, eẽ earum est finitum, essentia autem infinita. Quarta, nulla earum multiplicabilis est numeraliter nisi vltima, anima. s. humana. Prima & secunda tanq; declaratis omissis, tertiam explanat ratione & auctoritate. Ad rationis autẽ euidentiam est notandum, ꝙ actus finitur per potentiã, in qua recipitur, & potentia finitur per actum, quem recipit (diuersimode tamen.) Quod enim est in potẽtia nõ est determinatum, sed determinabile per actum, ad quẽ est in potentia. cum aũt ipsum receperit ab eo formaliter finitur. Similiter actus s̃m essentiam suã receptibilis est in *Actus finit potentiã, potentia finit actum.* hoc vel illo, & cõsequenter determinabilis ad hoc vel illud subiectum. Cũ vero receptus est in hoc, iam non remanet in eo amplitudo & indefinitio ad hoc vel illud. est enim ad hoc determinatus. Est ergo duplex finitas & duplex infinitas altera. s. ex parte actus, altera ex parte potentiæ. sed infinitas ex parte potentię imperfectionem sonat, cum sit per carentiam actus potentiam finientis. Infinitas autem actus perfectionem maximam dicit, cum sit per carentiam potentiæ actum finientis. In cuius signũ formæ s̃m rem non receptæ in aliquo, longe perfectiores sunt formis receptis vt patet. Cum ergo esse substantiarum intellectualium sit receptum in earum essentia, cõsequens est ꝙ sit finitum eo modo quo actus finitur per potentiam. vnde & contractum & limitatum est ad genus sui receptiui, naturæ. s. cuius est. Quia vero essentia earum non est recepta in aliquo cum sit forma nõ recepta consequens quoq; est ꝙ sit infinita infinitate se tenẽte ex parte actus, non est enim determinata ad capacitatẽ alicuius materiæ ipsam recipientis sicut sunt formæ rerum materialium. *Probatur 3 propõ.* His prælibatis formetur ratio sic. Id, cuius esse est receptum, forma autem irrecepta habet esse finitũ essentiam autem infinitam: intelligentiæ sunt huiusmodi. ergo. Et nota ꝙ in ratione hac sermo est semper tã de finitate q; de infinitate se tenẽte ex parte actus. Tali enim finitate esse intelligentiarum finitum est, & tali infinitate earum essentia est infinita. si enim loqui volumus de finitate se tenente est parte potentiæ earum essentia finita inuenitur, eo ꝙ potentia in eis est terminata per actum essendi. Confirmatur autem hoc auctoritate libri de causis. vbi dicitur ꝙ intelligentiæ sunt finitæ superius, & infinitæ inferius: qeia esse earum, quod est supremam in eis, est receptum, essentia vero ꝙ infimum est nõ est recepta

& quia essentia earum vt respicit id quod est supra se formaliter, ipsum.s. actum essendi est finita recipiẽdo ipsum, vt autem respicit id quod est infra se, mãm.s. est infinita, vtpote non recepta in ipsa &c. Aduerte b ad multorũ supradictorũ intelligentiam, & vt euites errorem eorũ, qui horũ fundamentũ nõ intelligẽtes, dicũt, q si eẽ ideo est infinitũ simplr, vt supra diximus, qa in nullo receptũ est, cũ essentia tã subarum immaterialiũ q̃ compositarũ in nullo penitus recepta sit: erit infinita simpliciter, quod est ridiculum. vnde ex irreceptione infinitatẽ arguere valde leue videtur. Scito igitur põnem hanc fundari super hac propõne. Omnis res sm suum ordinem receptibilis in alio, realiter recepta est infinita infinitate opposita finitati, quam res sui ordinis recepta contrahit. Dixi (sm suũ ordinem receptibilis in alio) propter cõposita & mãm, quæ i tota sua latitudine irreceptibilia sunt. Dixi (est infinita infinitate opposita &c.) quia sicut non quodlibet receptibile est in quolibet, sed quilibet actus habet ꝓpriũ
T. cõ. 24. & 26. receptiuũ, vt habetur in. 2. de anima tex. com. 24. & 26. ita non ex qualibet receptione sequitur quælibet finitas, sed determinata ex determinata & per oppositum ex tali irreceptione talis infinitas opposita.s. finitati, quã (si recepta esset) res illa contraheret. Verbi gratia, albedo, cũ sit receptibilis in subiecto, si ponatur irrecepta erit infinita, non quacũq; infinitate, sed ea, quæ opponitur finitati quam in subiecto habet. In proposito ergo tam esse quã forma sm suum ordinẽ receptibilis rationem habet (neutri enim recipi repugnat) sed in alio & alio receptiuo. receptiuum enim propriũ ipsius esse, est quidditas seu suppositum. formæ vero est materia. Et ideo sicut alterius rationis est receptio formæ in materia a receptione esse in essentia (vt supra ostendimus) ita alterius rationis est fini-
Ca. 5. in. 3. par. eiusdẽ capituli in pri. hic im me, supra. tas formæ per materiã a finitate esse per essentiã, licet conueniant in hoc q vtraq; est per modum, quo actus finit per potẽtiã, & similiter diuersarũ rationũ oportet esse infinitatem, quã forma sortitur ex hoc q est irrecepta in materia, & infinitatem, quã esse sortitur ex hoc q in qdditate nulla est receptũ. Forma nãq; ex hoc q recepta in materia infra ipsam clauditur, amplitudinẽ suam, qua ad hoc vel illud particulare est indefinita, amittit: & ideo ex hoc q separata a materia est, non aliter est infinita nisi qa ad nullius materiæ capacitatem coartata eius terminis caret. Esse autẽ, quia ex hoc q recipitur in aliqua qdditate ad illius genus & spẽm coartatur, si irreceptũ ponatur ad nullum genus definitum erit, & consequenter cuiuslibet generis terminis carẽs simplr infinitum. Habes ergo dubij solutionẽ ex hoc, q non dicimus omne irreceptũ infinitum, sed rem sm suum ordinẽ receptibilem irreceptã & ex hoc q non dicimus omnem rem sm suũ ordinem receptibilem irreceptam esse eodẽ modo infinitũ, sed diuersimode. ex primo.n. patet q substantia cõposita nullam infinitatem ex sua irreceptione habet. ex secundo vero q essentia intelligentiæ, quæ clauditur in ordine formæ cum sit pura forma separata a materia, & nõ sit ipm esse, ex sua irreceptione in materia est Infinita, sed non simpliciter &c. & q esse diuinũ, quod sub ipsius eẽ ordine concluditur ex sua irreceptione in quidditate, seu essentia est infinitum simpliciter. Habes & hinc vnde Scotistarũ et Scoti (eorũ iudicio) pctm̃ deprehẽdas in primo sen di. 2. q. 2. vbi ab eis imponitur. S. Tho. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam Dei infinitatem: quæ est talis. forma finitur per materiam, ergo forma, quæ non est nata esse in materia est infinita. Iam enim nosti qualem infinitatem ratio hæc concludat, & q infinitas dei altiores negat terminos secundum sanctum Tho. Vnde aduertas triplex ibi peccatum. Primum est, q ratio prædicta ad concludendam infinitatem simpliciter assumpta a nobis dicitur, cum apud nos non concludat nisi infinitatem secundum quid. Secundum est, q ratio prædicta secundum fallaciam consequentis sophisma asseritur, quia forma prius natura est finita in se quã finiatur per materiam,
T. cõ. 31. sicut illud (tertij physicorum) corpus finitur ad aliud corpus ergo si nõ est finitũ ad aliud corpus est infinitũ Manifeste enim patet error. quia, cum dicitur, forma finitur per materiã, ly, per denotat tãm præcisam finitatis secundum quid supradictæ. non enim forma sm se est tali modo finita, cum sm se sit indeterminata ad hanc vel illam materiam, & ideo bene sequitur, ergo forma, quę nõ est nata recipi in materia, est infinita sm quid. Si enim affirmatio est præcisa causa affirmationis, negatio erit causa negationis. non est aũt talis processus tertij physicorum, quia corpus non finitur per aliud corpus causaliter, & præcise. Tertium est q inficiari conatu aliud supradictũ vbi supra.
.s. q essentia intelligentię est finita superius per suum esse. Contra. inquit, esse est posterius essentia, & accidens eius apud vos ergo essentia intelligentiæ in primo signo naturæ videtur infinita intensiue, & consequenter non finibilis per esse in secundo signo. Ad hoc siquidem dicit q licet esse sit posterius essentia ordine generationis et accidens eius.i. extra conceptum formalem, tamen essentia in illo priori est finita simpliciter, per hoc q est receptiua ipsius esse, & non est ipsum suum esse &c. sicut enim per hoc q essentia est ipsum esse est infinita simpliciter (vt patet in deo ex dictis) ita per hoc q essentia non est suũ esse non est infinita simpliciter iuxta maximam illam, si affir
matio est causa affirmatiõis &c. Quia ergo in omni prio 1. posteriorũ T. c. 30.
ri essentia intelligentiæ est fundamentaliter receptibilis ipsius esse, & ab hoc abstrahi non potest, licet nõ in omni priori habeat illud, sequitur q sit simpliciter finita p suũ esse.i per hoc non est suũ esse, sed illo actuabilis vel actuata est &c Sic enim intelligitur cum dr̃, q essentia intelli
gentiæ finitur per suũ esse. Quarta propositio quo ad cap 5. q 2.
primam partẽ superius discussa relinquat. Quo ad secundam vero, q.s. aĩa intellectiua, quæ est vltima inter sub
stãtias intellectuales sit multiplicata numeraliter eget ma plicatur, q
gna cõsideratione. in textu aũt assignatur ꝓ causa huius vnio eius ad corpus. omnis enim forma sic vnita corpori, quæ dat ei esse formaliter, necessario multiplicatur sm multiplicationẽ illius, alioquin plura corpora haberent idem esse numero. ab vna.n. forma nõ prouenit nisi vnũ numero esse subale, & merito ex vnione ad corpus anima multiplicari numeraliter dr̃, quia distinctio numeraliter, cum non sit formalis, oportet q sit sm quantitatẽ
(vt supra declaratũ fuit) sm q̃titatẽ aũt esse nõ posset talis capo. 3. q. 5.
distõ in anima. si forma non esset rei quantę (vt intelligen ca. 5. q 2.
tiæ ostendunt.) Efficax ergo ratio ad concludendam pluralitatem numeralem animarũ est coniunctio ipsius animæ ad corpus numeraliter multiplicatum.

Et licet indiuiduatio eius ex corpore occasionaliter dependeat quantum ad sui incboationem, quia non acquiritur sibi esse indiuiduatum nisi in corpore, cuius est actus, non tamen oportet ut destructo corpore indiuiduatio pereat, quia cum habeat esse absolutũ ex quo acquisitũ est sibi esse indiuiduatum ex hoc facta est forma huius corporis illud esse semper remanet indiuiduatum. & ideo dicit Auicen q indiuiduatio animarum & multiplicatio dependet ex corpore quantum ad sui principium sed nonnunquam ad sui finem.

Hic obiectio quædã cõtra quartam ꝓpõnẽ excludit quæ talis est Forma multiplicata ad multiplicationẽ corporis destructis corporibus nõ remanet in sua multitudine: anima humana est multiplicata ad multiplicationem corpis: ergo nõ possunt remanere multæ aię humanę destructis corporibus &c. ꝓcessus bonus cõclo aũt falsa est ergo altera præmissarũ. nõ maior vt ꝓbat. ergo minor, quæ fuit quarta ꝓpõ. maior ꝓbat ex eo q remota cã remouet effectus. Si ergo cã multitudinis aĩarũ ẽ ipsa multitudo corporũ, remota multitudine corporũ remouebitur & multitudo aĩarũ. Excludit aũt hęc obo in litera declarãdo formas duplr plurificari ad plurificationẽ corporũ.s. cũ dependentia a mã, & sine depẽdẽtia ab illa & primæ quidem destruunt destructis corpibus, scdæ vero remanẽt, eo q nõ nisi occasionalr eorũ indiuiduatio a corporibus est. de harum aũt numero est anima intellectiua.

Ad horũ euidentiã nota primo, q idẽ est iudiciũ de eẽ & vnitate & multitudine rei quo ad depẽdentiã & independentiã, ita.s. q cuius esse a materia non dependet, nec eius vnitas, nec multitudo a mã depẽdet. Cuius autem

esse a

esse a materia dependet, tam vnitas q̃ pluralitas eius etiã ab illa dependens est vnũ.n. et multa entis passiones sunt. nota secundo, q̧ formæ sunt in triplici differentia. Quędam fiunt in materia & educuntur de potentia materiæ vt formæ materiales. Quædam fiunt in materia, sed nõ educuntur de potentia materiæ, vt anima intellectiua, quæ venit de foris. Quædam nec fiunt in materia, nec educuntur de potẽtia materiæ, vt formæ separatæ a materia, intelligentiæ s. Nõ potest autem dari quartum genus earum, quæ educantur de potentia materiæ & non fiant in materia, quia implicat vt de se patet. Et illæ quidem, quæ nec educuntur de potentia mãæ, nec fiunt in ea omnino indepẽdentes & separatæ sunt a materia & in multiplicabiles numeraliter (vt supra probatum fuit.)

Tribus formarum diuersitas. *2. de ge ani malium cap. 3.*

C. 5. q. 9. cõmunium inter se. Primæ vero & secundæ, quia cõueniunt in hoc q̧ fiunt in materia, habent & hoc eõe, q̧ oportet vtrasq; esse coaptatas & proportionatas suis receptiuis materiis, in quibus fiunt proprios.n. actus oportet in propriis fieri materiis, vt dicitur secundo de aia t. c. 24. & 26. Forma nãq; leonis debet esse cõmensurata corpori leonino, ita q̧ non equino, & huius leonis forma oportet q̧ sit cõmensurata huic corpori leonino ita q̧ nõ illi &c. Et ex hoc ãñr conueniunt ita in hoc q̧ vtrasq; oportet simul multiplicari cum propriis corporibus. Quæcũque enim oportet esse inuicem coaptata & proportionata simul recipiũt multitudinem & vnitatem, vt patet discurrendo in singulis. semper.n. multiplicationem formarum in vna spẽ comitatur multiplicatio corporum in illamet spẽ et econuerso. aliter vel vna forma esset in diuersis materiis, vel diuersæ materiæ sub vna forma, quorum vtrũq; est impossibile.

T. cõ. 24. & 26. *Qua non forma mul tiplicantur ad corporũ multiplicatio nem.*

Differunt inter se. Ex eo vero q̧ primæ formæ educuntur de potẽtia materiæ & non secundæ differũt inter se in hoc q̧ primæ habent esse dependens a materia sicut a cã materiali earum esse causante & sustentante, secundæ aũt habent esse excedens eorum mãe capacitatẽ & independens ab ea, vtpote non causate ex illa. Et ex hoc ãñr differunt secundo, q̧ primarum tam vnitas q̃ multitudo a mã dependẽs est sicut & esse, & iõ sicut destructis corporibus ipsæ destruũtur, ita vnitas & pluralitas earũ. Secundarum vero tã vnitas q̃ multitudo independens est a materia sicut & esse, & iõ sicut destructis corporibus earũ esse remanet, ita vnitas et pluralitas. Et hoc est qd' hic intendit S. T. dicens (diuidationem animç) i. vnitatem eius. Et silr intelligendũ est de pluralitate occasionaliter ex corpore depẽdere. dependet enim hoc mõ, quia fit in corpore, non aũt ita q̧ educatur de potentia corporalis materiæ, & hoc est q̧ subdit (quia non acquirit illud nisi in corpore) & rõnem addit (quia cum habeat esse absolutũ. i. independens a corpore, corrupto corpore absq; illo remanere põt & ideo Auic. dicit indiuiduationem aiæ ex corpore in sui initio dependere, non aũt in fine) quia. (non fit nisi in corpore. Potest aũt esse & de facto est post mortem sine corpore. Et sic soluta est obiectio facta, qa maior est falsa de secũdo ordine formarum, qualis est anima humana. Ad probationẽ eius iam patet quid dicendum, quia corporum multiplicatio non est proprie causa, sed occasio & non nisi in fieri multitudinis animarum, cessante autem causa in fieri nõ cessat effectus quo ad esse.

Quæstio. XIII.

De indiuiduatione animæ intellectiuæ Sco. 2. d. 3. q. 7. in c. q. quoli. q. 2. parum post principiũ primarãtio secundarũ. Circa indiuiduationem aiç intellectiuç, per qd' s. indiuiduetur. In hac q. facienda sunt tria. Primo reci tabitur opinio Sco. Secundo declarabitur opinio S. Tho. Tertio rñdebitur argumentis in oppositum, quo ad primum Sco. in secundo sent. dist. 3. q. vlt. & in quolib q. 2. sequens positionem suam de heccheitatibus tenet animam (sua propria heccheitate) indiuiduari. Arguitq; sic contra S. Tho. eo primo, quo aliquid ex in actu extra causam & intellectum, eo primo est hoc: sed aia sicut & quælibet entitas præcipue absoluta seipsa primo est in actu extra causam & intellectum. ergo anima seipsa primo est hæc. Maior probatur. quia vniuersalitas siue esse non hoc non conuenit rei nisi in intellectu. Minor patet ex eo q̧ res seipsa primo recedit a non esse. Præterea ois distinctio formalis seu nõ per materiam est specifica per se: animæ intellectiuæ distinguuntur formaliter seu non per materiam. ergo distinguuntur specifice. conclusio est falsa, ergo altera præmissa: non minor quia animæ intellectiuæ separatæ carent materia ergo maior, quæ est fundamentum positionis tuæ. Q. si dicas q̧ animæ habent inclinationes ad diuersa corpora, et per has distinguunt.

Contra. Aia prius natura est terminus creationis, qui vt talis formaliter est hoc q̧ vniatur materiæ, ergo prius natura aia est hæc q̃ vniatur materiæ: ergo anima indiuiduatur, & non per vnionem ad corpus. antecedens probatur sic. prius est qd' potest esse sine alio. & aliud nõ sine illo ex. 5. meta. t. c. 16 anima non solum fm essentiam, sed etiam fm existentiam põt esse sine vnione ad materiam, non autem absq; hoc sit terminus creationis & hic. ergo anima est prius natura terminus creationis & hæc q̃ sit in materia. Si dicatur, q̧ aia non est hęc per actualem vnionem seu exñtiam in materia, sed per aptitudinem essendi in illa. Contra. hoc non euadit difficultatem, quia nã absoluta est prius nã ipsa sua aptitudine: quia. n. aia est hæc, ideo habet hanc aptitudinẽ ad hoc & illi repugnat &c. vt arguatur sic. q̧ conuenit vni & repugnat alteri eiusdẽ speciei non conuenit p se huic fm id qd' eõe est istis, vel saltẽ præexigit eorum necessario distinctionẽ. s. huius ab illo: sed hęc aptitudo conuenit huic aiæ, & repugnat illi: ergo necessario præexigit distinctionẽ huius ab illa, igitur non indiuiduantur aptitudinibus. Confirmatur rõ aptitudinis formali loquendo nõ est ad se, nec est rõ entis in actu. ergo non põt esse indiuiduatiuum principium aiæ. Añs probatur pro prima parte qa si esset ad se, posset intelligi non ad aliud vt ad terminũ, q̧ est falsum. Pro secũda parte quoq; probatur, quia qd' necessario exigit aliquid nõ existens ipsum est non exñs in actu: aptitudo autẽ est ad terminum non exñtem: ergo eius rõ non est ratio entis in actu. ɔña patet, quia distinctio relatiua prçsupponit distinctionem absolutam: quia n. aia est hæc, ideo habet hanc aptitudinem & non econtra. & quia hçc aia est singularis singularitate actuali siue in actu, nõ est hęc aptitudine ad hoc corpus. Hæc sunt, quæ isti in hac re sendunt.

T. cõ. 16.

Nos aũt peripatetica fundamenta sequentes aiam indiuiduari cõmensuratione subali ad hoc corpus dicimus, & hanc aiam & illam distingui cõmensurationibus suis ad hoc & illud corpus, probationes aũt huius supra adductę fuerunt cũ deductum fuit distinctionem numeralẽ non nisi a q̃titate originari posse. Vñ nunc sufficiet declarare qñõ su hoc q̧ dicimus. Commensuratio dupl'r iũmitur. Vno mõ pro relatione commensurationis. Alio modo pro ipsa subali coaptatione rei. primo modo commensuratio est res respectiua essentialr, & in genere relationis. secundo mõ est res absoluta, & de prædicamento rei commensuratæ: est. n. idem essentialr qd' ipsa, sed differens ab ipsa sola rõne, & silr dico de inclinatione aptitudine, coaptatione, sigillatione, & similibus, quç ad exprimendum propositum assumunt. Absolutum quoque pro nunc sumitur dupl'r. Vno mõ a termino, & sic dicimus subãm q̃titatem & qualitatem esse entia absoluta, alio mõ a receptiuo seu subto, & sic nullum prædicamentorum accñtium est absolutũ, sunt. n. essentialr receptibilia in suba. Cum ergo dr, q̧ aiæ suis cõmensurationibus indiuiduantur intelligendũ est cõmensurationibus substantialibus, q̃ sunt res absolutæ a terminis, & si nõ a receptiuis & non cõmensurationibus, q̃ sunt relationes &c. Sicut nãq; de essentia aiæ in cõi est q̧ essentialr sit proportionata corpori phico organico, q̧ in eius diffinitione ponitur, ita de essentia aiæ humanç est cõmensurari corpori humano, est nãq; ita perfectiua corporis humani q̧ non bouini, sic quoq; de essentia huius aiæ est cõmensuratio ad hoc corpus, & sic cõmensuratio ad corpus humanum non sequitur aiam iam humanã, sed constituit ipsam humanam. Per hoc n. primo differt aia hoĩs ab aia bouis, quia illa est proprius actus corporis humani, ista vo bouini (Constat aũt q̧ idem est esse actum ꝓprii corporis humani, & esse subalem subalr cõmensuratam pfectionẽ eius.) Ita subalis cõmensuratio huius aiæ ad hoc corpus non sequitur aiam hanc, sed cõstituit ipsam hãc: est. n. hoc aia substantialiter proprius actus huius corporis, vñ hoc aia ab illa primo differt, qa ista est proprius actus huius corporis, illa vero ꝓprius act' alterius, & hoc est q̧ S. T.

c. 3. q. 1. c. 5. q. 9. *Q̃ũo cõmensuratio indiuiduat animam in tellectiuã.* *2. de anima T. com. 6.*

2 cōtra Gē. ca. 81. q 3. ad decimū quintum. 2. cōtra Gē ti. cap. 74. & 79. capi 3 de per. ti. anima.

in ſcd̃o contra Gent.c.81. tradit. (& in q̃ōnibus de aīa.) & vbicūq; de hac re loquitur. Eſt aūt conueniens propoſitio iſta principiis Ariſt. Docet.n. (in primo lib. de partibus aīalium) ꝙ propriæ dr̄iæ alicuius diuiſi debent eſſe per ſe diſtinguentes illud in eo qđ tale. v̄.gr. propriȩ dr̄iȩ animalis non debent eſſe album & nigrum, q̄ non diuidunt aīal in eo quod aīal. ſtat.n. identitas aīalis cum illarū diuerſitate, nec debet eſſe nauigatiuum & volatiuū, quia non diuerſificant hæc ꝑ ſe nām̄ ſenſitiuam, ſed debēt eſſe tale ſenſitiuum vel tale. Aīal n. in eo ꝙ aīa cum ſenſitiuo conſtet, non diuerſificatur ꝑ ſe niſi ꝑ dr̄ias ſentiendi. Vnde, cum aīa in eo ꝙ talis eſſentialr̄ ſit actus corporis pħici propriis differentiis diuiditur ꝑ hoc ꝙ actus talis corporis vel talis, & iterū actus talis corporis, puta humani ꝓpriis differentiis diuidit̄ (materialibus tñ) per hoc ꝙ eſt huius corporis vel illius. Indiuiduantur ergo ipſæ aīæ cō menſurationibus ſuſtantialibus nō abſolutis a receptiuis, ſicut & ipſe animæ eſſentialiter ſunt non abſolutæ a perfectibilibus corporibus earū receptiuis. Et non conſiderare hoc eſt cauſa erroris eorum, qui de oībus volunt eodem modo iudicare (vt ſunt Scotiſte) quibus, dum non conſiderant proprias rerum nās, & res ſuis conceptibus adæquare volunt, accidit vt de oīum indiuiduationem eandem proferant ſententiam & in eorum numero ſint, de quibus dicitur ſecundo cæli tex.com.80. ꝙ quærunt vſq; quo non habeant contradicere ſibiipſis.

Ad primū

His viſis ad ſolutionem argumentorum procedendū eſt. Ad primum dr̄, ꝙ falſa eſt maior. licet.n. quȩlibet res poſita extra intellectum & cām ſit hic, non tñ eodē primo eſt, & eſt hic. Eſt.n. ipſo eſſe primo. (Hȩc) autem hecceitate primo, multa.n. inſeparabiliter ſeſe comitantur, quæ non eodē principio hñr primo, ſicut quodlibet ens aliud a Deo extra intellectum & cām eſt, & eſt depēdēs: non tñ eodem primo eſt & depēdet. Minor quoq; eſt falſa, res.n. non ſeipſa primo, ſed per exñtiam actualem diſtinctam realiter a ſe extra nihil ponit̄ (vt ſupra) declaratū fuit &c. Ad ſcd̄m negatur minor Duæ.n. aīæ humanæ ſeparatæ nō diſtinguuntur formalr̄ ſeu ꝑ mām, licet ſint puræ formæ a materia abſtractæ. Aliud.n. eſt dicere, oīs diſtinctio formalis eſt ſpecifica, aliud oīs diſtinctio formarum. Diſtinctio.n. formalis cū ſit illa, quæ ex principiis diffinitiuis conſtat ſpecifica eſt: quæcūq;.n. habent diuerſas diffinitiones ſpecie differunt, cū ſaltem dr̄ias vltimas habeant non eaſdē, quarum diuerſitas ſufficit ad diuerſitatem ſpecificā, ſed talis non eſt inter aīam ſor. & Pla hñt ſiquidem eandem diffinitionē. Diſtinctio aūt formarum cum ſit, vndecūq; inter formas diuiſio accidat in duabus animabus ſeparat.i. inuenit̄ ex hoc ꝙ diuerſis corporib⁹ coaptatæ ſunt. vñ non eſt ſimilis rō de eis & de aliis ſubſtātiis ſeparatis, q̄ corporibus vnibiles non ſunt. Et ſic rñſio ibi data eſt bona, ſi ſane intelligatur modo ſ. expoſito ꝙ animæ inclinationibus ſubſtantialibus ad diuerſa diſtinguuntur. Ad id, ꝙ primo obiicitur contra, dr̄ qđ non concludit intentū. Concludit n ergo aīa prius natura eſt hic, q̄; habeat actualem vnionē ad corpus, cū debeat concludere, ergo aīa prius natura eſt hæc q̄; ſit coaptata ſeu inclinata ad hoc corpus. Non.n. dicimus animam indiuiduari formalr̄ per actualem vnionem ad corpus, ſed ꝑ coaptationem ſubalem ad hoc corpus: q̄; prius natura debere aīæ, q̄; ipſam actualem vnionem, patet ex eo ꝙ aīa hic per ſe terminat creationem & non aīa hoc exiſtens, & ex eo ꝙ ineſſe p̄ſupponit eſſe, eſſe aūt particulari tam immediatior eſt q̄ ineſſe. Vnde rñſio ibi recitata eſt bona (cum grano tñ ſalis.) Dicimus.n. animam indiuiduari ꝑ aptitudinem ſubalem ſeu commenſurationem formalr̄, per vnionem vero actualem ad corpus conditionaliter, .i. tanq̄ per coditionē (ſine qua non) & q a prius nā ineſt rei ratio formalis q̄ conditio ſine qua non iō &c. Ad argumentum contra hoc patet rñſio ex dictis. Aſſumit n. hoc falſum. ſ. ꝙ natura huius aīæ ſit prior aptitudine ſua ſubſtantiali. Vñ maior argumenti ibi formati pro ſecunda parte diſiunctiuæ eſt falſa. ſ. ꝙ qđlibet conueniens vni & repugnans alteri eiuſdem ſpēi præexigat diſtinctionē ipſorum. Stat.n. ꝙ non præexigat, ſed faciat diſtinctionē ipſorum, ſicut qđ conuenit vni ſpeciei & repugnat alteri eiuſdem gñis, non opus eſt ꝙ prȩexigat illarum ſpērum diſtinctionem, ſed ſtat ꝙ faciat earū diſtinctionem. v̄ gr. rōnale conuenit homini repugnat leoni, & irrōnale conuenit leoni & repugnat homini: & tñ rōnale & irrōnale nō prȩexigunt diſtinctionē hoīs & leonis, ſed faciūt. Vñ ſubſumas ſub illa maiore, ſed hecceitas aīæ ſor. conuenit ſibi & repugnat aīæ Plato. ergo hecceitates ſupponunt ipſas diſtinctas, & ſic ſuadebis Sco. vim argumēti ſui &c.

e. 5. per. 4. Ad ſcd̄m.

Diſtinctio formalis quæ ſit.

Diſtinctio formarum quæ ſit.

Ad confirmationem cum dr̄, rō aptitudinis non eſt ad ſe, dico ꝙ rō aptitudinis ſubalis, de qua loquimur, eſt ad aliud, ſed non vt ad terminum, ſed vt receptiuū. Probatio aūt contra hoc nihil facit, concedo.n. ꝙ pōt intelligi non ad aliud vt ad terminū, non aūt non ad aliud vt receptiuum, ſicut q̄titas & qualitas abſolutæ ſunt a termino & non a ſubīo. Ad id qđ ſecundo loco in añte. ſ. ꝙ rō aptitudinis non eſt rō entis in actu. Dico primo ꝙ falſum eſt. Aptitudo n. ad ridendū. ſ. riſibilitas habet rōnem entis in actu primo, licet potentiam ad actū ſecundum. Probationis vero vtraq; ꝓpō eſt falſa, & maior quidē, ſ. ꝙ neceſſario exigit aliq̄d non exñs, ipſum eſt non exiſtens in actu. quælibet.n. potentia actiua in actu primo tātum exigit operationem ſuā non exiſtere, & tñ ipſa eſt exñs in actu. Minor vero, quia aptitudo ſubalis aīæ ad corpus non excludit corpus, ſed cōpoſitio ex contrariis eſt, quæ facit aptitudinem aīæ eſſe abſq; actuali vnione. Dico ſecundo ꝙ æquiuocamus de aptitudine. Aptitudo.n. iſta, q̄ in aīa intelligimus non niſi commenſuratio ſeu ſubalis ſigillatio ipſius aīæ ad hoc corpus, q̄ conſtat eſſe in actu, & dum eſt corpori vnita, & dū eſt ſeparata ab eo, ſicut in exemplo ſuprapoſito de cera liquet. Argumentum aūt procedit, ac ſi aptitudo iſta eſſet q̄d potentiale expectans aliquid ꝙ reducat ipſam in actu &c. Ad conſequentiā patet quid dicendum ſit, quia non eſt talis diſtinctio relatiua, ſed abſoluta relatiue ad receptiuum &c.

Et quia in iſtis ſubſtantiis quidditas non eſt idē qđ eſſe, ideo ſunt ordinabiles in prædicamento & propter hoc inuenitur in eis genus ſpēs & differentia, q̄uis earū differētiæ propriæ nobis occultæ ſint. In rebus.n. ſenſibilibus etiā ipſæ differentiæ eſſentiales nobis ignotæ ſunt: unde ſignantur per differentias accidentales, quæ ex eſſentialibus oriuntur, ſicut cauſa ſignatur per ſuum effectum, ſicut bipes ponitur differentia hoīs. Accidentia autem propria ſubſtantiarum immaterialiū nobis ignota ſunt, unde differentiæ earum, nec per ſe, nec per accidentales differentias nobis ſignificari poſſunt.

In hac tertia parte cap. huius declaratur S. T. qūo quidditates ſubarū ſeparatarū ſe habeāt ad intentiones logicas .ſ. genus ſpēm & dr̄iam &c. Quatuor notatis ſe abſoluit excludēdo poſt duas obiectiones. Proponit ergo primo concluſionem talē. Intelligentiæ ſunt in p̄nto. Probatq; eam ſic. omne id, in quo differt eſſe ab eſſentia, eſt in prædicamento: intelligētiæ ſunt hmōi. ergo &c. minor ſupra probata eſt. maior vero probari pōt ſic. omne hñs eſſe limitatum eſt in gñe. ſi.n. limitatum eſſe habet ad aliqđ genus definitum eſt, ꝙ.n. ad nullū genus definitum eſt, ac ꝑ ſe ſubſiſtit, vnde aut qūo eſſe limitatum habet, omne aūt ens, in quo eſſe diſtinguitur a ſua eſſentia habet eſſe limitatum (vt ſupra declaratum fuit.) ergo oē tale eſt in prædicamento. Ex quo corollariæ concluditur ꝙ hñt genus ſpeciem & dr̄iam. Addit autem q̄uis occultæ ſint nobis earum dr̄iȩ, & vt rñderet dubitationi qua quis dicere poſſet, qūo ſcis in eis eſſe dr̄ias, ſi illas ignoramus? ſtat.n. ſcire de eis qōnem an eſt, & ignorare qōnem q̄d eſt. nouimus inq̄ dr̄iam eſſe in illis, ſed q̄ ſint illæ latet. latent aūt intelligentiarum dr̄iæ ſm ſe, quia cōe eſt oībus ſubſtantiis hr̄e occultas dr̄ias proprias ſm ſe, & in hoc conueniunt cum ſubſtantiis inferioribus. latent etiā ſm accñtales proprietates, q̄ ſunt earum paſſiones, quia excedunt facultatē naturalem intellectus homini, q ſe habet ad manifeſtiſsima in natura, ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis. & in hoc differunt a ſenſibilibus ſubſtantiis, quarū propriæ dr̄iæ nominibus ſuarū proprietatū ſignantur, ſicut cauſȩ noībus ſuorum effectuū. vñ oīno immanifeſtæ ſunt nobis intelligentiarum dr̄iæ quo ad quid ſunt &c. Qō. XIIII.

e. 5. p. 3. in prin.

Hic eo. ca. parte ſcd̄a in prin.

2 Metaph. T. com. 1.

Circa

De cognitione substantiarum separatarũ in hac vita.

Circa particulã dubitatur, an intelligentiæ sint a nobis quidditatiue cognoscibiles in hac vita &c. In hac q septem agenda sunt. primo declarabo titulũ & intentionem qõnis. q. 2 adducetur opinio Auer. 3. impugnabitur. 4. rñdebitur suis rõnibus. 5. declarabitur opinio S. Th. 6. adducentur rationes Ioan. de Ianduno contra S. Tho. 7 eis satisfiet &c.

Differentia cognitio qdditatis & cognitio qdditatiua.

Quo ad primum nota, ꝙ aliud est cognoscere quidditatem, seu cognitio quidditatis, & aliud est cognitio qdditatiua, seu cognoscere quidditatiue. Cognoscit. n leonis quidditatem quicũq; nouit aliqđ eius p̃dicatum essentiale. Cognoscit aũt quidditatiue non nisi illæ, qui oĩa predicata quidditatiua; vsq; ad vltimam dr̃iam nouit &c. Cũ autem cognoscamus intelligentias esse subas, & esse intellectuales &c. liquet, ꝙ earũ quidditates cognoscimus. vnde hoc in dubium non vertitur, sed qõ est, an quidditatiue cognoscere eas possimus, vt penetremus s. vsq; ad vltimas earum dr̃las. & licet hæc qõ habeat opiniones plurimas vt patet. 3. de aĩa. cõ. 36. quia tñ nisi cum Scotistis et Aueroistis hic agitur, & Sco. opinio in conclusione non discrepat, vt patet in Primo snĩa. dist. 3. cum solo nobis disceptandum est Auer Hæc de primo.

Vide Alexandri Alpharabij auspacem Themi. Sco. p. d. 3. q. 3. In solutione dubij ibidem moti 5 c. q. circa med.

Quo ad scđm Auer in tertio de Aĩa. cõ. 36. supposita fictione sua in com 5 opinatur, ꝙ intells possibilis, vt appropriatus nobis, adeptis oĩbus intellectis speculatiuis, ac per hoc continuatus intellectui agẽti vt formæ, per illum intelliget subas separatas, & ɔñr nos, quibus per hoc fiet intellectus agens forma, sicut mõ est intellectus possibilis ita, ꝙ sicut modo p intellectum possibilem intelligimus mãlia, ita tunc per intellectum agẽtem intelligimus substantias separatas. Probat aũt intentionem suã duabus rõnibus. Prima rõ fundatur supra duas propositiones. Quarum prima est, intells & prima intellecta speculatiua se hñt sicut forma & mã Probatur illa sic, illa quorum est vnamet operatio, ita ꝙ operatio vnius cõicetur alteri, se hñt sicut agens & instr̃m, vel sicut forma & mã, sed intellectus agentis & primorũ intellectorum speculatiuorum est vnamet operatio, ita, ꝙ operatio intellectus agentis, s. facere intellecta in actu cõicatur primis intellectis speculatiuis. ergo intellectus agẽs & prima intellecta speculatiua se hñt sicut agens & instr̃m, vel sicut forma & mã. patet minor, quia intellectus in habitu põt non solum intelligere, sed facere conclõnes intellectas in potẽtia intellectas in actu. vtrũq;. n. experimur in nostra esse potestare, s intelligere et facere conclõnes actu intellectas mediantibus primis intellectis, q̃ solo lumine intellectus agẽtis fiunt intellecta in actu. In maiore vero notanter dr̃, ꝙ propria operatio vnius cõicetur alteri, quia plures trahentes nauem ad eãdem operationem concurrunt nõ tñ sicut materia & forma, nec sicut agens & instr̃m, propterea quia alter alterius propriã operationem non sortitur. Clarum est aũt, ꝙ cõicans operationem suam alteri concurrendo ad idẽ se habet ad illud sicut agẽs principale ad instrumentum, quẽadmodum carpentarius sedis factionem serræ cõicat, vel sicut forma ad mãm, sicut calor calefactionem aquæ calidę cõicat. Et licet vtraq; pars disiuncti conclusi sit vera, quia tñ prima pars manifestior est, & minus ad propositum, iõ Cõmentator secundam partem declarat, s. ꝙ prima intellecta speculatiua & intellect⁹ agens se habeant vt mã & forma. & hoc facit declarãdo ꝙ intellectus agens, & non solũ prima, sed oĩa intellecta speculatiua se habẽt sicut forma & mã. manifestat autem hoc sic, Qñcunq; est aliquod receptiuum aliquorũ duorum ordinẽ inter se hñtium id, ꝙ est perfectius & formalius, est sicut forma, id vero, ꝙ est imperfectius & minus formale, habet rõnem mãæ: sed intellectus poĩs est receptiuus intellectorũ speculatiuorũ, & intells agens ordinẽ inter se hñtium, ita ꝙ intellectus agens est pfectior & formalior intellectis speculatiuis. ergo intellectus agẽs & intellecta speculatiua se hñt sicut forma et mã. Dr̃ aũt in maiori (ordinem inter se hñtium) quia aliter ꝓpõ non esset vera, sicut patet de albedine & dulcedine lactis, quarum neutra est alterius forma. cũ. n. ordinata sunt necessario verificatur ꝓpõ vt patet, cum aer recepit colorem & lumẽ. Minor patet ex eo ꝙ intellectũ recipitur in intelligente. Intellectus aũt possibilis intelligit & intellectum agentem & intellecta speculatiua &c. & sic patet prima ꝓpõ. Secunda ꝓpõ est, intellectus poĩs vt appropriatus nobis, qñq; recipit intellecta speculatiua & intellectũ agentẽ in potentia tantũ, qñq; partim in actu & partim in potẽtia, qñq; totaliter in actu. Ista ꝓpõ quo ad intellecta speculatiua est clarissima: intellectus nãq; infantis est in pura potentia sicut tabula rasa, in qua nihil est depictũ, postmodum vero recipit primorũ principiorũ notitiam, deinde multarum conclõnum successiue acquirit notitiam: & sic s̃m aliquid est in actu, puta s̃m principia, & s̃m aliqd in potentia, puta s̃m conclõnes, & postremo acq̃sitis oĩbus conclõnibus est totalr̃, & s̃m oĩa in actu tam principia q̃ conclõnes. His si cõiunxeris primã ꝓpõnem illucescet ibi hæc secunda ꝓpõ quo ad scđam partem. si. n. intellect⁹ agens est forma intellectorũ speculatiuorũ eadẽ erit proportio cõiunctionis ad intellectũ agentem q̃ est inter intellectũ poĩem & intellecta speculatiua quo ad hoc, ꝙ si totaliter vni, totalr̃ et reliquo coniũctus erit, & si partialr̃ vni, partialr̃ & reliquo cõiunctus erit. His p̃missis formatur prima Auer. rõ sic. omne ꝙ mouet̃ ad acquisitionem alicuius vt formę, illa pfecte acq̃sita põt operari operatione ꝓpria illius formæ: sed intellectus poĩs vt appropriatus nobis mouet̃ ad acquisitionẽ intellectus agentis, vt formę. ergo illo acq̃sito põt operari operatione ꝓpria illius. sed operatio ꝓpria intellectus agẽtis est intelligere subas separatas qdditatiue: ergo intellectus poĩs poterit p illum intelligere subas separatas, & cũ intellectus possibilis operatio noua nos denoĩet, ɔñr nos per intellectum agentẽ intelligimus subas separatas &c. Maior patet exẽplariter cũ aqua mouetur ad formam coloris, acq̃sito illo põt calefacere, & silr̃ apparet in oĩbus. Minor vero ꝓbatur duplr̃. Primo ex duabus ꝓpõnibus præmissis sic, qñcũq; aliquid mouetur ad aliqua duo recipienda ordinata inter se, ad id, ꝙ est formalius & perfectius mouet̃, vt ad formam: ex prima ꝓpõne. sed intellectus possibilis mouet̃ ad intellecta speculatiua, & intellectũ agentẽ, quia qñq; est in pura potentia, qñq; partim in actu, & partim in potentia: ex secunda ꝓpõne ordinem inter se habẽtia. quia mediantibus intellectis speculatiuis recipitur intellectus agens & intellectus agẽs est formalior et perfectior, ergo intellectus possibilis mouet̃ ad acquirendum intellectum agentem vt formã. Scđo probatur illa minor sic. intellectus possibilis mouetur ad acquisitionẽ intellectus agentis vt finis. ergo vt formæ. añs patet ex eo ꝙ ipse intellectus agens est efficiẽs illius motus quo mouetur intellectus possibilis ad ipsum. in separatis. n. a materia idẽ est efficiens & finis motus, vt com. 36. 12. meta. habetur consequentia vero patet ex scđo physi. tc. 70. vbi dicitur, ꝙ finis motus & forma idem sunt & hãc probationem tangit Auer. 12. metaph. in fine com. 38. Secunda rõ Auer. ponitur secundo metaph. com. 1. Si intelligentiæ non essent a nobis cognoscibiles natura ociose egisset ɔñs est falsum. consequentia probatur. quia fecisset id qđ est in se naturaliter intellectum, nõ intellectum ab alio, sicut si fecisset solem non comprehẽsum sub aliquo visu. Et qm̃ hæc consequentia cum sua probatione derisibilis a S. T. iudicatur. ꝓpterea ꝙ frustra est ꝙ non põt consequi finẽ suum, & intelligentiarum finis nõ est intelligi a nobis, dato. n. ꝙ intelligi esset finis earũ, sufficit earum intelligibilitati vt a seipsis intelligantur. non. n. sequitur ab intellectu humano non intelligũtur, ergo a nullo, sicut non valet, sol non videtur a noctua. ergo a nullo visu. Idcirco Ioannes de Gandauo in tertio de aĩa, dupliciter probat illã consequentiam. Primo dicens ꝙ Cõmentator nõ supponit ꝙ finis substãtiarum separatarum sit intelligi a nobis, sed supponitur ꝙ intelligentiæ ex se sint intelligibiles ab intellectu nostro, cũ cõtineantur sub eius obiecto primo. s. ente, & tũc bene sequitur, intelligentiæ sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles. ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere: naturali. n. actiuo quale est intelligentia debet correspondere naturale passiuum, quale est intellectus, aliter potẽtia actiua esse frustra in natura. Scđo deducitur ab eodem illa consequentia, quia etsi intelligentiarum finis primarius nõ sit intelligi ab in-

Secunda propositio. Auer. ibidem circa parum ante finem.

Formatur prima ratio Auer.

Com. 36. T. cõ 70. Com. 38. secunda 18 princ. ibid. circa. 1 c. 1 tertio contra Gent. Cap. 45. post mediũ 1. q. 88. articu. 1. Ad primum. q. 37. post medium.

tellectu nostro, est tñ earum finis secundarius. Agunt.n. prima intentione propter se, secundario aũt propter alia, vt dicitur .2. coeli com. 21. & iõ sequitur ꝙ intelligentiæ sal tem quo ad finẽ secundarium essent frustra, & sic natura fecisset aliqd ociose. Propterea inquit ꝯña Com. est vicina propõnibus per se notis, & nõ est dënsibilis. Põt adhuc tertio deduci illa ꝯña ex dictis Com. tertio de aïa. cõ. 36. vbi examinans rõnem Themistij dicit ꝙ si intellectus noster est immaterialis, ꝯña ista tenet, intellectus noster intelligit res sensibiles factas immateriales. ergo intelligit res secundum se immateriales. Et fundatur hoc dictũ supra verbum Arist. tertio de aïa. t. c. 7. dicentis. ꝙ intellectus excellenti intelligibili apprehẽsio vigoratur ad altius intelligendum. Ex quibus habeť in proposito ꝙ immaterialitas est sufficiens causa virtuti cognoscitiuæ ꝙ intelligere possit substantias separatas, vñ sic probať ꝯña. Intelligentiæ non sunt ab intellectu nostro cognoscibiles: ergo a nullo alio sunt cognoscibiles. ergo frustra sunt cognoscibiles, sicut sol frustra esset visibilis si a nullo posset videri. prima cõsequentia tenet ex eo ꝙ si immaterialitas non dat intellectui nostro illas intelligere, nulli hoc dabit, quia iam declaratum est immaterialitatẽ esse sufficientem cãm huius, sicut quia sensitiuum est sufficiens cã sensus tactus, si positum in vna spetie aïalis non daret actum, nulli alij hoc daret. secunda ꝯña clara est exemplo. Quilibet ergo intellectus potest substantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate, plus tamen & minus sm ꝙ plus & minus perfectionis habent. Hæc de secundo.

Com. 88.
Com. 36 ante med. col. 3. fin. & 4. in prin.
T. com. 7.

Quo ad tertium arguitur contra hanc opinionẽ dupľr. Et primo probatur, ꝙ talis continuatio posita non perducat intellectum posẽm, vt nobis appropriatum ad intelligendas substantias separatas, id qď continuatur intellectui agenti non nisi vt formæ intellectorũ speculatiuorum non põt per illum intelligere subãs separatas quidditatiue: sed intellectus possibilis, vt appropriatus nobis continuatur intellectui agenti non nisi vt formæ intellectorum speculatiuorũ: ergo intellectus possibilis vt appropriatus nobis p talem continuationẽ non põt intelligere substantias separatas quidditatiue. Maior probatur (supponendo ꝙ intellectus agens habet proportiones diuersorum ordinum ad superiora et inferiora subãs immateriales. s. & intellecta speculatiua.) ad superiora.n. comparatur vt contẽplatiuus, & non vt eorum forma, ad inferiora vero vt factiuus & forma. hoc statuto patet vis maioris. Qñcunque.n. aliquod vnum habet diuersi ordinis proportionem ad diuersa, id qď continuatur ei sm qď habet proportionem ad inferiora, ex hoc non continuať sm ꝙ habet proportionem ad superiora. cõmittitur.n. manifeste fallacia ꝯñtis ex vno aliud concludendo. Id ergo, ꝙ continuatur intellectui agenti vt formæ intellectorum speculatiuorum nõ ex hoc continuatur ei, vt cõtemplatiuo subãrum immaterialium. Minor vero ex cõmen. dictis habetur, nullum aliũ modum ponentis in ꝓposito, quo continuetur possibilis cũ agente nisi per intellecta speculatiua. vñ dicit, ꝙ cũ est in pura potentia ad intellecta speculatiua est & in pura potẽtia ad intellectũ agẽtem, cũ vero partim est in actu, & partim in potentia respectu illorum est etiã sicut respectu istius, & cũ fuerit totaliter in actu sm intellecta speculatiua erit totaliter copulatus intellectui agenti. Scdo probatur, ꝙ posito ꝙ talis continuatio ad hoc perduceret intellectũ possibilem, nũquam tñ nos ad hoc perducere põt, & arguo sic. Id qď continuatur intellectui agẽti non nisi vt coloratum lumini, & intellectui possibili nõ nisi sicut coloratũ visui, non potest denoïari operans propria operatione luminis, vt visus seu intellectus agentis, aut poss. sed hõ phantasians habet hmõi continuationem cũ his intellectibus. ergo nõ potest denoïari faciens intellecta, & intelligens subãs immateriales, q̃ sunt operationes intellectus agẽtis nec intelligens res sensibiles, q̃ est operatio intellectus possibilis. Maior est nota ex terminis. non.n. põt vere dici ꝙ coloratũ illuminet, aut videat. Minor aũt patet ex tertio de aïa tex. com. 18. & 30. Nec obstat aliquo mõ similitudini datæ ꝙ hõ proprio actu cogitatiuæ spiritualizat phantasmata. Coloratum vero non spũalizat colores. Qm̃ si fingamus coloratum in seipso non posse obijci oculo, neq; lumini, sed spiritualizatum tantum in speculo ꝙ propria operatio speciem in se colorati spũalizaret, similitudo curreret quatuor pedibus: & tñ tale speculum obiectum lumini & visui non veræ posset denominari illuminans, neque videns, & hæc ratio apparet mihi demonstratiua, & alias si Deus concesserit nobis vitam, eius efficaciam plenius ostendemus Hæc de tertio.

Quod continuatio intellect⁹ agẽtis non perducat intellectum possibilem ad cognitionẽ quidditatiuam substantiarũ immaterialium.
Potẽtia qď intellectus possibilis intelligent qd ditatiue substantias separatas p intellectum agentẽ sibi copulatũ, adhuc nõs nõ intelligere mus ipsas cõ. 18. circa med. commen. 30. in princ. & circa med. considera virtutẽ huius rõnis et videbis ...

Quo ad quartum. Ad primam rõnum Auer. dicitur, ꝙ maior est vľr falsa, si teneatur vt teneri debet ad hoc ꝙ intentum cõcludat. Debet.n. teneri vľr nedum subm, sed etiam prædicatum hoc mõ. Oẽ ꝙ mouetur ad acquirendam aliq̃ formam, illa perfectę acquisita põt operari omni operatione propria illius formę, aliter nõ concluderet. patet aũt hanc esse falsam, ex eo ꝙ sufficit ꝙ id, ꝙ acquisiuit aliq; formam, participet aliq; operationem illius formæ, illam. s. q̃ conuenit formæ sm id quo respicit receptiuum, et rõ huius est assignata in prima rõne ꝯ Auerroim facta, quia. s. non oportet rẽ continuatam formæ hñti diuersas proportiones ad inferiora & superiora, ex hoc ꝙ perfecte cõtinuatur ei sm inferius ꝙ, continuetur ei sm superius. Vñ ex hoc ꝙ intellectus poss acqsiuit intellectũ agentem vt formã, licet sequatur ꝙ possit operari aperatione intellectus agẽtis, vt est forma intellectorũ speculatiuorum, qa vt sic acquiriť, s. formare intellecta in actu et extendere se ad oïa intelligendo, ad q̃ se extendi intellect⁹ agens vt factiuus, non tñ sequitur ꝙ possit oïa intelligere q̃ respicit intellectus agens vt contẽplatiuus. Ad scdam rationem rñdetur negata ꝯña, & ad primam probationem dr̃ ꝙ, committitur fallacia ꝯñtis a superiori ad suũ inferius affirmatiue. cõcesso.n. ꝙ intelligentiæ sunt cognoscibiles ab intellectu nr̃o, quia continetur sub eius primo obiecto, non sequiť, ergo sunt a nobis intelligibiles qdditatiue. Non.n. omne contentũ sub ente est quidditatiue a nobis intelligibile: eo ꝙ ens, licet sit obiectum adæquatum intellectui nr̃o extensiue. non tñ est adæquatũ adæquatione mutua intẽsiue, & est dicere, ꝙ licet oẽ ens possit a nobis intelligi, non tñ omne ens põt a nostro intellectu penetrari vsq; ad vltimas dr̃ias. hoc.n. modo quidditas rei mãlis est obiectum adæquatum intellectus nostri. s. adæquatione intensiua. solam nãq; eam & oẽm intellectus noster natus est intelligere quidditatiue. Ad scdm modum deducendi ꝯñam similiter rñdetur. licet.n. detur ꝙ intelligi a nobis sit finis secũdarius intelligentiarũ, non tñ valet. ergo. intelligi quidditatiue a nobis est finis secundarius, imo hoc est impossẽ. Silr ad tertiam modum dr̃. ꝙ licet immaterialitas sit sufficiẽs cã virtuti cognoscitiuæ ꝙ possit intelligere subãs separatas, non tñ valet, ergo ex immaterialitate habet ꝙ possit cognoscere eas quidditatiue. Auctoritas aũt Arist. adducta cum recte intelligiť non obstat. Aduertendum est.n. sensum respectu excellentis sensibilis duo sortiri, & ꝙ. s. non perfecte cognoscit illud, & ꝙ patitur passione corruptiua ab illo, intellectus autem respectu excellẽtis intelligibilis primum tm̃ habet. s. ꝙ perfecte non intelligit illud, passionis.n. expers est, & rõ est, quia scdm sequitur mãm cuius actus est virtus sensitiua. non aũt intellectiua primũ vero sequiť in ꝓportione potentiæ ad obm q̃ saluatur ita in virtute immateriali sicut mãli. Sicut.n. noctua ex sua spẽ visum improportionatum claro lumini habet, ita hõ ex sua natura intellectum improportionatũ claro intelligibili separato. s. sm rem a mã. Conueniũt ergo intellectus & sensus in primo, sed differunt in secundo. Ex qua dr̃ia Aristo. ibi dicit oriri ꝙ sensus post excellens sensibile sensatũ debilitatur, intellectus autem post excellens intelligibile intellectum non alteratus magis põt intelligere alia, ꝙ intelligendum est sm modum sibi posẽm. Ex hoc aũt non licet inferre. ergo potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales, sed ergo non procedit ex eius alteratione ꝙ illas non possit comprehendere, ꝙ gratis concedimus, habet enim homo intellectũ ratiocinatiuũ qui oritur in vmbra intelligentiæ apud isaac, & iõ proportionatus naturaliter ad intuendum intelligibile non purũ & clarum, sed obũbratum materiæ, quale est quidditas a sensibilibus abstrahibilis. Hæc de quarto.

... contra errorem Auer. soluuntur rationes Auer. Ad primam immediate supra.
Ad scdam ...
3. de aïa T. com. ...

Quo

Opinio S. Th. 1 p. q. 88 a. 1. 3. cõtra Gen. c. 45. 2. metaph. circa tex. com. 2.

Quo ad quintum ponenda est opinio S. Th. q̃ ex prima parte. q. 88. & tertio contra Gen. c. 45 & secundo metaph. assumo. Tenet ipsam hanc cõclusionem. Anima humana corpori coniuncta non põt quidditatiue cognoscere subas immateriales, quæ ad præsens dupl̃r probatur. Primo sic. Intellectus exñs in potentia non nisi ad recipiẽda intellecta abstracta ab intellectu agente. non põt intelligere quidditatiue subas immateriales, intellectus humanus est hmõi. ergo maior ex terminis patet, oppositũ.n. prædicati infert oppositum subiecti, ꝙ.n. põt intelligere substantias separatas quidditatiue, non est tm̃ in potentia ad recipienda abstracta ab intellectu agente, qm̃ subæ separatæ non sunt abstractæ a mã per operationem intellectus agentis. Minor ex Aristo. colligitur tertio de aĩa. tex. cõ. 17. vbi dicitur ꝙ intellectus agens potest oĩa facere quæ intellectus possibilis põt fieri. Scd̃o probatur sic. Nullus effectus sensibilis põt ducere in quidditatiuam cognitionem subarum separatarum. ergo intellectus humanus cõiunctus corpori non põt quidditatiue illas cognoscere ꝯña tenet quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Añs vero probatur ex eo ꝙ effectus dupl̃r potest in cognitionem quidditatiuam suæ cãæ ducere. Vel per modum similitudinis sicut effectu vniuoco cognito eius cãm quidditatiue cognoscimus, propterea quia sunt eiusdem naturæ, & hoc mõ clarum est nullum sensibile posse perducere ad subarum immaterialium naturas, eo ꝙ differunt non solam spẽ, sed genere. Alio mõ effectus ducit in quidditatiuam cognitionem suæ cãæ, non p modum similitudinis, sed p hoc ꝙ demonstrat totam virtutem suæ causæ. Sicut intelligentiæ ostendit totam virtutem animæ intellectiuę, & ideo ex tali operatione in eius quidditatiuam cognitionẽ procedimus. Nec hoc modo sensibilia valent ad cognitionem quidditatiuam intelligentiarum non perducere. Nullus enim effectus particularis adæquat totam virtutem causæ vniuersalis, quodlibet autem sensibile est effectus particularis vt materiales conditiones eorum cuiusq; ostendunt, igitur per nullum sensibile in quidditatiuam cognitionem substantiarum immeterialium quæ causæ vniuersalissimæ sunt peruenire possumus &c. Hæc de quinto.

T. cõ. 18.

Io. de Gan. q̃ 37. eius medii primo.

Quo ad sextum contra hanc determinationem arguit supradictus Ioã. de Gandauo in tertio de anima multipliciter. Et primo contra illam particulã in conclusione positam cõiuncta corpori. Nulla forma impeditur a sua nobilissima operatione pp vnionem eius ad propriam materiam, sed intelligere subarum separatarum quidditates est opatio aĩæ humanæ, vt patet. 1. & 10. Ethi corpus aũt humanum est eius propria mã; ergo aĩa humana ppter vnionem ad corpus non impedit̃ a speculatione substantiarum immaterialiũ. Præterea ad idẽ. Aĩa humana aut nata est intelligere subas separatas per suam subam, aut p speciem influxam, aut p spẽm causatam ex phantasmate. si per suam subam, cum suba eius per vnionem ad corpus non impediat̃, poterit eas intelligere. si p spẽm a phãtasmate sumptã vnio ad corpus iuuabit. Si per spẽm influxam, quæritur qũo vnio ad corpus impedit, aut non permittit talem influxũ fieri, hoc.n. non vr̃ rõnabile aliquo modo esse, quia gñatio vnius spẽi non impeditur a corpore, nisi corpus habeat ꝯriam dispõnem dispõni requisitæ ad eius gñationem. V er. gr. quia color exigit diaphaneitatem in aere, ad hoc vt recipiat̃ in eo, nullum corpus impediet gñationem spẽi coloris, nisi habeat opacitatem, quę ꝯria est diaphaneitati, modo corpus humanum nullam habet dispõnem contrariam dispõni, q̃ exigit receptio spẽi intelligibilis influẽdæ vt patet. ergo. Et confirmatur rõ sic, Bonum simpl̃r alicuius naturę non impeditur propter bonum simpl̃r eiusdem nãæ. Q.n. impedit bonum simpl̃r alicuius naturæ est illi malum simpl̃r, sed intelligere subarum immaterialiũ quidditates est bonum simpliciter aĩæ humanæ, ergo non impedit̃ p vnionem ad corpus cũ hoc sit ei etiam bonum simpl̃r. Tertio arguitur contra conclõnem ipsam ex dictis S. Th. sic. isti dicunt, ꝙ cognoscimus esse intelligentiarum non qdditates aut esse est idẽ qđ quidditas, aut diuersum, si diuersum, ergo vtrũq; sub nostra cadit cognitione. Quicũque.n. cognoscit diuersitatem aliquorũ cognoscit extrema illius diuersitatis, vt dr̃ secundo de Aĩa. t. c. 146. Si idẽ ergo cognito vno cognoscitur & reliquũ. Si dicatur ꝙ cognoscimus illas quidditates, sed nõ perfecte. Cõtra. Primo quia hoc repugnat duobus dictis Thomistarum, quorum primum est ꝙ nos nõ intelligimus quidditates substantiarum separatarum. Scd̃m est ꝙ cognoscimus eẽ illarum non quidditates. Ex primo arguitur sic. hõ non intelligit qdditates separatas ergo nullo mõ intelligit eas, tenet ꝯña per locum a toto in modo ad suam partem negatiue Ex secundo dicto arguit̃ sic, ea cognitio negatur de quidditate, q̃ affirmatur de esse, sed esse non cognoscit̃ a nobis, nisi imperfecte, ergo cognitionẽ etiam imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si n vtrũq; imperfecte cognoscimus. quare magis alterũ negatur cognosci, aut alterum affirmatur? Scd̃o probatur ꝙ rñsio in se sit falsa sic. Si imperfecte cognoscimus quidditates illas, aut hoc est, quia nescimus eas ita pfecte, sicut a seipsis cognoscuntur, & hoc non, quia hoc est ridiculũ vertere in dubium, aut quia nescimus eas perfectione debita nobis sm̃ nostram naturam, & hoc est voluntarium, nulla n ratione hoc conuinci põt, vnio nãq; ad corpus hoc impedire non potest, vt probatum est. Hæc de sexto.

Cap. 9. Cap. 8. Secundo.

Confirmatio.

Tertio.

T. cõ. 146.

In p. q. 88. art. 1. & q. 89. ar. 1. & 2. c.

Quo ad septimum pro rñsione ad hæc argumenta p̃notandum est. ꝙ secũdum doctrinam S. T. prima parte. q. 88. & 89. inter cognitionem aĩæ coniunctę & separatę hoc interest ꝙ coniuncta, sicut habet modum essendi cõcernendo corpus, ita habet modum intelligendi conuertendo se ad phantasmata, ita ꝙ ex cõformitate modi operandi ad modum essendi sit vt aĩa coniuncta sit conuersa ad phantasmata sm̃ intellectum possibilem, vt passiuum ad actiuum, adeo vt non nisi ab illis cum intellectu agente recipere possit species. Separata autem a corpore, sicut habet alium modum essendi absq; corporis informatione, ita habet & alium modum intelligendi vt etiã ex conformitate modi operãdi ad modum essendi fiat vt aĩa separata conuertatur sm̃ intellectum ad superiora vt actiua, vt ab eis influxum specierum recipiat, vtpote in modo essendi similis illis reddita & corpore relicto liberior quodammodo facta amplius phantasmatibus non alligata. Ex hoc aũt oritur alia differentia, ꝙ. s. anima coniuncta non põt substantias immateriales cognoscere, nisi per species a sensibilibus acceptas. Alligatus est n. eius intellectus phantasmatibus. Separata vero põt illas per species proprias cognoscere, cũ conuersa iam sit ad superiora. Nascitur quoq; ex his tertia dr̃ia apud subtiliter speculantes animam esse partem speciei & vniri corpori propter melius. quia s. cognitio q̃ habet anima per species acquisitas est cognitio distincta & quidditatiua pertingens vsq; ad vltimas rerum differentias. Cognitio aũt q̃ separata ex speciebus influxis sortitur, confusa est et in cõi res notificat. Cum. n. anima naturaliter sit pars hoĩs. naturalem modum intelligendi ex propria nã sibi vendicat per species acceptas a phantasmatibus intelligere & non per species influxas, hic. n. modus intelligendi nãlis est intelligentiis ex sua natura, & iõ sicut intelligentiæ perfectam rerum notitiam per spẽs influxas habent, sic aĩa per spẽs acquisitas de sensibilibus notitiam hr̃e potest perfectam, species. n influxæ facultatem nãlem intellectus eius excedunt. Est hic modus superiori ordini cõnaturalis & proprius & aĩæ non conuenit nisi p q̃dam defectiuam participationem. Cum sit prẹterea talis inter subas intellectuales ordo ꝙ quo proximiores sunt primæ, oĩa per solam suam subam intelligendo penetranti, eo per vliores rerũ notitiam perfectam nãl̃r capiunt, vltima inter eas aĩa. s. intellectiua ex eẽ sua adeo dearticulatas exigit spẽs vt singularum quidditatum singulas oporteat hr̃e similitudines, propter qđ & corporei vnitur vt eas inde accipiat, & ideo vis eius intellectiua cum per spẽs superiores, quales sunt influxæ, intelligere tentat, opprimitur quodãmodo, & confusa tantum notitiã habet, sicut discipulus vniuersales conceptus præceptoris apprehendere nõ valens absq; distincta cognitione remanet. Huius aũt signum est ꝙ inter hoĩes qui sunt perspicacis ingenij, statim propositis principiis ad conclusiones sese conferunt, & ex eis

Differentia animæ separatæ & cõiunctæ primo.

Secundo.

Tertio.

dem principiis multas conclusiones speciales deducunt. Habetis aũt ingenij non nisi principiis applicatis a præceptore an singulas cõclusiones & in forma syllogistica, & cum exemplis mãlibus distinctam percipiunt veritatem. Ex his iam potes intelligere ꝙ aĩa nec coniuncta, nec separata quidditatiuam cognitionẽ substantiarũ immaterialium habere nãlr potest & qđ plus est, habes ex his ꝙ anima separata ꝑ species influxas, nec bouem, nec leonem quidditatiue cognoscit, sed oĩa præter suiipsius naturam in cõi nouit. Vbicunq; aũt alibi inuenies a S. T. dici ꝙ anima separata quidditas subãrum immaterialiũ nouit &c. recolito ab ipso vocari cognitionem quidditatiuam cognitionem eam quã habet de illis anima separata per proprias species quã habere non potest.

Ad primũ. Ad rationem igitur primam dicendum est. ꝙ licet intelligere substãtias immateriales sit nobilissima operatio animæ intellectiuæ, intelligere tñ eas quidditatiue est ope-
Cap. 9. ratio sibi impossis. nec Arist. in primo, aut. 10. Ethic. dixit
Cap. 8. oppositum, imo qõ mota ab ipso in Tertio de Anima. tex. com. 36. nusquam soluta reperitur. Posuit. n. felicitatẽ humanam in cõtemplatione substantiarum separatarum
Vt ipsemet Io. testatur in. qõ 17. 3 de aĩa nobis possibili quæcũq; sit illa. Silr dicitur ad secundam ꝙ vnico aĩæ ad corpus non impedit cognitionem quidditatiuam substantiarum immaterialium, qñ quidem illa
Ad scdm. alia solutio animæ ẽm oẽm naturę statum est impossibilis. Q; si hę
Ad primũ. duæ rõnes formentur ad concludendum aĩam vnitam posse hrẽ talem notitiam substantiarum immaterialium qualem per earum spẽs separata habet. Rñdeatur ad primam negando ꝙ intelligere subãles immateriales tali modo sit nobilissima simplr operatio aĩę. licet sit nobilissima ẽm quid, maiorem. n. perfectionem simplr ponit in aĩa intelligere subã sensibiles distinctæ & quidditatiuæ, & substantia immateriales ꝑ effectus sensibiles & cõia, quã intelligere ea in cõfuso, licet sit ẽm qđ nobilior illa confusa intellectio, ex hoc ꝙ est ꝑ earum spẽs & immaterialiori modo. Vñ dico, ꝙ non inconuenit aĩam nostram impediri ab operatione nobilissima ẽm quid ꝑꝑ perfectionẽ sibi nobilissimam simplr acquirendã ex vnione ad propriam mãm, vnde non sequitur vnionẽ esse præternaturalem. sed nãlissimam, vtpote ꝑꝑ perfectionem suam simpliciter, & ꝑsertim, quia cognitio illa, quã habet separata, est sibi quasi præter nãlis, sicut & modus essendi, quẽ ha-
Ad scdm. bet &c. Ad scđam dicatur ꝙ impeditur aĩa ex vnione ad corpus ad receptionẽ talis influxus ex hoc ꝙ modum essendi in corpore sequit̃ modus operandi non nisi ꝑ conuersionem ad phantasmata: nãlis. n. conuersio aĩę ad phãtasmata est impeditiua cõuersionis ad superiora. ꝓbatio autem contra hoc nihil facit: contingit. n alio mõ impedi-
Ad confirmationem. mẽtum dari, vt iã patet. Ad cõfirmationem dr̃, ꝙ minor est falsa. Intelligere. n. subãs immateriales tali mõ est bonum aĩæ ẽm quid, & non simplr, vnio vero ad corpus
Ad tertiũ. cum sequentibus ipsam est bonum eius simplr. Ad tertium dr̃ ꝙ siue esse & essentia distinguantur, siue sint idẽ non variatur propositũ, in Deo. n. sunt idẽ, & in aliis intelligentiis distinguunt̃, & tñ eandem de vtrisq; proferimus iniam dicentes ꝙ cognoscimus esse, nõ quidditatẽ. Rñsio ergo ibi data vera est, qua dr̃ ꝙ cognoscimus qđditatem impfecte. Nec hoc repugnat dictis Thomistarũ. Non quidẽ primo. quia illud debet intelligi de cognitione quidditatiua, & non de quocũq; cognitione, vñ non valet, ergo nullo mõ cognoscimus, sed ergo nullo mõ cognoscimus quidditatiue. Scđo autem dicto nullatenus aduersatur. Cũ. n. dicimus ꝙ cognoscimus esse & nõ qđditatem (assueti peripateticis sermonibus) intẽdimus ꝙ scimus de illis terminare qõnem an est, quã de esse quæris, & ꝙ nescimus de eis terminare qõnem quid est, quã quidditatem scrutatur, & si ẽm aliqđ prędicatum quidditatiuũ terminare illã nouerimus notitiam illã (quia, & non quid-
1. Poster. T. com. 8. ditatiuam) vocamus sequẽtes Arist. vestigiã ꝗ notitiam rei per cõia. notitiam quia in posterioribus analyticis appellat. Et ꝑꝑ hoc ea notitia proportionalr negatur de qđditate a Thomistis in proposito, quã affirmatur de esse, qa notitia de propria qõne quidditatis non haberi dr̃, notitia vero de propria qõne ipsius esse non caremus. Ad vltimum, quo probatur ꝙ rñsio sit falsa in se, dico ꝙ ideo dicitur intellectus noster imperfecte subãs immateriales cognoscere, quia non quidditatiue põt eas apprehẽdere & magis imperfecte in hac vita, quia per spẽs aliorum. Et licet primo mõ eas cognoscere sibiipsis tantũ conueniat, & ridiculum esset dubitare an id qđ conuenit solis intelligentiis conueniat aliis, necessarium tñ est dubitare an cognoscere eas quidditatiue sibi solis, an etiam aĩæ nostræ conueniat, qđ secundo modo eas cognoscere sit nobis in hac vita impossibile, non voluntarie, sed rõne cogente di-
citur. Corpus enim vnitum animæ animam ad sensibilia conuertit vt declaratum est &c. In qõ.

Hoc tñ sciendum, q. non eodem mõ sumitur genus & differentia in illis substantiis & in substãtiis sensibilibus. quia in sensibilibus genus sumitur ab eo q. est materiale in re, differẽtia vero ab eo q. est formale in ipsa. Vñ dicit Auic in principio libri sui de aĩa, q. forma in rebus compositis ex materia & forma est differentia simplex eius q. constituitur ex illa, non aũt ita q. ipsa forma sit differentia, sed quia est principiũ differentiæ, ut idem dicit in sua metaphysica. & dicitur talis differẽtia esse differentia simplex, quia sumitur ab eo qđ est pars quidditatis rei. s. à forma. Cum aũt substãtiæ spirituales sint simplices quidditates, non põt in eis differentia sumi ab eo q. est pars quidditatis, sed a tota quidditate. & iõ in principio de aĩa dicit Auic. q. differentiã simplicem non hñt nisi spẽs, quarum essentiæ sunt compositæ ex materia & forma. Silr etiã in eis ex tota essentia sumitur genus: modo tñ differenti. Vna. n. substantia separata conuenit cum alia in immaterialitate, differunt aũt ab inuicem in gradu perfectionis secundum recessum à potẽtialitate & accessum ad actum purum. Et iõ ab eo q. sequitur illas inquãtum sunt immateriales sumitur in eis genus, sicut intellectualitas uel aliquid huiusmodi, ab eo aũt quod sequitur ab eis gradum perfectionis sumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.

A quo genus sumatur causã immaterialibus q̃ materialibus.

In prim.

Ponitur hic secũdum notatũ, quo vnde sumatur dr̃ia, & vnde genus in substãtiis immaterialibus declarata opposita comparatione ad subãs sensibiles. Ad cuius euidentiam scito ꝙ in rebus cõpositis ex mã & forma quatuor intelliguntur. s. mã quã est altera pars cõpositi specifici, forma reliqua pars, tota quidditas vt habeat rõnem perfectibilis vlteriori ꝑfectione formali, & ipsamet tota qđditas, vt habet vltimam ꝑfectionẽ formalẽ. v. gr. in hoĩe potes considerare mãm in qua sua forma recipit̃, & formam in illa receptã. Aduertes etiã ipsum hoĩem inquantum est subã, est n. homo subã, & vt subã habet rõnem perfectibilis, ꝑ corporeum, ꝑ rõnale &c. Aduertes etiam hoĩem inquantum est rõnalis nãæ, quã est vltima eius perfectio formalis. Hæc aũt quatuor ita se hñt ad genus & dr̃iam q. & mã quę est pars & ipsum totũ, & perfectibile fundant genus, diuersimode tñ. Forma vero quã est pars & ipsum totũ, vt posteriori perfectione formali perfectũ fundant, dr̃iam diuersimode etiam. Cũ. n. genus potestate contineat dr̃ias, incõpleteq; ac in potentia rei nãm explicet, totũq; ẽm id quo adhuc perfici põt importet, radix aũt potentialitatis in rebus sensibilibus sit mã, merito a toto ẽm ꝙ posse est formalr perfici, & a mã ipsa sumi dr̃. Silr cum dicere sit diuidere terminare & actuare genus totũq; ẽm posteriorem perfectionẽ & actualitatẽ explicare, radix aũt actualitatis & ꝑfectionis sit forma, merito a toto ẽm ꝙ ꝑfectum est, & a forma dr̃ia sumit̃.

Nota 4. substantiæ hac sua 4. reperiuntur.

Genus sumitur à toto composito & parte materiali. Differẽtia sumitur à toto composito & parte formali.

Diuersimode vero fundant genus & dr̃iam partes ipse rei, mã. s. & forma, & quidditas tota vt ꝑfectibilis & perfecta. Sumit̃. n. genus a tota essentia vt habet rõnem perfectibilis tanquã a re formalr signata seu denoĩata ab ipso. A materia vero tanquã a radice sui formalis significati. Silr dr̃ia sumitur a tota essentia ẽm vlteriorem perfectionem tanquã a re formaliter signata seu denoĩata ab ipsa, a forma autem vt a radice sui formalis signati, non. n. materia quę est pars hominis denoĩatur eius genus, neq; forma dr̃ia, sed ipse homo vt subã vt aĩal generis denoĩationem sortitur, vt corporeus. vt rõnalis dr̃iæ denoĩationem habet. Et propterea qa genus & dr̃iam radicalr fundat materia & forma,

T. cõ. 33. & materia, iõ ab Arist. 7. met. t. c. 33. dicit φ sicut se habet tota ratio ad totam rem, sic pars rõnis ad partem rei. & *T. com. 9.* octauo meta. t. c. 9. inuenies genus sumi a materia & differentiam a forma. *Com. 49.* Præterea & Com. scđo cœli cõ. 49. ait. φ si corpora cœlestia conueniunt in gñe & differunt in specie sunt cõposita ex materia & forma. Inuenies quoque quia genus & dĩa a tota essentia sumuntur vt a re significata noĩe primæ intentionis, & denominata noĩe secundæ intentionis, & non a parte, illustres viros dicere qñq; φ genus non sumitur a materia, & φ dĩa non sumitur a forma, quorum cũ intuitus fueris rõnes supradictis non aduersari videbis. Quæ cũ ita sint in substãtiis materialibus ad subãs immateriales ascẽdendo genus sumi non dicimus a materia, nec dĩam a forma, quia carẽt his partibus, vñ restat vt a tota essentia tam genus q̃ dĩa non solum formalr̃, sed etiam radicaliter in eis sumatur. Propterea & Auic. (vt in litera dr̃) assignat diuersitatem inter dĩam substantiarum compositarum et simpliciũ dicens φ dĩa in speciebus compositis ex mã & forma est simplex. Dĩa vero rerum non compositarũ non, & vocat dĩam simplicem eam quæ non a toto radicalr̃, sed a parte eius exit q̃ simplex est. *Genus & differentia in simplicibus sumuntur à toto quiddita[tiuo].* Sumũtur ergo ex tota essentia in substantiis immaterialibus genus & dĩa, sed differentee, quia genus sumit̃ ex tota essentia ẽm id quo essentialiter vna alteri assimilat̃, conueniunt. n. intelligentiæ in aliquo prædicato quidditatiuo. Dĩa vero sumitur a tota essentia ẽm id quo vna differt substãtialiter ab aliis, & hic est certus formalis perfectionis gradus indiuisibilis formaliter, quem quãto aliqua intelligentia proximiori purissimo actui Deo glorioso sortita fuerit, tãto pfectior erit, per hoc. n. differunt inter se. φ vna altera propinquioe est actui puro & plus a potentialitatis natura recedit. ad maiorem horum intelligentiam alterius exordiendum est.

Sciendum est nãq; φ aliud est loqui de genere & dĩa simpliciter, & ẽm ea q̃ sibi accidunt & per se conueniũt. Aliud est loqui de eis ẽm φ ad tales naturas applicãtur. Si. n. loquamue de eis ẽm se, sic ad vtriusq; (gñis. s. & dĩæ) rõnem exigitur & sufficit φ dĩa quidem explicet certũ & limitatum gradũ entis non extraneæ naturæ a nã generis, cuius est diuisiua formalr̃, genus vero explicet certam naturam determinabilem formalr̃. Et primũ quidem horum quæ de dĩa dicimus, sequitur ex eo φ dĩa adueniens generi constituit spẽm, & ponit ipsam in determi-*T. cõ. 10* nato gradu entis, illo. s. quẽ explicat, vnde. 8. meta. cõ. 10. Species numeris assimilãtur. eo φ sicut numeros subtracta, aut addita vnitas variat, sic dĩa addita vel subtracta entibus ipsa diuersificat. Secundum aũt sequitur ex eo φ dĩa diuersificaee genus debet, ita vt non solum ipsa spẽs sit altera ab altera specie, sed nã gñis in hac spẽ sit diuersa *T. cõ. 24* a natura generis in alia specie, vt. 10 meta. t. c. 24. habetur. Vnde in. 11. de aĩalibus ait Arist. φ si debeat diuidi figura, dĩæ eius non erunt hr̃e angulos æquales duobus rectis & hr̃e angulos æquales multis rectis, quia hæc accñã sunt figuræ. Genus aũt certam naturam signãre oportet vt transcendentia excludant̃. Determinabilem vero for-*Nota hec profundissima dicta & pulchra, de cõceptu gñis & differentia.* maliter, vt specialissima segregent̃. Si aũt loquamue de genere & dĩa vt applicantue ab subãs materiales, sicut genus non solũ explicat rem, vt determinsbilem formaliter, sed etiam radicaliter sumitue a materia, & dĩa similiter non solum signãt determinationem & actuationem generis, sed sumitur radicalr̃ a forma, sed hæc accidũt generi & dĩæ ex eo φ essentia cuius sunt est composita & etaliter integrata ex duobus principiis, mã. s. determinabili & forma terminante. Per se. n. conuenit aĩali φ significet naturam sensitiuam determinabilem formalr̃ per rationale. Sed quia nã sensitiua habet qđ sit terminabilis p rationale ex hoc φ habet mãm, ideo accidit huic generi φ est aĩal (inquantum est genus) φ sumatur a mã, vnde si natura sensitiua esset determinabilis per rõnale & non ratione mãæ non minus animal esset genus. Sir̃ rõnale per se habet φ significet rõcinatiuam perfectionem essentialiter determinatiuam nãæ sensitiue, sed quia gradus intellectiuus habet φ determinet sensitiuam ex eo φ aĩa intellectiua est forma corporis, iõ accidit huic dĩæ. s. rationale inquantum est dĩa qđ sumatur a forma. Non minus. n. rationale esset dĩa si perfectio rõcinatiua determinaret sensitiuam absq; eo φ informaret aĩa corpus. Propter hoc cõiter dicitur φ sumitur genus ab eo qđ est materiale potius q̃ a materia, & dĩa ab eo qđ est formale potius q̃ a forma. Illud cõuenit eis per se, hoc aũt per accidens, cum aũt substantiarum immaterialiũ simplex essentia sit determinata & distinitas ad certũ pfectionis gradum (cum infinitæ entitatis non sit) consequens est vt in ea sit, vnde genus & dĩa sumi queant. Ex hoc. n. φ natura limitata est ex ipsa determinatione sumitur dĩa. Ex natura autem rõi quæ determinari intelligitur, sumetur genus. Ex eo vero φ simplex est seipsa terminatur, ita qđ non habet duas partes reales, quarum altera terminetur & altera terminet, sicut substãtiæ sensibiles habent materiam & formam. Et sic in acceptione generis & dĩæ in substantiis immaterialibus saluatue id qđ est per se. s. qđ genus significet certam naturam formalr̃ determinabilẽ. Et differentia explicat determinatam perfectionẽ substantialem formaliter cõstitutiuam illius in certo gradu entis, licet non saluetue id qđ est per accñs. s. φ genus sumatue a materia, differentia vero a forma. ad profundiorem huius rei perscrutationem notãdæ sunt tres peopositiones.

Prima est φ omne indiuiduũ distinctum realiter a suo esse habet plura prædicata quidditatiua, quorũ successu magis ac magis appropinquat ad suum esse. Scđa propositio est ista. Inter p̃dicata quidditatiua supradicta talis est ordo, φ tanto vnũquodq; est actualius quo appropinquat ad esse, & tanto est potentialius quãto remotius ab esse. Declarantur primo exemplariter, deinde ratione propositiones istę. Sortes distinctus realiter a suo esse existentiæ habet plura prædicata quidditatiua. s. substãtiam, corpus, viuum, aĩal, homo, & certum est φ sortes inquãtum substantia valde elongatur a sua exñtia, exigitur. n. ad hoc φ sortes sit, non solum φ sit substantia, sed etiam φ sit corpus, cum aũt acceperis sortem inquantum corpus vicinior apparebit ad existentiã habendum, licet adhuc satis elongetur ab illa. exigitur. n. ad hoc φ sortes sit non solum φ sit substantia corporea, sed etiã φ sit viuẽs, & cum conderaueris sortem vt viuum, vidrbis magis appropinquare ad esse, tamen adhuc remotum. Exigitur. n. ad hoc φ sortes sit non solũ φ sit substantia animata, sed etiam φ sit aĩal, & cum inspexeris ipsum inquantum animal, proximiorem ad essendum inuenies, adhuc tñ remotum ex eo φ exigitue ad hoc φ sortes sit nõ solum φ sit substantia alata sensibilis sed etiam rationalis (nihil. n. potest in rerum natura sub aliquo genere contineri qđ non sub aliqua speciei contineatur) cum aũt consideratus fuerit vt substantia aĩata sensibilis rõnalis, tũc iam esse actualis existentiæ suscipere põt, nihil. n aliud formale intrinsecum exigitur ad hoc φ sit, licet requirantur cãæ extrinsece & proprietas indiuidualis, vt cõditio existentis. Patent autem adducta prædicata ita se habere φ semper id φ propinquius se habet ad existentiam cõparatum ad remotius se habet vt actuale ad potentiale, sicut hõ ad animal, aĩal ad viuum, viuum ad corpus, corpus ad substãtiam. Et ex consequenti id qđ proximius est ipsi esse, est actualius, illud vero qđ remotius est ab esse, est potẽtialius, & sic patet vtraq; propositio exẽplariter. Ratione *Probantur rões ista secũda propositiones [?]* autem probo. cum. n. esse sit actualissimum oium quæ sunt in re, & tantæ actualitatis, vt non nisi cõpletæ essentiæ actus proprius sit, ad hoc φ essentiæ eius receptiuum fiat, oportet intrinsece cõpletam & determinatam esse. sicut ad hoc φ aer recipiat lumen, oportet prius φ perficiatur a diaphaneitate, terminatur aũt perficitur & completur substantia his prædicatis quidditatiuis, & iõ quanto prædicatum quidditatiuum erit magis essentiæ determinatiuum magis appropriabit ipsam ad hoc φ sit receptiuum proprium ipsius esse. Et per oppositum quanto prædicatum quidditatiuum est minus determinatiuũ essentię, tanto minus eã appropriat ad hoc φ capax sit ipsius exñtiæ, & quia vnũquodq; quanto est propinquius actualissimo, tanto est actualius & quanto remotius ab illo tanto est potentialius. Idcirco inter prædicata quidditatiua talis est ordo φ ꝓpinquius ipsi esse est actualius, remotius vero potentialius.

Regula generalis qua sumitur genus & differentia.

His duabus propõnibus, postq̃ tertiam addideris.s.q̃ genus sumitur ab eo qđ est vt potentiale, Dr̃ia vero ab eo qđ est vt actuale, conficietur regula gñalissima, q̃ genus & dr̃ia in oĩbus sumuntur a tota essentia rei ſm elõgationem & propinquitatem ad ipsum esse exñtiæ. Differentia.n. vltima cum sit constitutiua spẽi, & proprium illi inter essentia gradũ donet, vltimum complementum ipsius essentiæ est, ad hoc q. sit. Vltra eã.n. (vt iã dictum est) indiuiduũ nullũ aliud cõplementum intrinsecũ expectat vt sit. Genus quoq̃ gñalissimum cũ essentia maxime determinabiliter explicet, ab eo sumit, quo essentia ipsa ab exñtia magis est elongata, vtpote determinabilis et pfectibilis oĩbus differentiis ad hoc vt esse suscipere posit. Genera vero & dr̃iæ intermediæ ab intermediis sumunt (& propter hoc dr̃ q̃ diffinitio explicat diffinitũ a prima potentia vsq̃ ad vltimum actũ) includit siquidem primũ genus qđ sumitur ab eo quo primo essentia ipsa põt hr̃e esse, & oẽs dr̃ias quibus paulatim essentia determinat & actuatur vsq̃ ad vltimam dr̃iam quę est actua vltimo determinans & perficiẽs ipsam, vt esse habeat. propterea & Porphy.aũ q̃ ſm interius perscrutantes dr̃ia est quæ conducit ad esse. Nec pp̃ hoc qđ diximus intendimus q̃ genus & dr̃ia sumantur ab esse actualis exñtię, scimus n. diffinitiones abstrahere ab esse, sed intẽdimus q̃ genua & differẽtia sumunt (vt verbis S.T. vtamur) ab ordine ad esse actualis exñtiæ. Ab ordine aũt dicimus non relatione ordinis, sed fundamẽto eius ab eo.s.quo essentia appropinquat vt receptiuũ ad ipsum esse & ab eo quo essentia elõgatur ab ipso. Et ſm hoc habes vñ in intelligentiis, substantiis mãlibus & accñtibus sumantur genus & dr̃ia, vt facile est cuilibet exercitato deducere in singulis. Et propter hoc solus Deus caret genere & dr̃ia, quidditas enim sua cum sit sua existentia actualis, non potest concipi vt elongata ab existentia vel propinqua illi. Vnde sufficientissimam causam S. Tho. in principio huius capituli assignauit, quare Deus non sit in genere & intelligentiæ sint in prædicamento, quia illæ est suum esse, istarum autem essentia distinguitur ab esse proprio.

Cap. de differentia.

Nec oportet has differentias esse accñtales, quia sunt secundum maiorem & minorem perfectionem, quæ non diuersificat speciem. Gradus.n. perfectionis in recipiendo eandem formam non diuersificat spẽm, sicut albius & minus albũ in participando eiusdem speciei albedinem, sed diuersis gradibus perfectionis in ipsis formis uel naturis participatis diuersificat spẽm. sicut natura procedit per gradus de plantis ad animalia per quædã, quæ sunt media inter animalia & plantas secundum Philosophum in libro de animalibus.

Hic excluditur prima obiectio. dictum est.n. q̃ dr̃ię in intelligentiis sumunt a diuersis perfectionis gradibus q̃bus vna altera propinquior est actui primo. Contra hoc instatur sic quæcũq̃ differunt ſm actum perfectũ & minus perfectũ, differunt solum accñtalibus differentiis, intelligentiæ differunt nõ nisi ſm magis & minus perfectũ. ergo differunt solum accñtalibus differẽtiis, processus bonus, conclo vero est falsa. ergo altera p̃missarum, nõ maior vt probabitur, ergo minor, q̃ est positio supradicta. Probatio maioris est, q̃a magis & minus non variãt speciem, albedo.n. pfecta & minus perfecta vnius spẽi sunt. quæcũq̃ aũt sunt eiusdem speciei accñtalibus solum differentiis distinguunt, cum in oĩbus essentialibus cõueniãt. Hanc obõnem excludit hac pulchra distinctione. Perfectius & minus pfectum põt attendi vel penes modũ habendi aliq̃ formam vnam simplr, vel penes ipsas formas habitus magis & minus. primo mõ nõ variant spẽm, sed secundo mõ. quæcũq̃.n. ita se hñt q̃ ſm diuersos gradus perfectionis atomam suscipiũt formã solo numero vt sic distinguũtur, vt patet de albo. vt. 4. de albo. vt. 6. Ea ṽo, q̃ diuersos gradus perfectionis non eiusdẽ formę, sed pluriũm formarum suscipiũt essentialiter seu specifice distingui necesse est, vt patet de homine & boue. Vnde patet respõsio ad obiectiones, q̃ primo modo minor est falsa. secundo modo maior. Cuius probatio iõ videtur sine additione vulgata, quia comparatio denotata per ly magis & minus non sit proprie nisi in atoma specie, vt dicitur se primo physic. in com. 57. *T. cõ. 57*

Nota distinctionem hanc, qua perfectum & imperfectum variant speciem.

Nec iterum est necessarium ut diuisio intellectualium substantiarum sit semper per differentias ueras, quia hoc est impoßibile in omnibus rebus accipere ut Philosophus dicit in undecimo de animalibus. *Cap. 11*

Hic excluditur secunda obõ. Obiicitur.n. contra idem dictum sic. vbicũq̃ sunt verum genus & verę spẽs ibi debet esse artificialis diuisio illius gñis per duas veras dr̃ias, sed in intelligentiis inuenitur verũ genus & veræ spẽs. ergo ibi debet esse diuisio p̃ duas dr̃ias veras. conclo est cõtra diuisionẽ supra assignatam. qua dictũ est, genus intelligentiarum descendit ad suas spẽs per magis perfectũ & minus perfectum, q̃ non sunt veræ dr̃iæ. Maior vero p̃batur ex eo q̃ vbi verũ genus cum veris spẽbus inuenitur oportet esse diuisiuas ipsius gñis & spẽrum constitutiuas dr̃ias. ex eo aũt q̃ diuisio est ſm artem debet esse bimembris, vt Boethus testatur. Hanc obõnem excludit S. Tho. dicens maiorem esse vniuersaliter impossibilem ſm Arist. sñiam in secundo libro de animalibus.

In libro de diuisionum. Cap. 3.

Ad cuius euidentiam notandũ q̃ cum vere dr̃ię appellentur dr̃iæ positiuæ non extraneæ õriæ inter se conuertibiles cum his quorum sunt dr̃iæ, vt ibi dicit Arist. c. 3. Genus illud qđ plures duabus spẽbus continet immediate non põt diuidi duabus veris differentiis. sed si veris differentiis diuidendũ erit p̃tãtem eius euacuãtibus, oportet q̃ diuidat pluribus duabus, & sic diuisio non erit bimembris. si.n. diuisione bimẽbri erit, oportet alteram differentiam esse non verã. erit.n. cum priuatione accepta alterius. Sicut si aĩal immediate contineat hoĩem bouem & leonem, oportet tribus veris differẽtiis diuidi vel altera vera. puta rõnali, altera non vera sed priuatiua cõi reliquis duabus puta irrõnali. Quia igitur inueniunt aliquæ res in mundo plures duobus cõtentę immediate sub aliquo cõi formaliter diuisibili, ideo dr̃ q̃ impossibile est vlr q̃ oĩs diuisio fiat per duas dr̃ias veras, & hoc in proposito nostro accidit. Cũ.n intelligentiæ careãnt gñe subalterno, vt S. T. in tract. de nã generis. c. 5. testat. eo q̃ pfectio earũ ex pluribus coniunctionibus dr̃iarum nõ consurgit, sicut perfectio spẽrum in istis inferioribus quibus non sufficit genus cõe & dr̃ia. oẽs immediate sub vno genere continebuntur, & sic genus earũ, si veris differentiis ad illas descendere debet, oportet multimẽbrem fieri diuisionem nobis ignotam, q̃ si bipartita diuisione contrahendum erit, alteram simplr necesse est esse non veram, quia priuatiuam, alteram pp̃ debilitatem intellectus nostri ad nullam propriam earum dr̃iam ascẽdere potentis necesse quoq̃ est esse non veram. Tales aũt fuerunt dr̃iæ in litera assignatæ. s. magis perfectum & minus perfectũ. *Cap. 5.*

Ex his iam patet r̃nsio ad obiectionem declarata impossibilitate maioris vlr. Boetij vero dictum non obstat. q̃uis.n. dicat diuisionem oẽm ad bimembrem reduci. non tñ dicit q̃ omnis bimembris fiat per differencias veras inferiorum per illa diuisionem accipiendorum.

Tertio modo inuenitur in substantiis compositis ex materia & forma in quibus & esse est receptum & finitum, propter quod & ab alio esse habent, & iterum natura uel quidditas earum recepta est in materia signata, & ideo sunt finitæ in superius & inferius, & in eis iam propter diuisionem materiæ signatæ poßibilis est multiplicatio indiuiduorum in una specie & in his substantiis qualiter se habeat essentia ad intentiones logicas supra dictum est. *Cap. 4.*

In hac quarta & vltima parte huius capi quatuor colligit de essentiis subarum compositarum. Prima est q̃ esse earum est limitatũ, quia hñt illud ab alio, vtpote distinctum realiter a se, & p̃ hoc primo distinguit a primo ente, cuius esse est infinitũ. & idem realiter suæ quidditati. Scd̃m est q̃ essentia earum est recepta in mã signata, sunt enim in hoc vel in illo, ad hic & nunc determinatæ, sicut formale per suum mãle. Tertium q̃ ex istis duobus corollariæ sequitur, est, q̃ sunt finitę superius & inferius. Superius quidem quia habent esse limitatum, & essentia earum

rum

rum per ipsum esse quod vt superius respicit terminatur. Inferius vero quia recipiuntur earum formæ in materia & ipse ad hoc & illud terminantur quæ respiciunt vt inferius, per hoc q; in his & illis cōditionibus materialibus recipiuntur tanq; in parte materiali. Quartū est q; essentia earum est multiplicabilis numeraliter in eadem specie ꝓpter materiæ signatæ diuisionē. Et per hæc tria differūt ab intelligentijs in secundo ordine positis quę immunes a materia infinitæq; inferius parem sibi non cōpatiunt. Et sic terminatur tractatus secūdus huius libri. Ca. VII.

De essentijs accidentium.

Cap. 1. 3. si.

Nvnc autem restat uidere qualiter essentia sit in accidentibus, quomodo autem sit in omnibus substantijs, dictum est. Et quia ut dictum est, essentia per diffinitionem significatur, oportet q; eo modo habeant essentiam quo habent diffinitionem. Diffinitionem autem habent incompletam, quia non possunt diffiniri nisi ponatur subiectum in eorū diffinitione, & hoc ideo est, quia non habent in se esse absolutum per se a subiecto, sed sicut ex forma & materia relinquitur esse substantiale quando componitur, ita ex accidente & subiecto relinquitur esse accidentale, quando accidens subiecto aduenit. Et ideo etiā nec forma substantialis completam essentiam habet, nec materia, quia in diffinitione formæ substantialis oportet q; ponatur illud cuius est forma, & ita diffinitio eius est per additionem alicuius, quod extra eius genus est, sicut & diffinitio formæ accidentalis, ut etiam in diffinitione animæ ponitur corpus a Naturali, qui considerat animam solum inquantum est forma physici corporis. Sed tamen inter formas substantiales & accidentales tantum interest, quia sicut forma substantialis non habet per se esse absolutum sine eo cui aduenit, ita nec illud cui aduenit. s. materia, & ideo ex coniunctione utriusq; relinquitur illud esse in quo res per se subsistit, & ex eis efficitur unum per se, propter quod ex coniunctione eorum relinquitur essentia quedam. Vnde forma, quāuis in se considerata non habeat rationem completam essentiæ, tamen est pars essentiæ completæ. Sed illud cui aduenit accidens est ens in se completum cōsistens in suo esse, quod quidem esse naturaliter præcedit accidens quod superuenit, & ideo accidens superueniens, ex coniunctione sui cum eo cui superuenit non causat illud esse in quo res subsistit, per quod res est ens per se, sed causat quoddam esse secundum, sine quo res subsistens intelligi potest esse sicut primum potest intelligi sine secundo uel prædicatum sine subiecto. Vnde ex accidente & subiecto non fit unum per se sed unum per accidens, et ideo ex eorum coniunctione non resultat essentia quedam, sicut ex coniunctione formæ cum materia, propter quod accidens neque rationem completæ essentiæ habet, neque pars completæ essentiæ est, sed sicut est ens secundum quid, ita, & essentiam secundum quid habet.

7. meta.

2. de a. t. c. 6. differentia inter formā subalē et accidentalem.

In hoc tractatu tertio (vni cap. cōtento) determinat de accidentibus, vt nihil sub latitudine entis intactum remaneat. Diuiditur aūt in tres partes, in quarum prima quid significat essentia in accidentibus declarat in secunda vero diuersitas accidentiū a subā & inter se. in tertia autem quō se habeant ad intentiones logicas. Declarat ergo primum tali cōclusione. Accidentia habent essentiā incompletam. Probatur sic. quæcunq; habent diffōnem incompletam habent essentiā incompletā, accidentia habent diffinitionem incōpletam. ergo. Maior patet ex eo q; essentia est id quod per diffōnem significatur (vt dictū fuit in principio libri.) Minoris probatio est, qa quæcunq; diffiniuntur necessario per aliquod qđ est extra eorū essentiā habent diffōnem incompletam. diffinitio. n. talium non cōpletur per intrinseca, sed eget extrinseco additamēto, sed accidentia diffiniuntur necessario per aliquod qđ est extra eorū essentiam. oportet siquidem in eorū diffinitione poni subm, vt dicitur. 7. meta. tex. com. 15. ergo accidentia habent diffōnem incōpletā. Ad euidenter manifestandam minorem. San. Tho. in litera comparata accidentia formis substantialibus penes cōuenientiam & differentiam. inde. n. clare patebit quō accidentia habent essentiā incompletā. Conuenire ait accñtia cū formis substantialibus in tribus Primo in hoc q; neutrū eorum habet esse absolutū a subiecto indepēdens a receptiuo, sed sicut ex forma subali coniuncta māæ fiuit esse cōe vtriq; ita ex cōiunctione accidentis cum subto relinquitur esse cōe vtriq;. ex coniunctione. n. albedinis cum niue fit esse, quo & albedo est & nix est alba. Secundo cōueniūt in hoc q; neutrū eorū habet essentiam cōpletā, quia essentia vtriusque essentialiter ad aliud refertur vt receptiuū. forma siquidē substantialis essentialiter est entitas pfectiua materiæ, & accidēs essentialiter est entitas subiecti qualificatiua. Tertiū autem in quo cōueniunt est, q; neutrū eorum habet diffinitionem cōpletā proprijs terminis, sed per additamentū. sicut. n. in diffōne accidētis oportet poni suum subm, quod est extra eius genus, ita in diffōne formæ subalis oportet ponere receptiuum, materiam. s. quæ est extra eius genus propriū. nam genus formæ est actus, (vt patet. 2. de anima.) materiam aūt, cum ens diuidatur in actū & potentiā, sub potentia, contineri clarū est, & consequenter esse extra actum quod est genus formæ. huius signū est quod fecit Arist. diffiniendo animā, dum posuit in eius diffinitione corpus physicum organicū, quod propria materia est aīæ, in eo quod est corpus physici perfectio. Addidit aūt hoc. ne mireris, quare in diffōne animæ non ponitur materia, cū sit forma subalis sed corpus physicū. hoc. n. ideo est, quia physicus non considerat animam vt formam subalem sed vt animam quæ vt sic, corpus physicum præexigit tanq; propriam materiā. Hinc habes q; considerare animā intellectiuā, vt sic sm suā completam quidditatem non est opus physici, & etiā tradit Aristo. in libro primo de partibus aīaliū. cap. 1. Differunt autem in quinq;. Primo quia receptiuum formę subalis non habet esse per se sine esse formæ. est enim in hoc consortne suæ formæ, sicut. n. forma substantialis non habet esse præter suum receptium, ita nec suū receptiuū habet esse præter suā formā receptiuū vero accidentis habet esse per se præter esse sui accidentis. Huius differentiæ ratio est, quia receptiuum formæ substantialis est ens in pura potentia. receptiuū vero formæ accidentalis habet esse in actu. Secundo vero differunt, quia ex coniunctione formæ subalis ad suū receptiuū emanat esse illud quo res ipsa subsistit seu simpliciter est. Ex coniunctione vero formæ accidentalis ad subm fiuit esse, quo res sm quid est. Et hæc dr̄ia oritur ex prima, ex quo enim receptiuū formæ substantialis caret esse per se illo eē quod ex forma fiuit primo est. & per oppositum. ex quo subm accidētis proprio esse gaudet, per adeptionē accidentis tale esse acquirit. & non esse simpliciter. hoc enim præhabet, & sic sm hoc primum esse potest intelligi esse sine secundo. pōt enim substantia ab accidēte separari. vt dicitur. 7. meta tex. com 4. Tertio differunt, quia ex cōpositione formæ substantialis cum suo subiecto fit vnum per se Ex compōne autem accidentis cum subto non fit vnum nisi per accñs. Oritur aūt hæc dr̄ia ex secda ex quo. n. ex forma subali esse simpr fit quo res per se ē, oportet q; vnum simpr fiat quo res sit per se vna ens. n. sequitur vnū. Ex eo vero q; subm & accidens duo eē habent. vnum per se facere non possunt eadem ratione, qa. s. vnum sequitur ens, non n. potest esse q; vnum per se sequatur ens per accidens. Quarto differunt, quia ex coniunctione formæ substantialis cū materia resultat essentia quædam tertia. s. entitas. Ex coniunctione vero accidētis cum subto non fit aliqua essentia tertia. Oritur autē hæc differētia ex tertia, cum enim essentia sit id quod per diffinitionem significatur vt res diffinita Diffinitū aūt oportet esse vnum per se sm Aristo. 7. metaphy. tex. com. 16. ex eo q; ex accidente & subiecto non fit vnū per se habetur q; nec essentia aliqua resultat. & per oppositū, ex eo q; ex forma subali & materia, vnum per se fit essentia tertia resultat. Quinto differunt, quia forma substantialis & si non sit essentia completa, est tamen pars cōpletæ essentiæ Accidens vero nō est essentia cōpleta nec pars essen-

Accñtia hñt ēntiā incōpletā. cap. 2. 3. si.

T. c. 15.

cōuenientia forma substātialis et accñtalis.

T. c. 2. vt ibidem patet.

2. de a. T. c. 6.

Cap. 1. differentia inter formā subalē & accidētalē.

T. c. 4.

T. c. 16.

tiæ completæ. Sequitur aūt hæc dr̄ia quinta ex quarta. si n. ex forma & materia fit essentia quædam tertia forā substantialis illius pars erit. Si aūt ex accidēte & subiecto essentia nulla resultat, accidens nullius completæ essentiæ pars poni potest, & sic accidens incompletum & scd̄m quid est ens, ac consequenter incompletā essentiā & diffi nitionē habet. Nec te moueat q̄ formam substantialē non absolutā a receptiuo, & esse non habere sine mate- ria modo dicatur, & superius dictū sit animam intellecti uā independentem a materia & separatam ab illa fm rē remanere hoc enim est simpliciter verum. Ad verificatio nem aūt eius quod modo dicimus, sufficit animam intel lectiuam eē essentialiter materiæ informatiuā, & tali mō ab illa in absolubilem fm esse quidditatiuū, vt eius diffi- nitio ostendit, & q̄ forma substantialis vt sic nō habeat vnde fm esse actualis existentiæ a materia absoluatur & independens sit, licet aliunde alicui formæ substātiali hoc insit, puta ex hoc q̄ est intellectiua. loqmur enim de for ma partis substantiali, vt sic.

ca 5. pt 6. ca 6 par. 2

s dubiā.

Circa hæc supradicta multa sunt dubia Circa secun- dam enim conuenientiam dubitatur, an sit verum quod ibi dicitur. s. q̄ essentiæ accidentales essentialiter non sunt absolutæ a receptiuo. Et hanc dubitationē comitatur alia circa tertiā conuenientiam, an. s. accidentia necessario per subm̄ diffiniantur. Occurrunt quoq; quæstiones circa differētias assignatas, & prima quidē habet dubitationē de vtroq; membro cū sua radice, an. s. forma substantia- lis puræ potentiæ tantū actus sit. et an forma accidenta- lis in ente in actu tantum recipiatur. Circa secundā diffe rentiam est dubium, an accidentia habeant propriam exi stentiam distinctam realiter ab existentia substātiali. Et iterum est ibi dubium, an substātia subiecta accidēti pos sit intelligi esse absq; omni accidente. Istas sex dubitatio nes si diffuse tractare vellemus, propositi limites exire- mus. alterius enim negocii est. sed ne omnino ieiuni tran seamus, de pluribus earū dicetur ordine supradicto, fun damēta & nostra & aduersariorū adducēdo. Qō. XV.

Ad scd̄m

Ad tertiū

Ad quartū

Ad quintū

Ad sextū

v. inhærentia aptitudinalis sit de inhærentia accidentis. opi Sco. 4. di. 12 q. 1.

Circa primum dubium declarato titulo primo ad- ducetur opinio Sco. 2. S. T. tertio respondebit ar- gumētis in oppositum. Est igitur sensus primi du bij. an de essentia accidentis sit dependentia ad subm̄, qd̄ sub specialibus vocabulis dubitatur ab alijs cum quæri- tur an inhærentia aptitudinalis sit de essentia accidentis.

Sco. in. 4 sen. distin 12. q. 1. decidit hanc qōnem, quo ad accidentia absoluta. s. quantitatem & qualitatē, aitq; tales qui hnc veniunt in dubium, quid nois ipsius inhærētiæ ignorare cōtentusq; est vnica rōne ad probandum q̄ im pose sit inhærentiam quācunq; esse de essentia accidentis absoluti, sic. Nulla relatio est de conceptu formali rei ab solutæ: omnis inhærentia est relatio. ergo nulla inhæren tia est de conceptu formali rei absolutæ. Aliter hæc ratio formatur ab eodem, sic. id quod est essentialiter ad se non includit in se essentialiter respectum secundum Augusti. 7. de trinitate. cap. 2. sed accidens absolutum est ad se. ergo accidens absolutum non includit essentialiter respectū. inhærentia aūt respectus est. ergo. Ab alijs au tem confirmatur eadem ratio sic. omne quod relatiue di citur est aliquid præter relationem, fundamentū. n. rela- tionis est aliud formaliter a relatione, sed accidens abso- lutum puta qualitas relatiue dicitur inhærēs. ergo est ali- quid absolutum præter inhærentiam. Preterea. inheren tia aptitudinalis est de essentia accidentis. ergo quantitas & qualitas non sunt genera generalissima. tenet ɔ̄ña ex eo q̄ tunc a quantitate & qualitate & cæteris accidenti- bus posset abstrahi conceptus cōis quidditatiuus eiusdē rationis in omnibus illis inferior conceptu entis, & supe rior illis nouem generibus. s. (esse in) & sic cum omnis ta lis conceptus sit genus, nouem genera accidentium ge- neralissima non erunt. haberent enim superueniens ge- nus. Thomistarum autem sententia est inhærentiā apti tudinalem esse de essentia accidentis, & eam non esse rela tionem. Sciendum est enim aliquid esse absolutum vel respectiuum dupliciter. s. a subiecto & a termino. Abso- lutum enim a subiecto ens, est id quod non est natum re cipi in alio vt substantia. Respectiuum ad aliud vt subm̄ est id quod essentialiter natum est recipi in alio, vt omne accidēs. Absolutum a termino est id quod formaliter nō respicit aliud præcise, vt terminum ad quem, vt substan tis, quantitas & qualitas Respectiuum ad aliud vt termi num est id quod formaliter respicit aliud præcise vt ter- minum ad quem sicut prædicamentum relationis. In hoc enim differt relatio pertinens ad prædicamentum relatio nis ab alijs respectibus cæterorum generum, qui a qui- busdam transcendentes vocantur, q̄ respectus pertinens ad genus ad aliquid, essentialiter est ad aliud, non vt rece ptiuum vel causam efficiētem, aut finalem aut formalem, sed præcise est ad aliud tanq̄ terminum. vnum enim re- latiuorum nec est forma nec finis nec efficiēs alterius, sed terminus Propter quod dicit magnus Albertus, q̄ vnū relatiuorum non est diffiniendum per reliquum. sed ad reliquum, eo q̄ ly per denotat causalitatem. Respectus aūt aliorum generum qui ꝓpter vocabulorum penuriā respectus dicitur, respicit essentialiter aliud, sed vt subm̄ vel materiam vel formam & hmōi. sic. n. materia essen- tialiter respicit formam, & econtra, vt de cōmensuratio- ne animæ intellectiuo (supra dictum est.) cū ergo inhæ- rentia aptitudinis importet respectum ad aliud vt recepti uum, ipsam non de genere relationis sed identificatā cui libet generi, modo absolutum eius mō relatiuū significa re dicimus. Vnde non prohibetur inhærentia aptitudi- nalis esse de essentia absoluti accidentis ex eo q̄ est respe- ctus, immo ex hoc q̄ accidens absolutum nō a subiecto est, licet a termino, sequitur q̄ de essentia eius sit essentia- lis dependentia ad subiectum quam inhærentia aptitu- dinalis explicat. Consona autem nostra positio rationi ostenditur, ex eo q̄ sicut esse ad constituit relationē, ita esse in. constituit accidens vniuersale. Contrahitur n. ens per esse in. ad nouem genera accidentiū, & ideo sicut ad. est de essentia relationis, ita in. est de essentia accidētis. Vn de simplicius in cōmento ꝑdicamētorū dicit. q̄ esse in. nul lum constituit genus, sed omne accidens circuit. Et cōfir matur ex eo q̄ nisi aptitudinalis inhærentia esset de essen tia accidentis posset completa diffinitione ipsum accidēs concipi absq; aptitudinali inhærentia in eius diffōne po- sita, quod est impossibile. oportet. n. ipsum in sua diffini tione habere essentialem dependentiam ad subm̄, quam inhærentia aptitudinalis explicat, aliter subiecto nō esset opus ad diffiniēdū. Propterea in pluribus locis, ait. S. T. q̄ diffinitio accidentis est hoc, seu aliquid huiusmodi, res cui debetur esse in alio. hæc de secundo. Ad primum au tem in oppositum dicitur q̄ minor primi est falsa. & de ceptus videtur Scotus, quia non vidit differentiam inter respectum in. & ad respectus enim in. & non est relatio. nam licet talis respectus termineur ad subiectū, & con- sequenter subiectum sit terminus, tamen non terminat vt terminus, sed vt receptiuum illius & hoc oportet hic valde attendere. aliud est enim dicere. a. est terminus talis respectus, & . a. terminat talem respectum vt terminus, vt ex dictis patet. Et per hoc patet responsio tam ad se cundam q̄ ad tertiam formam eiusdem rationis. semper enim supponit aptitudinalem inhærētiam esse relationē.

Cōfirmatio aliorum.

3. cōfirmatio.

Opi. Thomistarum.

Absoluti

a termino & a receptiuo non idem esse.

ca 6 q. 13.

Ad primū Sco.

Ad vltimum negatur consequentia, dicitur nāq; q̄ eē in. est diuersarū rationum in prędicamentis, sicut & ens, est siquidem in analogum ad nouem gn̄a accidentium si cut & ens ad omnia genera. Ex his patet solutio secūdi dubij, in quo Scotus nobiscū cōcordat in quarto distin. 12 ita q̄ vnanimiter fatemur accidens non posse cōplete diffiniri absq; additione subiecti vt nunc nunc est probatum, quod plenius inferius patebit cum declaratum fue rit vnde sumantur genus & dr̄ia in eis. testaṫ & hoc Ari sto. in. 7. metaphy. tex. com. 15. & 17.

Accns nō diffinitur si ne subto.

T. c. 15 et 17 et t. c 4

Tertia dubitatio, qm̄ nimis est ampla alibi discutiēda relinquaṫ oporteret siquidē ad plenā illius resolutionem multos quinternos implere. Quæstio. XVI.

v. dimēsiones interminata præcedant formā substantialem in materia.

Quartam vero quia de accidētis natura est, cuius tractatum agimus, non oīno prætermittendam duco. In qua tria agenda sunt. primo recitabitur opi. Auer. 2 ponetur opi. S. T. tertio respondebitur ar- gumentis in oppositum. Sciendum est quo ad primū Auerroim in libro de substantia orbis fundasse opi. no-

bis contrariam ponendo in materia prima, quæ est pura potentia accipi dimensiones interminatas. Ex hoc enim sequitur non omne accidens esse subiectiue in ente in actu. *Opi. auer. de sub͠a or. bis c 1 col. 2. 1. phy c. 63. 4. phi. cap. 15. 8. pono.* Mouetur aũt ad hoc opinandum rationibus plerisq; ducentibus ad impoß. Prima est dimensio interminata non est in materia coeterna sibi. ergo corpus fit ex non corpore & dimensio ex non dimensione. & tũc vltima sequitur. ergo formæ corporales. i. dimensiones sunt sibi inuicem contrariæ & succedentes sibi inuicẽ in subiecto sicut sibi inuicem succedunt formæ substãtiales in eadem materia. consequens est impoß. ergo a destructione consequentis &c. impoßibilitas cõsequentis patet ex eo ꝙ neq; motus neq; mutatio aliqua est ad quãtitatem interminatam. Augmentatio enim est ad quantitatẽ terminatam. Patet quoq; ex eo ꝙ quantitati nihil est contrarium, vt dicitur in prædicamentis. *In p̃dto q̃ti tatis.* Consequentia aũt probatur ex eo ꝙ omne quod fit ex suo contrario seu priuatiuo, vt dicitur. 1. physi. tex. com. 64. & 5. eiusd. tex. cõ. 7. *T. cõ 64. & 47. T. c 7.*

2. ratio Secunda ratio est ista. quantitas interminata non est in materia. ergo materia nõ potest simul formas distinctas specie aut numero recipere. consequens est falsum ad sensum. ergo. consequentia probatur ex eo ꝙ diuersæ formæ non possunt simul recipi nisi in diuersis partibus materiæ. materia vero diuersis partibus caret ante quãtitatis receptionem. sub͠a siquidem exclusa quantitate indiuisibilis est. vt dicitur. 1. physi. tex. com. 15. *T. c 15.* *3. ratio* Tertia ratio ẽ ista. quantitas non est materia subiectiuę. ergo forma nõ diuiditur per diuisionem materiæ. tenet cõsequentia. q͠a forma recipitur in materia indiuisibili cum quãtitate posset carere. tunc vltra. ergo forma recepta in materia nullam diuisionem habet. tenet cõsequentia. quia omnis diuisio formæ materialis præexigit diuersitatem partium materiæ. tunc vltra ergo forma recepta in mã est ęterna & carens contrario. tenet cõsequentia, quia temporalitas formæ corruptibilitatem eius sequitur. corruptibilis aũt non est forma aliqua nisi receptiuũ eius habeat diuersas partes, quarum alteram ipsa, alterã forma alia informet, cũ oporteat cõicari in materia ea quæ inuicem corrũpuntur, vt primo de generatione tex. com. 18. dicitur. *T. c 53.* & tũc vltimo sequitur ꝙ nullã nisi primam formam materia recipiat. oportet enim corruptionem vnius esse generationem alterius, vt dicitur in primo de generatione. tex. com. 17. & cõsequenter caret cõtrario. & hæc de primo. *T. c 17.*

3 phy. t. 73 Opi. Sco 4. di. 13 q. 1. ar. 2 q. 4 art 4 d. 44 q 1. arti. 1. q. 1 tertiã. 4. cõtra gẽ. ca. 8. scdm ðn tra d na tura materia rõ contra aue. Hanc opi. etsi in quibusdã suis libris sequat. S. T. ꝓpria tamen sententia oppositum vltimo determinauit in prima parte. q. 76. ar. 6. vbi tali rõne vtitur cõtra Auer. positionem quandocũq; aliquid est in potentia ad actũ oẽm, ordine quodã prius recipit actũ primum simpliciter & demum sequentes. sed materia prima ſm se est in potentia ad oẽs actus substantiales & accidentales ordine quodam. ergo prius recipit actum priorem simpliciter. deinde posteriorẽ, sed primus actus simpliciter etiam ordine generationis est esse. ergo primum quod intelligitur recipi in materia est esse. sed esse materiæ eẽ esse sub͠ale & nõ nisi a forma substantiali. ergo prius recipitur in materia forma substantialis q̃ quodcunq; accidens. & sic omne accidens sequens aduenient enti in actu. Quod primus actus simpl͠r sit eẽ, patet tũ auctre lib de cau in principio. Tũ q͠a eẽ q̃tũ p̃supponit eẽ, & sĩr eẽ quale p̃supponit eẽ & sic de alijs Sequuntur præterea ad hanc positionem multa inconuenientia, q. s. ens ſm quid præcedat eẽ simpliciter. Et ꝙ ens per accidens sit prius ente per se. Et ꝙ materia maiorem cõnexionem habeat cũ forma alterius generis q̃ cum forma proprii generis, ex quo a qualibet forma substantiali est denudabilis & non a qualibet forma accidentali. Et ꝙ substantię generabilis sint nõ solum tria, sed quatuor principia. s. materia forma priuatio et quantitas interminata. non. n. potest fingi quin sit principium saltim per accidens, cum sit coniuncta principio per se, sicut de priuatione dicitur. & sic debuit cõnumerari ab Aristo. *1. physi. 63 & 64* Tenenda est igitur opi. S. T. ꝙ omne accñs est subiectiuæ in ente in actu. & per hoc differt a forma substantiali quæ est subiectiuæ in ente in pura potentia. & hæc de secundo. *Ad primũ* Ad primam rationem Auer. dicit͛ ꝙ consequens primum illarum habet multiplicem sensum & quandoq; verum & quandoque falsum, & ideo distinguendum est si nanq; (ly ex) dicat habitudinẽ causæ materialis verum est. corpus enim fit ex materia, quæ non est corpus & indiuisibilis in actu, licet sit corpus & diuisibilis in potentia. si autem (ly ex) dicat habitudinem termini a quo, falsum est. necesse est enim materiã ex qua fit corpus immediate ante illud instans habuisse corporeitatem, & vniuersaliter in omni instãti temporis necesse est ipsam esse sub dimensionibus, & hoc modo intelligendum est quod Aristo. 3. cœli tex. com 29 & 64 dicit. q. impoßibile est corpus fieri ex non corpore. i post non corpus. *T. c. 29. & 64 2. rõ.* Amplius est distinguendum (ly fit) corpus enim seu dimẽsionẽ fieri intelligi potest dupliciter. Vno modo terminatiue. i. vt fiat tanq̃ terminus alicuius motus vel mutationis & hoc modo est impoß fieri dimensionem. Alio modo concomitatiue. i. vt fiat tanq̃ aliqd͛ consequens ipsum terminum motus seu mutationis, & hoc modo verum est corpus fieri. neque enim generatio neq; alteratio neq; motus localis ad quantitatem terminatur vt quantitas est, licet augmentatio terminetur ad quantitatem perfectam. sed quando generatio terminatur per se primo ad compositum substantiale, generantur consecutiue eius accidentia inseparabilia, de quorum numero est quantitas quę substantialem corporeitatem sequitur. Peccatum ergo accidit in prima ratione Auerrois, quia concessa prima consequentia pro quanto infert consequens in sensu vno, non tenet secunda consequentia quæ supponit dimensiones fieri non cõcomitatiue, & per accidens, sed terminatiue. de illis. n. quæ fiunt vt termini mutationum, verificatur ꝙ corrũpũtur a contrario, & ꝙ succedunt sibi inuicem se mutuo expellentia & non de illis quę fiunt consecutiue, de quorum nomero est quantitas interminata. *Ad scdm* Ad secundam rationẽ negatur consequentia. Et ad probationem dicitur ꝙ diuersas formas præexigere diuersas partes in materia potest intelligi dupl͠r. Vno modo vt (ly præ) dicat ordinem temporis, & sic verum est quascunq; duas formas simul recipiendas in materia præexigere eam esse distinctam in plures partes immediate ante illud instans in quo illæ formæ inducuntur, eadem. n. pars materiæ non põt simul ad duas formas alteratione sufficiente disponi, sed talis distinctio partium materiæ præexacta non oportet ꝙ fiat per interminatas dimensiones ipsi materiæ inhærentes. sed fit per dimensiones præcedentium compositorũ. Alio modo potest intelligi vt (ly prę) dicat ordinem necessarium, ita ꝙ in instanti introductionis formarũ necesse sit materiam habere prius natura diuersitatem partiũ, & post formas distinctas, & hoc ẽ falsum. oportet enim prius natura materiam esse, q̃ distinctam esse, in illo ergo & pro illo instanti exigunt duæ formæ distinctas partes materiæ, sed nõ præexigunt. *Ad tertiũ* Ad tertium dicitur ꝙ formã diuidi per diuisionem subiecti potest intelligi dupliciter. Vno modo vt ideo forma diuisionem habeat ex subiecto, quia in materia prædiuisa recipitur. & hoc modo quomodo sit verũ & quomodo sit falsum nunc nũc declaratum est. Alio modo vt ideo forma diuidatur ad diuisionem subiecti. quia forma habet talem diuisionem ratione sui subiecti, & hoc modo verum est eo ꝙ diuisio quantitatiua conuenit formę substantiali ex hoc ꝙ est in materia ratione cuius cõpositum est quãtum, sicut enim qualitas sequitur cõpositum ratione formæ, non ita tñ ꝙ ipsa qualitas præsit in ipsa forma subiectiuæ, ita quantitas inest composito ratione mãæ nõ ita ꝙ præsit in mã quia ergo diuisio quantitatiua formę non conuenit nisi ratione materiæ, in qua recipitur vt formæ a materia separate ostẽdunt, ideo formas diuidi ad diuisionem subiecti concedimus. non tamen diuisionem istam pręcedere formam sed comitari. Vnde patet responsio ad totum processum rationis, quoniam ruit (fundamento falso innitens.) fundatur enim super hoc ꝙ ex positione nostra sequitur formas nõ diuidi ad diuisionem subiecti, quod patet non sequi.

5. dubij solutio. Quinta dubitatio p̃termissis argumentis ſm. S. T. doctrinam habet partem affirmatiuam veram. Cum enim ab omni forma fluat aliquod esse, q͠a forma est quæ dat

esse rei, necesse est a forma accidentali fluere accidentale esse, sicut ab albedine esse album, & a dulcedine esse dulce. Quod autem esse quod fluit a forma accidentali non est idem quod esse substantiale ex proprijs rationibus substantiæ & accidentis notissimũ est. esse nanq; substantiale est esse simpl'r s'm se independens & primũ. esse aũt accidentale est esse s'm quid in alio depẽdens a subiecto, & posterius. Nec esse solum actualis existentiæ accidentis distinguitur realiter ab esse subiecti actualis, sed & ab ipsa essentia formæ accidentalis a qua est. Iam enim (supra probatũ est) q nulla q̃ddítas creata est suũ eẽ exñtię. Vñ, exñtia albedinis nec est ipsa albedo, nec exñtia subiecti, nec receptio albedinis in subiecto, sicut nec existentia formæ substantialis est ipsa forma aut materia aut receptio formæ in materia. sed quẽadmodũ forma substantialis recepta in materia perficit ipsam vt vtraq; existentiam recipiat, ita albedo recepta in subiecto perficit ip̃m vt esse album recipiat. ita q sicut forma est ratio materiæ & composito substantiali q esse habeat, ita albedo est ratio subiecto cõposito ex albedine & subiecto q habeat tale esse, album scilicet. & sicut tot esse substantialia in aliquo oportet esse quot sunt formæ substãtiales, ita secundum numerum formarum accidentiũ multiplicatur esse accidentale. Aliud est siquidem esse album & aliud est eẽ dulce. Errant ꝓpterea qui sancto Tho. imposuerũt opinionem recitatam a Sco. in quarto sen. distin. 12.

Accñs habere ꝓpriũ ex̃ñam distinctã ab exñã subiecti cap 5. q. 2.

q 1. ꝓr̃. r.

solu. sexti dubij.

Circa sextam dubiõnem, an s. substantia accidẽti subiecta possit intelligi esse sine omni accidente declaranda est primo sententia sancti doctoris. Error deinde quidam elidendus. Ad percipiendum primũ distinguendũ est q de substantia & accidẽte dupliciter loqui possumus. Primo modo vt sic. i. de substantia sub ratione substantię & de accidente in eo quod accidens. Alio modo contingit loqui de substantia & accidente sub ratione talis subę & talis accidentis. primo modo subã est separabilis ab omni accidente eo q esse substantiale, vt sic, nullã connexionem necessariam habet cũ esse accidentali, alioquin omnis substantia esset accidenti subiecta. Secundo mõ substantia non potest separari ab omni accidente, quia nõ a propria passione propter cõnexionem necessariam quæ est inter subiectum & propriam passionem, non ꝓpter hoc q subiectum dependet a passione. Propterea. S T. in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis. q. vltima. ad septimũ, & in quęstionibus de anima. q. 12. ad septimum ait q subiectum esse sine propria passione nõ est possibile nec intelligibile. In litera autem loquens de esse substantiali & accidentali, vt sic, ait subiectum posse esse sine accidentali forma sibi adueniente. Ostendit autẽ natura demonstrationis subiectum esse nõ posse sine passione. oportet nanq; conclusionem quæ inhærẽtiam passionis in subiecto concludit necessariam esse & impossibile aliter se habere. Error autem intolerabilis hic cauẽdus est positus ab Antonio Trombeta in quolibet suo dicente, q quia s'm. S. T. & eius sequaces subiectum non est nisi causa materialis respectu passionis & passio est accidens, ex quo necessario sequitur subiectum posse esse sine propria passione. Fundamentum autem huius consequentiæ est, quia omnis potentia passiua est potẽtia contradictionis, sed subiectum est solum in passiua potentia respectu passionis. ergo est in potentia contradictionis. ergo potest habere ipsam & non ipsam. Maior habetur ex. 9. metaphysi tex. cõmen. 17. & probatur etiam ratione sic. passiones entis distinctæ sunt tales, q vna includit negationem alterius. ergo potentia includit negationem actus, & per consequens potentiæ vt potentia est non repugnat esse sine actu, & ex altera parte potest eẽ in actu. ergo omnis potentia est potentia contradictionis. Propterea ad idem. possibile est medium inter necessarium & impossibile. ergo cum necessarium respiciat esse solũ, & impossibile non esse solum, possibile respicit esse & nõ esse, & sic omnis potentia cum ab ea dicatur possibile est potentia contradictionis. Præterea ad idem. ideo potentia passiua est ad eẽ, quia potest ab alio recipere esse. s. ab agente si autem ab alio recipit esse, illo circũscripto quantum est in se est sub non esse. Si ergo potentia passiua ex se est sub non esse, & ab agente potest habere esse, necessario sequitur q est potẽtia contradictionis s. ab esse & nõ esse. Accidit autem error hic & in principijs & in conclusione. In principijs, quia. S. T. in prima par. q. 77. arti. 6. tenet ex intentione. & probat subiectũ esse causam suæ proprie passionis in triplici genere causæ. s. materialis effectiuæ & finalis vnde patet error minoris. Maior autem licet sit Arist est tamen male intellecta & probata potentia enim materialis est duplex. quædam est receptiua tantum, quædam vero non solum receptiua, sed etiã passiua extenso nomine passionis ad omne genus transmutationis. Potentia receptiua tãtum: est necessario coeua suo actui, eo q si esset ante suum actum oporteret q. per aliquam transmutationem illum reciperet, & sic non esset receptiua tantum respectu illius. Potentia autem passiua necessario nulli actui coeua est respectu cuius est passiua, eo q. omnem actum per transmutationem acquirit. & consequenter per transmutationem perdit. omne. n. generabile est corruptibile. vt dicitur. 1. coeli. Propositio, ergo illa. omnis potentia est potentia contradictionis, est intelligenda de potentia passiua, & non de receptiua tantum. Hanc glosam & sensus ipse & textus Aristo. cõuincunt. Ad sensum enim patet in coelo esse potentiam receptiuã suæ figuræ, & tamen in eo talis potentia non est potentia contradictionis, coelum. n. non est in potentia ad aliã figuram Arist. vero tex. allegato. 9. metaphy. ait coelum non esse in potentia ad motum, sed ad terminos eius tantum, & tamen constat coelum habere potentiam receptiuam sui motus. vnde ex hoc insinuauit q de potẽtia passiua loquebatur. ea. n. coelum est in potentia ad terminos motus. Vnde cum subiectũ non habeat potentiam passiuam sed receptiuam tantum respectu proprie passionis. nulla. n. mutatio mediat inter subiectũ & passionẽ. oportet subiectum non esse in potentia contradictionis respectu passionis, & sic conclusio deducta fuit falsa. Ad rationes aũt, quibus arguens nititur illam propõnẽ de omni potentia receptiua probare respondetur. Et ad primã dicitur q passiones entis distinctas esse tales q vna includit negationem alterius verum est, quia vna est alia formaliter, potentia. n. non est actus formaliter, sed ex hoc non sequitur: ergo quolibet potest esse sine alia. Nã non valet, hoc nõ est illud. ergo hoc potest esse sine illo. Ad secundum dicitur q possibile vt distinguitur cõtra necessarium & impossibile sumitur a potentia passiua & non a potentia receptiua tantum, & ideo ex hoc nõ sequitur nisi potentiam passiuam esse potentiam contradictionis cum tamen arguens debeat probare, q. omnis potentia receptiua sit potentia contradictionis. Ad tertium dicit' q propositio prima ibi adducta. s. q ideo potẽtia est ad esse, quia potest recipere esse ab alio s. ab agente, in vno sensu ẽ vera, & in altero falsa. si enim (ly potest) dicat posse distinctum contra impossi. Aristo. dicit eam eẽ falsam. est enim sensus q ideo potentia est ad esse, quia non est impossibile ipsam recipere esse ab agente, & sic coelum esset in potentia ad motum cum recipiat ipsum ab alio. Si autem (ly potest) dicat potentiam vt distinguitur contra esse in actu, tunc propositio est vera. ideo enim aliq̃d est in potẽtia ad esse, quia potest recipere eẽ quod adhuc non habet, sicut ideo aliquid est in potentia ad non esse, quia potest habere non esse quo caret, sed cum omnis actus possibilis haberi ab aliqua potentia nõ nisi p transmutationem acquiratur, ad nostram positionem reditur. q scilicet potentia passiua sola sit ad esse. Alias rationes quibus separabilitas substantiæ ab omni accidente a scotistis probatur ex supradictis facile est soluere. Assumunt siquidem propositiones, quarum falsitas est superius declarata.

q. de spũa. creat q 2. q. de aĩa q. 12. septi.

An. trõbe. in quolibet meta.

T. c. 17

1. q 77 ar. 6. c.

vbi supra 9. meta. T. c. 17

T. c. 10 26 27. 28. T c. 17

Oĩs potẽtia passiua est potẽtia contradictiõis.

Ad rõnes Trombe.

Ad primũ

Ad sc̃dm

Ad tertiũ

Ad obiectiones ꝓ substantia separabilitate

Sed quia illud, quod dicitur maxime & uerißime in quolibet genere est causa eorum, quæ sunt post in illo genere, sicut ignis qui in fine caliditatis est causa caloris in rebus calidis. ut in secundo metaphy. dicitur. ideo substantia quæ est principiũ in genere entis, maxime & uerißime essentiam habens oportet q. sit causa accidentium, quæ secundario et quasi secundum

T. c. 4.

quid rationem entis participant.

In hac secunda parte capituli diuersitatem accidentiũ inter se declaraturus præmittit causam accidentium quæ sit, vt causas diuersitatis eorum insinuet tali conclusione. Substantia est causa accidentium, quã probat sic. maxime & verissime ens est causa reliquorũ entium, substantia est maxime & verissime ens. ergo substantia est causa aliorum entium, sed talia sunt accidentia. Minor vero ex 7. metaphysi. in principio patet. Maior vero ex. 2. meta. tex. cõmenti quarti habetur. vbi dicitur ꝙ vl'r id quod est maxime tale in aliquo ordine, ꝙ est causa omniũ aliorum in illo ordine, vt sic, sicut ignis qui in ordine calidorum est maxime calidus, omnium calidorum est causa vt sint calida. Vtitur autem nomine generis in litera, sicut Aristo. vtitur ibi vniuocatione, eo ꝙ ad veritatem huius propositionis exigitur ꝙ causa cõicet cum effectu in nomine & ratione, licet analogice eadem. non. n. sequitur cœlum est causa omniũ calidorum. ergo cœlum est maxime calidum. quod tamen sequeretur, si cœlo calidi nomen non æquiuoce conueniret. quia igitur substantia & accidens in nomine & ratione entis analoga tamẽ conueniunt, & substantia maxime est ens, ideo causa est omnium aliorum vt entia sint.

T. c. 2.
T. cõ. 4.

Maxime talis in aliquo gñe est causa omnium aliorũ quæ talia sunt.

Quod tamen diuersimode contingit, quia enim partes substantiæ sunt materia & forma. ideo quædam accidentia principaliter consequuntur formam & quædam materiam.

Quia accidentia causantur a substantia, in qua sunt & effectuum diuersitas ex causis prouenit, assignat diuersitatem inter accidentia a priori ex diuersitate partium substantiæ a quibus fluunt accidẽtia. & ponit tres distinctiones. Quarum prima cum suis diuisionibus talis est. Accidentiũ alia sequũtur principaliter formam, alia sequuntur principaliter materiam. Accidentium sequentiũ formam, quædam cõicant materiæ, quædam vero sunt separata a materia. Accidentium aũt sequentium materiã quædam sequuntur eam in ordine ad formam generalẽ & quædam in ordine ad formam specialem. Est autem ratio primæ diuisionis, quia cũ vnũquodque operetur per quod est actu & semp species aliqua mouere & agere existimetur. vt dicit'. 3. physi. tex. com. 17 oportet formam sequi operationes & operatiuas virtutes. similiter cum patiatur & transmutetur vnũquodque ratione materiæ, oportet plura accidentia eam sequi, vt ea quę propter materiæ diuersam cõplexionẽ insunt, & ipsam motui subijciunt &c. Apposuit autẽ in prima diuisione (ly principaliter) vt distinguitur contra totaliter. nullum. n. accidens est solius formæ aut solius materiæ, sed omnia sunt compositi etenim ad ipsam quoq; intellectionẽ non solum anima cõcurrit, sed totum compositũ ex materia & forma. sortes enim est qui primo intelligit. est ergo sensus diuisionis ꝙ accidentium quædam sequuntur formam non vt causam totalem, sed principalem, quædam similiter sequuntur materiam vt causam principalem nõ totalem. Cum enim oĩum accidentium causa sit id qđ vere est. i. substantia cõpleta omnium causa est cõpositũ ex materia & forma, sed aliquorum principalis radix est forma aliquorũ vero principalis radix est materia. Sicut enim in artificialibus aliquid conuenit composito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quẽadmodũ scindere conuenit serræ ratione formæ, durities autem ratione materiæ. ita & in naturalibus aliquid oritur in cõposito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quẽadmodum in sorte sentire & intelligere est ratione formæ, masculinum vero ratione materiæ. Quę autem sit regula ad discernendum accidentia sequentia formam ab accidentibus sequentibus materiam (infra) assignabitur.

Accñia alia quæ sequuntur formã aliqua materiam.
T. cõ. 17.

In hoc cap.

Forma autem inuenitur aliqua, cuius esse non dependet a materia, ut anima intellectualis. Materia uero non habet esse nisi per formam. unde in accidentibus quæ sequuntur formam est aliquid quod non habet communicationem cum materia, ut intelligere quod non est per organum corporale, sicut probat Philosophus in Tertio de Anima. Aliqua uero ex consequentibus formam sunt quæ habent communicationem cum materia: ut sentire, sed nullum accidens sequitur materiam sine communicatione formæ.

T. c. 6.

Hic ponitur prima subdiuisio cum eius causa. Cũ. n. ꝓprie virtutes et proprietates & operationes formarum ipsis formis proportionari debeãt, ita ꝙ si essentia ipsius formæ sit dependens a materia, virtus & operatio eius (cum non sint ipsa forma a qua fluunt perfectiores) dependere oportet a materia Et si essentia formæ est independens a materia, virtutem aliquam oportet habere a materia independentem. alioquin ociose fecisset natura formam independentem fecisset siquidem naturã eleuatam supra materiam vt sic non posset operari & consequenter nec finem propriũ cõsequi. vnũquodq; enim est propter suam operationẽ vt dicitur 2. cœli. tex. com. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum substantialium dependẽtium. ſa materia, vt sunt oẽs formæ materiales, & independentium ab ea, vt est anima humana, ideo inuenitur duplex genus accidentium sequentiũ formam. Quædam enim fluunt a forma dependẽte a materia, & hæc ita fluunt ab ea ꝙ tamen recipiuntur subiectiue in composito, propterea dicitur ꝙ habent cõmunicationem cum materia vt sentire vegetare & huiusmodi. Quædam vero fluunt a forma independente a materia vt sic, & hæc ita fluunt ab ipsa, forma ꝙ recipiuntur in sola forma subiectiue, & propterea dicuntur non habere cõmunicationem cum materia, vt intellectus & voluntas, intelligere velle & huiusmodi. Nec arbitreris nos imemores contradicere superius nunc dictis. vtrũq; enim est verum ꝙ. s. omne accidens est compositi vt supra diximus, & ꝙ aliquod accidens est solius formæ, vt modo dicimus. Accidens enim esse alicuius potest intelligi dupliciter. Vno modo vt completi principii elicitiui & receptiui. Alio modo vt suppositi. hoc secundo modo omne accidens est compositi cuius est esse & fieri. vnde anima non intelligit vt suppositum quod operatur, sed sortes per animam. Primo vero modo aliqđ accidens est ipsius animæ, & aliquod est compositi, virtus enim intellectiua non est subiectiue in aliqua pte corporis composita ex materia & forma, sed est subiectiuæ in sola essentia animæ. vnde in. 3. de anima tex com 4. dicitur, ꝙ intellectus nullius corporis est actus. Virtutes autem sensitiuæ non sunt subiectiuę in sola anima, sed in determinatis corporis partibus compositis ex materia & forma substantiali Similiter completum elicitiuum principium sensationis non est sola potentia animæ, sed compositum ex organo corporali & virtute animæ. Intellectionis autem principium elicitiuum completum est ipsa sola virtus intellectiua, & cum operatio immanens sit subiectiuæ in suo elicitiuo principio, intelligere erit in solo intellectu sicut in subiecto. Propterea. S. T. alibi dicit, ꝙ anima intelligit sicut oculus videt: videt vt cõpletũ principium elicitiuum. oculus enim nominat cõpositũ, ex organo corporeo & virtute animæ. non ergo contradicũt ista, omne accidens est cõpositi vt suppositi, & aliquod accidens est solius formæ vt completi principii elicitiui & receptiui. Et licet totus sermo sit de accidentibus substantiarum materialium, ex his tamẽ innuitur natura accidentium substantiarum separatarum. oportet enim ea esse de ordine illorum accidentium quę sequũtur formã independentem a materia. Et nota ꝙ anteq; ponatur alterius membri subdiuisio, assignatur causa in litera. quare non sit talis subdiuisio de accidẽtibus sequentibus materiam, qualis facta est de his quæ sequuntur formam vt dicatur accidentium sequentium materiam, quædã cõicant formæ & quædã non, & causa est ista qa nõ inuenitur duplex materia, altera dependens a forma & altera non, sicut inuenitur duplex forma. nulla enim materia potest esse sine forma. vt probatum fuit.

T. c. 19.
Accñia quædã sequuntur formã dependentẽ, aliqua formã idependentẽ a materia.

An accñia sit cõpositi vel simplicis.

T. c. 4.

In his tamen accidentibus, quæ materiam consequuntur inuenitur quædam diuersitas. Quædam enim accidentia cõsequuntur materiam secundum ordinem, quem habet ad formam specialem, ut masculinum & femininum in animalibus. quorum

ca 5. q. 81

T.c.25.

diuersitas ad materiam reducitur ,ut dicitur in decimo metaphysi.unde remota forma animalis,dicta accidentia non remanent nisi æquiuoce. Quędam uero consequuntur materiam secundum ordinem,quem habet ad formam generalem , & ideo remota forma speciali adhuc in ea remanent,sicut nigredo cutis est in æthiope ex mistione elementorum & non ex ratione animæ,& ideo post mortem in eo remanet.

Hic ponitur alterius membri diuisio talis , accidentiũ sequentium materiam,quædam sequuntur eam in ordine ad formam generalem,quædam in ordine ad formã specialem.Illa accidentia dicuntur sequi materiam in ordine ad formam generalem,quę indiuiduo generis altioris conueniunt ratione magis suę materiæ q̃ formę,sicut hoc mistum habet cutis nigredinem non ex ratione formæ misti,sed quia materia sua talis passa est , puta in tali climate,vbi calor solis abundat.Illa vero dicunt̃ & cõsequi materiam in ordine ad formam specialem , quæ indiuiduo inferioris generis vel speciei conueniunt magis ratione materiæ q̃ formæ,sicut hoc animal est masculinum non ratione animæ principaliter , sed quia materiam ad animam dispositam talis passio comitata est, puta quia materia plene dominio actus vigorosi seminis subiecta non fuit.Signum aũt q͞ talia accidentia se habẽt .s.q͞ sequuntur materiam s͞m q͞ respicit formam altioris vel inferioris generis est q͞ aliqua eorũ eiusdẽ rõnis remanent cõposito corrupto,& quędam non remanent nisi æquiuoce.nigredo siquidẽ hominis viui & mortui eiusdem rationis est,masculinitas autem non causa aũt huius nulla est alia,nisi quia masculinitas sequitur animal ratione suę proprie materiæ, & propterea corrupto animali &,non remanente nisi æquiuoce , oportet masculinitatẽ iu cuius ratione ponitur animal,æquiuoce remanere Albedo autem quia misti materiam sequitur , in cadauere remanentis , secundum eandem diffinitionem nõ æquiuoce remanet.

Signũ differentia assignata.

Quæstio.X V I I.

Vtrũ eadẽ accñia num sint in genito et corrupto. Auerroystarum quorũdam opi.

Circa ea quæ hic dicuntur,accidit dubium. Vtrum nigredo cutis in Æthiope viuo & mortuo sit vna & eadem numero.& vniuersaliter vtrum sit idem numero accidens in genito & corrupto. In hac dubitatione tria agenda sunt primo recitabitur opinio quorundam secundo ponetur opinio.S.T tertio respondebitur ad obiecta. Quo ad primum quidam opinantur accñia cõia genito & corrupto esse eadem numero in vtroque inter quos aliqui quibusdam verbis Auerro innixi tali distinctione suam promunt imaginationem. Accidentia cõmunia genito & corrupto habent duplicem modum essendi.terminatum.s.& interminatum. Accidentia interminata vocant essentias accidẽtium absq; limitatione ad talem vel talem gradum. Accidentia vero terminata dicunt essentias accidentium limitatas ad hunc vel illũ gradum accidentia interminata ponunt eadem numero esse in genito & corrupto non autem terminata. vnde sicut quantitas interminata cõmunis expresse a Cõmenta.& eadem in omnibus ponitur,ita calor interminatus cõis, & idem est in,aere & igne. Confirmatur autem opinio ista auctoritatibus & rationibus. Aristote n. primo de generatione.tex cõmen 23.dicens,in his autem si aliqua manent in genito & corrupto,puta quando ex aere & aqua si ambo diaphana aut humida &c.ostendit nõ esse inconueniens q͞ aliquod idẽ accidens sit in genito & corrupto,Et in secundo de generatione.tex.com.25.vult expresse q͞ in habentibus symbolum est facilior transitus, quia est facilius corrũpere vnum q̃ duo. Auerr.quoq; in lib.de substantia orbis.non longe a principio dicit nõ solum dimensiones interminatas quam simplices vocat remanere easdem in genito,sed vl'r qualitates omnes cõmunes genito & corrupto. Ratio aũt prima ad hoc est, quia si qualitates disponentes materiam rei corrũpende ad nouam formam corrũpuntur , quæritur quid educit formam generandam,non potest dici q͞ illud sit agens extra,quia hoc non potest facere nisi per qualitates medias introductas in materia.qualitates autem ille corrũpi dicuntur ab aduersario ante inductionem formæ. ergo remanet q͞ nihil sit quod educat formam , quod est impossibile. Præterea.qualitates symbole quæritur a quo corrũpuntur cum nullũ contrarium appareat,& frustra corrũpi res censeatur in aliquo instanti , in quo eandem oportet generari. Præterea figura cadaueris.organizatio & cicatrix & siqua sunt huiusmodi si non remanent eadem,quæritur a quo generantur.& cũ non possit dici a quo generantur per modum sequelæ, oportet q͞ nullum sit generans.Quod aũt non generẽtur per modum sequelæ,probatur. Accidentia enim aliqua ideo consecutiue generant̃,quia dans formã dat consequentia ad formam:modo ista accidentia repugnant formæ magis q̃ sequantur eam,cuius signum est,quia sub forma cadaueris ad corruptionem tendunt.Et hęc de primo.

In de substa orbis.ca.1. & .1.physico 66. T.c.23.

T.c.25.

Cap 1.

Opi thomistarum.

Quo ad secundum,sciendũ est Thomistarum esse opinionem,nullum accidens esse idem numero in genito & corrupto.Sequitur enim hoc necessario ex nostris principiis.Nã si nullum accidens est subiectiue in materia , & non datur nisi vna forma substantialis in composito, impossibile est idem accñs remanere idem numero. migraret siquidem accidens de subiecto in subm,& esset idem & non idem Nec rationes pro nunc ad hãc conclonem afferam.quia oportet ad hoc efficaciter probandum probare illud principium s.q͞ in cõposito est tantũ vna forma substantialis.Sed declarabo qũo hoc sit poss,& qũo defendenda est ab aduersariis positio nostra. Sciendum est igitur accidens quadrupliciter corrũpi. Primo per alterationem oppositam suo contrario, vt frigus a calido. Secundo ad absentiã conseruatiui agentis , vt lumen in aere desini sole recedente. Tertio ad corruptionem subiecti vt risibilitas corrũpitur homine mortuo. Quarto ad corruptionem termini , vt similitudo desinit cõsimili perempto. Et quia quot modis dicitur vnũ oppositorum tot modis dicitur & reliquũ, accidẽs generatur quadrupliciter. Primo ab agente sibi simili per trãsmutationem,sicut aqua calefit ab igne calido. Secundo ad præsentiam agentis in fieri & esse , vt lumen in aere fit a sola præsente. Tertio ad generationem subiecti, vt risibile generatur hoĩe genito. Quarto ad generationẽ termini,vt forte solo albo existente statim ad alterius albi generationem consurgit in forte similitudo. Et licet omnibus istis modis contingat accidens s͞m totam latitudinem corrumpi,nullus tamen illorum modorũ conuenit accidentibus omnibus nisi tertius. Cõe nãq; est oĩbus accidentibus corrũpi eorum subiecto corrupto,cũ accidentis esse sit inesse.& ideo sufficiens causa corruptionis accidentium redditur quãdo subiecto corruptio assignatur. Vnde cũ ex aere fit ignis,licet non oporteat corrũpi calorem aeris,sed potius intendi,quia tamen aer qui subm illius est corrũpitur,necesse est ipsum quoq; calorem corrumpi absq; contrario ad solum subiecti defectũ. Propterea apparet qualiter peccẽt peccato fallaciæ cõsequentis argumenta ea , quæ qualitates symbolas & dispõnes pro forma introducenda facientes , quia carent cõtrario corrũpente,remanere inferunt. Et notandum q͞ quãdo accidens generatur ad generationẽ subiecti vel corrũpitẽ ad corruptionem subiecti,tunc cum eadem actio terminetur ad vtrũq;,ad subiectũ per se, & ad accidens consecutiue non oportet quærere aliud generans vel corrumpens nisi generatiuũ vel corruptiuum subiecti.idem.n. est agens quod vtrũq; simul & eadem operatione facit, sicut cum ignis ex aere ignem generat , alterando aerem in fine alterationis aerem corrumpit per se & consecutiue calorem introductum ,& vl'r omnia accidentia quę in aere subiectiue erant ea consecutionis necessitate,quia accidens sine subiecto proprio remanere non potest & in eodem instanti generat ignem per se,& calorem cõsecutiue absq; alia media alteratione similem calori ante illud instans existenti.Simile aũt est iudicium de quantitate & figura & aliis dispositionibus & accidentibus similibus in genito & corrupto,omnia enim ista cõcomitatiue ,p,ducuntur.& ideo non oportet quærere generans nisi q͞ subiectũ generat . Et cum supradicta inspexeris videbis q͞ simile a suo simili concomitatiue & per accidens quãq; corrumpitur.& per oppositum a non simili concomita

Accidens quadrupliciter corrumpitur.

quadrupliciter generatur accidens.

tiue per accidens generari contingit ipsum accidens. Aristo. ergo quoties dicit eadem remanere in genito & corrupto, eadem specie non numero ait, & hoc per accidēs. variatur enim vnitas numeralis nō propter generationis vim, sed subiecti corruptionem. Facilior quoqꝫ transitus in habentibus symbolū non ex identitate numerali symboli accidentis, sed ex non repugnantia illius in agendo vel patiendo prouenit. & ex hoc ꝙ formæ substantiales a quibus fluunt similes qualitates sunt similiores. ex effectibus enim natura causæ innotescit. Auerrois aūt (si saluari debet) eodem modo glosetur. Ad rōnem autē oppositæ opinionis dicitur. *Ad primū* Et ad primam quidē ꝙ educēs formam in vltimo instanti est generans extra, nō per aliquam actionem quā in illo instanti eliciat, sed in termino actionis nuda materiæ essentia attingens. Vnde cū dicit, agens extra non potest educere formam nisi per qualitates medias introductas, verum est dum agit, non autem cum est in termino actionis. sufficit.n. & exigitur alterasse ad materiæ expoliationem & dispositionem. *Ad scđm* Ad scđm dicitur, ꝙ qualitates symbolæ & sīlia corrumpūtur per accidens ad corruptionē subiecti a corrūpēte per se subiectum, nec frustra in eodem instanti est primum non esse earum, & primū esse sibi silium, sed necessario necessitate materiæ, vt dictum est. *Ad tertiū* Ad tertium dicitur, ꝙ figura & cicatrix & huiusmodi producuntur consecutiue, & per accidens a generante eorum subiectum. s. cadauer, nec est verum ꝙ sola illa accidentia generentur consecutiue quę sequuntur formam, sed multa accidentia sequuntur compositū ex necessitate materiæ, quæ sunt, licet non incompossibilia, aliqualiter tñ opposita ipsi formæ vt patet de se. & ideo dico q̃ figura & similia sequuntur cadauer ex necessitate materiæ, quia. s. agens naturale nō potest tam cito dispōnes per tot transmutationes radicatas corrūpere totaliter. & ideo similes dispositiones sequuntur, & qa non sunt facientes pro forma geniti. ideo ad corruptionem properatur.

Et quia unaqueqꝫ res indiuiduatur ex materia & collocatur in genere uel specie per suam formam, ideo accidētia, quæ consequuntur materiam sunt accidentia indiuidui, secundum quæ etiam indiuidua eiusdem speciei differunt adinuicem Accidentia uero quæ consequuntur formam sunt proprie passiones uel generis uel speciei. unde inueniuntur in omnibus participantibus naturam generis uel speciei, sicut risibile consequitur in homine formam, quia risus contingit ex aliqua apprehensione animæ hominis.

Accidētia indiuidui, ac generis & speciei. Hic ponitur secunda diuisio accidētium quæ talis est. Accidentium alia sunt accidentia indiuiduis, talia sunt accidentia generis vel speciei. Duplex autem inter ista differentia ponitur. Prima est. ꝙ accidentia indiuidui consequuntur cōpositum ratione materiæ principaliter. Accidentia vero speciei vel generis sequuntur cōpositum ratione formæ. Secunda est. ꝙ accidentia indiuidui sunt ea penes quæ attenditur differentia inter particularia eiusdem speciei. Accidētia vero speciei siue generis sunt cōia necessario omnibus indiuiduis illius speciei vel generis. Exēplum, masculinum & femininum sunt accidentia indiuidualia sequuntur.n. materiam & penes ipsa differūt sortes & berta. Risibile aūt est accidens specificū, sequitur enim intellectiuam apprehensionem & omnibus hominibus necessario conuenit. Assignatur quoque radix primæ differentiæ, cū dicitur, ꝙ materia est principium indiuiduationis. forma aūt est, per quā res in genere vel specie collocatur. Ex hoc enim q̃ materia est causa est indiuidualis vt sic, sequitur ꝙ sit etiam radix accidentium consequentium ipsum esse indiuiduale, ac per hoc accidentia indiuidui sunt quæ cōsequuntur materiam. ex eo aūt ꝙ forma est principium esse generici & specifici oportet ꝙ etiam sit causa proprietatum & accidentium consequentium speciem vel genus, & sic accidentia speciei siue generis sequuntur formam. Secundę vero differentiæ ratio est, quia cum tam in forma specifica q̃ generica conueniant omnia contenta sub eis, oportet etiam proprietates earum omnibus esse cōmunes. Cum autem penes materiam differunt indiuidua, accidentia quoque materialia oportet esse ea, secundum quæ ipsa particularia inter se differunt, vt effectus proportionabiliter proprijs respondeant causis.

Accidunt hic duo dubia circa literam Primū est, qualiter sit verum ꝙ accidentia sequentia materiam sint ea, penes quæ differunt indiuidua in eadem specie, quandoquidem quātitas sequitur materiam, et tamē est cōis oībus indiuiduis corporis & inferiorum. Secundum dubium est, qualiter verificetur ꝙ accidentia sequentia materiam non sint passiones generis vel speciei, cum masculinum & femininum sequantur materiam, & tamen passiones sunt animalis. vnde & animal in eorum diffōne ponitur, sicut subiectum in diffinitione passionis, vt. 10. metaphysi. textu com. 25. habetur. Similiter quantitas videtur esse passio corporis de prædicamento substantiæ & tamen sequitur materiam. *Tex. 25. 7 meta te. cō 17 quæ penes accidētia sequētia materiā indiuidua.* Ad euidentiam primi scito verba illa. s. accidentia sequentia materiam sunt ea, sm quæ indiuidua differunt, non esse intelligenda vniformiter, sed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter. Vel quia vnum eorū habet vnum & reliquum aliud. Vel quia vtrūqꝫ habet idem, sed alio & alio mō. verbi gratia. sortes & berta differunt penes masculinum & femininum. ex eo ꝙ ille habet masculinitatem, illa feminitatem. Differūt quoqꝫ penes suas quantitates, non ex eo q̃ ille sit quantus & illa non, sed ex eo ꝙ non eodem modo sunt quanti. nunqꝫ enim inueniuntur duo quanta omnino similia, sitibus siquidē proprijs differre necesse est. Quantitas ergo licet sit cōmunis omnibus indiuiduis, quia tamen non vniformiter eis cōuenit, est secundum quam indiuidua inter se differunt secundo modo, & hoc sufficit. *Passiōes generum duplices.* Ab intelligentiam secundi notandum ꝙ passiones generum sunt duplices Quædam conuenientes eis ratione formæ genericæ, & quædam ratione materiæ. Illæ, quæ sequūtur formā, vocatæ sunt hic passiōes generū & nō illę, q̃ sequunt̃ eorū materiam, propterea quia natura generica ex sua forma est talis & non ex materia, animal enim est animal ex sua forma & non ex sua materia. Vnde cum in proposito animalis passio ratione formæ sit sensibilitas, & ratione materię masculineitas vel femineitas diuersis rationibus moti Aristo. in metaphysica, & S. T. hic, diuersimode locuti sunt. *10. meta. T c 25. 7. meta te. cōmen 17. & 19.* Quiā enim est passio animalis rōne materiæ, ideo vocata est ibi passio quia autem nō ratione formę, ideo hic non est dicta passio. Similiter dicēdum est de quantitate, quia sequitur corpus ratione materiæ, sequitur.n. ipsum secundum id, quo est in potentia diuisibile, quod non est nisi materia vt indiuisibilitas rerum immaterialium ostendit. Et nota ꝙ hæc secunda diuisio accidentiū non differt a prima per membra diuidentia, eadem enim sunt huius & illius membra, sed secundum rationem, qa illa diuisio accepta est penes primas earum radices materiam. s. & formam ista aūt penes subiecta quibus appropriantur. s. genus, speciem, & indiuiduum.

Sciendum etiam est q̃ aliquādo accidentia ex principijs essentialibus causantur secundum actum perfectum, sicut calor in igne, qui semper actu est calidus. Aliquando uero secundum aptitudinem tantum, sed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori, sicut diaphaneitas in aere, quæ completur per corpus lucidum exterius, & in talibus aptitudo est accidens inseparabile. sed complementum, quod aduenit ex aliquo principio, quod est extra essentiam rei, uel quod non intrat constitutionem rei, est separabile sicut moueri & huiusmodi.

Hic ponitur tertia diuisio accidentium. Quædam causantur ex principijs essentialibus subiecti secundum actū perfectum, quædam secundum aptitudinem tantū. Illa accidentia vocat causari sm actum perfectum ex essentialibus principijs, quæ secundum suas actualitates ex intrinsecis principijs subiecti in ipso fluunt, vt calor in igne Illa vero dicit causari secundum actum imperfectum sm aptitudinem tantum quæ non sm suas actualitates, sed sm quasdā inchoationes ex principijs essentialibus subiecti in ipso fluunt, vt moueri sursum in igne ex principijs

eius causatur sm sui inchoationem, puta leuitatem. Differunt autem, quia prima & sm suas aptitudines, & sm se inseparabilia sunt a subiectis. secunda vero sm se quidẽ sunt separablia, sm aũt suas aptitudines non possunt separari. Ab igne n. neq; aptitudo ad calorem, neq; calor ipse separari potest ipso remanẽte. motus aũt sursum nõ semp inest igni, sed aptitudo ad, motũ sursum, puta leuitas est inseparabilis ab ipso. & causa horum est, quia in illis ipsa actualitas accidentis ex solis principijs essentialibus fluit. in istis vero aptitudo tantum ex solis principijs essentialibus fluit. ipsa autem actualitas aliunde expectat ex aliquo. s. extrinsece concurrente vel agendo vel non prohibendo. vt patet in exemplo dato de motu sursum qui non inest igni nisi aliquo concurrente extrinseco, remouente. s. prohibens, & diaphaneitas non est actu in aere nisi concurrente extrinseco illuminante. lumen enim

[T. c. 64. 1. 2. q. 10 arti. 1. 2] est actus diaphani sm actum. vt dicitur. 2. de anima tex. com 69. Profundiorẽ aũt huius diuisionis cãm elicio ex prima secũdæ. q. 10. art. 1. ad secundum. ꝙ s. ideo aliqua accidentia oriuntur ex principijs essentialibus inseparabiliter sm actũ cõpletũ, aliqua aũt sepabilr sm actũ cõpletũ, & inseparabiliter sm aptitudinem, quia illa sequũtur rei actualitatem, ista vero potentialitatem. Quod sic intelligo, quia vnũquodq; agit sm ꝙ est actu. patitur aũt sm ꝙ est in potentia. ex sufficiente rei actualitate procedit ꝙ accidens in se cõplete producat. & per oppositum ex insufficiẽte actualitate & cõsequẽter potentialitate, ex qua omnis insufficiẽtia est quia ꝓuenit ꝙ res habet accidẽs in se secundum aptitudinẽ tantum, & ꝙ ab illo expectet actualitatem seu ꝙ accidens separabile sit sm actualitatẽ quod idem est. Amplius cũ esse & bonum actualitatẽ sequantur. & non esse & malum potentiam, ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidẽs perfectum & inseparabile sm actum & aptitudinem, & per oppositũ ex rei potentialitate procedere oportet incõpletionem accidentis, & separabilitatem eius sm actũ. est. n. separabilitas ipsa quoddam non esse, cum nihil aliud sit q̃ negatio necessariæ sequele sui esse completi ad esse subiecti. Intellige aũt hic. vt supra s. ꝙ ex actualitate subiecti aptitudo est, ex potentialitate autem separabilitas accidentis scdm suã actualitatem. Aduertendum vero est ꝙ. S. T. passiones quæ dicunt aptitudinẽ non collocauit simpliciter inter accidentia ex essentialibus principijs fluentia, sed potius ipsarum passionum & aptitudinũ actus, quos scdm incompletum esse aptitudines vocauit. Fecit autem hoc, quia aptitudo de se non habet rationẽ alicuius per se producti seu producibilis. nullum enim naturale producens intendit aptitudinem, sed actum illius, nõ est nãq; opus risibilitate, nisi vt rideatur, vnde & risibilitas inchoatio quædam risus est. propterea igitur inter effectus essentialium principiorum aptitudo non est simpliciter posita, sed actus quia non ipsa, sed eius actus est qui a principijs productiuis intenditur, & quia aptitudo nihil aliud est q̃ inchoatio quędã, inchoatio aũt est actus impfectus ideo accñia sm actũ incõpletum aptitudines vocantur.

[De subiecto accidentiũ.] Anteq̃ terminemus tractatum de diuersitate accidentium, quæritur an omne accidens habeat aliquod subiectum proprium, aut aliqua accidẽtia sint ita communia ꝙ nulli propria. Est autem ratio dubitandi, quia si omne accidens est proprium alicui, cum proprium conueniat omni, soli, & semper, nullum accidens erit separabile ab eo in quo est. Inesset enim soli & semper proprio subiecto. Amplius sequeretur semper corruptionem cuiuscunq; accidentis comitem fieri corruptioni substantiæ sicut corrupto risibili corrumpitur hõ. patet consequentia, quia corrupto proprio necesse est corrumpi illud cuius est proprium, aliter non conueniret ei semper. hæc autem experimur esse falsa, vt patet in accidentibus cõmunibus & actibus secundis. Ex opposito aũt cum omne accidens sit diffinibile & in diffinitione cadat subiectum,

[T. c. 9. T. c. 4. & 17.] de quo accidens per se prædicatur, vt primo poste. & 7. metaphysicæ, oportet ꝙ omne accidens habeat propriũ & per se subiectum per se nãq; supponit de omni semp

[q. de virtutibus q. 1. ar. 3. c.] & necessario. Ad huius dubitationis euidentiam sciendum est ꝙ cum apud. S. T. in qõne de virtu. q. 1. ar. 3. subiectum habeat triplicem habitudinem ad propriũ accidens. s. sustentantis ad sustentatum, potentiæ ad actum, & principij ad principiatum, sicut calor ignis non habet esse nisi sustentetur in igne, & est forma accidentalis eius, & oritur ex ipso. sm aliquid participat istas conditiones, potest dici accidentis subiectum. & sm ꝙ ab istis habitudinibus recedit, potest negari accidentis subiectũ. Vnde propter defectum primæ, quæ principalior est, dicitur

in primo posteriorum, ꝙ nullum accidens est subiectiue in alio accidente. quia videlicet nullum accidẽs potest sustentare aliud, sed sola substantia quæ est ens per se, alijs fulcimentum prebet essendi. Quia autem aliquod vnum accidens potest cõparari ad aliud vt potentia ad actum, & q̃nq; vt proximum principium ad principatum, & ideo conceditur etiam vnum accidens esse subiectum alterius, quẽadmodum superficies dicitur subiectũ coloris quia est in potentia respectu coloris, & dulcedo esse in calido & humido, quia causatur ex calido & humido. Potest ergo quadruplicem intellectũ habere dubitatio mota. Primo potest intelligi, vt quæratur an omne accidens habeat proprium subiectum vt sustentatiuum. secundo an habeat proprium subiectum vt potentiã. tertio an habeat proprium subiectum vt principium quarto an habeat proprium subiectum vt sustentatiuum potentiæ & principium simul. Si quæstio sit secundum primũ sensum respondetur negatiue, q. s. non omne accidẽs habet proprium subiectum in ratione sustentãtis, vt probant rationes primo inductę. multa enim sunt accidentia, quę nullum proprium sustentans sibi vendicat, sed cõmuniter multis insunt, vt eorum separatio ostendit. separãtur nãq; a substantia sustentate, ea naturaliter remanente, qđ de proprijs accidentibus dici non potest. Eadem quippe substantia absq; sui mutatione contraria sustentat, vt dicitur in prędicamentis. Si autem iuxta secundũ sensum dubitetur, respondetur affirmatiue, q. s. oẽ accidens habet ꝓpriũ subm in rõne proprię potentię, eo ꝙ qlibet actus respicit propriam potentiam. sicut enim actus respicit potentiam sic talis actus talem potentiam, & actus specificus potentiam specifice. accidens aũt omne actus quidã est, igitur omne accidens habet propriam potentiã cuius

est actus propter quod 3. physic. tex. com. 10 dicitur potentia ad infirmitatem est alia a potentia ad sanitatem, eo ꝙ sanitas est aliud ab infirmitate, & 12. metaphy. longo processu probatur principia prędicamentorum esse eadem proportionabiliter, quia cuilibet actui propria respondet potentia. Si aũt tertio sensu inquiratur, respondetur negatiue, ꝙ. s. non omne accidens habet aliquod subiectum proprium in ratione principij proprij, eo ꝙ habere subiectum proprium in ratiõe principij includit fluxum illius accidentis a tali subiecto in genere causæ efficientis, eo modo quo duorum effectuum ordinem inter sese habentium prius est causa effectiua eius quod necessario primi productionẽ sequitur, siue istud subiectũ sit receptiuum accidentis, vt quo, siue vt quod patet ꝙ nõ omne accidens fluit a suo receptiuo effectiue, sed multa sunt respectu quorum receptiuum pure passiue se habet, vt patet cum species rei sensibilis recipitur in medio, siue in sensu. Si autem quarto modo intelligatur quęstio patet quid dicendum sit negatiue enim respondere oporter. Sed aduertendum est ꝙ hæc, quæ diximus intelligi debent de accidentibus sm seorsum acceptis actibus, & seorsum aptitudinibus, loquendo nãq; de accidentibus, vt sanctus Thomas in litera loquitur. s. nõ iudicãdo actualitates accidentium seorsum ab aptitudinibus, dicerẽ ꝙ omne accidens secundum suam radicalem aptitudinem habet aliquod subiectum proprium in ratione sustentantis potentię & principij, licet non sm suam actualitatem eo ꝙ aptitudo ad tale accidens non est nisi a tali gradu substãtiali fluat mediate vel immediate, & consequenter nisi in tali gradu subiectiue sustẽtetur immediate vel mediate. verbi gratia lumen secundum suam actualitatẽ & substantiam, licet sit ab extrinseco, & sit accidens separabile, tamen sm suam inchoationem seu radicalem aptitudinem, puta diaphaneitatem est inseparabile, & fluit a certo gradu substantiali communi superioribus & inferioribus.

Marginal notes in the right column: [T. c. 35.] beside "in primo posteriorum"; [T. c. 10.] beside "est, igitur omne accidens habet propriam potentiã cuius"; [art. t. c. 19. vsque ad t. c. 28.] beside "processu probatur principia prędicamentorum".

rioribus. Ex fiir fed [illegible] cet fit accidens per accidens, tñ fecundum fuam apti[illegible] ẽ eft propriũ, & non natum conuenire nifi certo en[illegible] ta aĩali tali &c. fluit. n. aptitudo ad fedẽdum ex fuis [illegible] cipiis. Siir & videre licet fic accñs feparabile, radicalis [illegible] aptitudo ad videndũ feparari a tali animali non põt. Ex his patet qũo ad vtrãq; partem rationes adductæ verũ concludunt diuerfimode. Nam loquendo de accñtibus fm fuas effentias & actualitates, cõclufio rõnum primo adductarũ conceditur accipiendo fubiectum in rõne fuftentantis & principij. In rõne aũt potentiæ falfa eft conclõ vt dictum eft. Nec probatio cõtra hunc applicata fenfum valet, eo q cum dr̃ q propriũ conuenit foli omni & femp, intelligitur de ipfo proprio non fm fuam actualitatem, fed fm aptitudinem. Et fiir cum dr̃ q ad corruptionem proprij definit fubm, intelligitur fi corrũpitur fm aptitudinem, non aũt fm actum vir loquendo. Vel dicatur q infeparabilitas & hmõi nõ conuenit accidenti, vt refpicit fubm in rõne propriæ potentiæ, fed vt fuftentatiuum & principiũ. Loquendo aũt de accidentibus fm fuas aptitudines, patet qũn rõnes peccant. Dico. n. q nullum accñs eft feparabile fm aptitudinem radicalem faltẽ, fed coæuum fubto neceffario & qd' corrupto accidente fm talem aptitudinem oportet fubm corrumpi. Rõ aũt in oppofitum adducta concludit qd' omne accidens habet fubm, de quo p fe prędicatur fm fe vel fm fuam aptitudinem. Cũ. n. eius fit actus, cuius eft

Lect. 1. potentia (vt dicitur in fomno & vigilia) idem fubm erit q cadit in diffinitionem accidentis fm aptitudinem & fecundum actum, ficut hõ debet poni non folum in diffinitione rifibilis fed rifus. Stant ergo ifta duo fimul q accñs fm fuam actualitatem non habeat proprium fubm, cui vniuerfaliter foli & femper infit, & tñ habeat proprium fubiectum per q diffiniri debeat, quia ad hoc fm fufficit q fm fe vel fm fuam aptitudinem per fe de illo fubiecto prædicetur. Ad primum vero fufficit accidens fm fe tantum non prædicari per fe de fubiecto.

Sciendum eft aũt, q in accñtibus alio modo fumuntur genus differentia & fpẽs, q̃ in fubftantiis: quia. n. in fubftantiis ex materia & forma fubftantiali fit per fe unũ, una quadam natura ex eorum coniunctione refultante, quæ proprie in prædicamẽto fubftantiæ collocatur, iõ in fubftantiis noĩa concreta quæ compofitum fignãt, proprie in genere effe dĩr, ficut genera uel fpecies, ut hõ uel animal, non aũt forma uel materia eft in prædicamento hoc mõ nifi per reductionem, ficut principia in genere principiatorum effe dicuntur. Sed ex accñte & fubiecto non fit unum per fe, unde non refultat ex eorũ coniunctione aliqua natura, cui intentio generis uel fpẽi poßit attribui. unde noĩa accidentium concretiue dicta non ponuntur in prædicamento, ficut fpẽs uel genera, ut album uel muficum, nifi per reductionẽ, fed folum fecundum q abftracta fignãtur, ut albedo & mufica.

Concreta accidentiũ nõ funt per fe in prædicamento, fed in abftracto.

In hac tertia parte cap. huius determinatur qũo accñtia fe habeant ad intentiones logicas, & primo qũo fe habẽt ad effe in prædicamento, deinde vñ fumãtur in eis genus & dr̃a. Quo ad primum ponit duas conclõnes. f. Accidentia in concreto non funt proprie in p̃dicamento. Et accidentia in abftracto proprię funt in p̃dicamento. ad quorum euidentiam fciendũ eft, q accñtia habent vnum modum effendi f. effe in aĩo, non. n. funt nifi infint alicui. Habent aũt duos modos intelligẽdi, eo q intellectus eft natus ea q̃ funt adunata in re diuidere. Intelliguntur. n. qñq; cointelligendo fibi fubm cui infunt, & intelliguntur per modum accidentis, eo q accñs effe eft in aĩo effe. Qñq; vero intelliguntur folitarie nõ cointelligendo. f. eis fubm cui fm rem infunt, & tunc intelligũtur per modum fubftantiæ, eo q effe per fe. i. folitarie foli fubæ conuenit. Accidentia n. femper comite egent. Cum aũt modus fignificandi non fundetur fuper modo effendi fed intelligẽdi, ficut habent duos modos intelligendi, fic hñt duos modos fignificandi. Vnde fignificantur qñq; confignificando fubm, & tunc fignificantur per modum accidẽtis, & vocantur fignificata in concreto, vt album, nigrum &c. Qñq; vero fignificantur ipfa fola abfq;. f. fubiecti confignificatione, & tunc fignificantur per modum fubæ, & vocantur fignificata in abftracto, vt albedo & nigredo. Abftractum. n. & concretum in accidentibus, licet differant in modo fignificandi. i. penes confignificare fubm et non confignificare illud, conueniunt tñ in fignificatione ipfius formæ accidentalis. Album. n. puram qualitatem fignificat (ficut in prędicamentis dicitur) ficut & albedo, fed album fignãt albedinem in fubiecto, albedo autem fignificat albedinem abfq; illo. Quia igitur accñtia in concreto totum coniunctũ important, puta ficut album albedinem in fubto, coniunctum aũt hoc non eft vnum per fe, fed vnum & ens per accñs, id autem qd' in prædicamento reponitur debet importare vnũ & ens per fe cum prædicamenta diuidant ens per fe. 5. meta. t c. 14. iõ accidentia in concreto non proprie reponuntur in prædicamento. Et hæc eft rõ qua in litera prima conclufio probatur. quæ fic formari põt. Nullum nomen importans ens & vnum per accñs, eft proprie in prædicamento, concretum accñtale importat vnum & ens per accñs. ergo nomen concretum accñtale non ponitur in prædicamento proprie & per fe. Ad declarationem minoris ponitur differentia inter concretum accidẽtale & fubftantiale in hoc q concretum fubftantiale importat cõpofitum ex materia & forma, & tale eft vnum per fe, & iõ reponitur in p̃dicamento, vt genus vel fpẽs, accidentale vero importat ex fubiecto compofitum & accñte, q eft vnum per accidens ex accidente. n. & fubiecto non fit nifi vnum per accidens, vt dicitur. 7. meta & iõ non debet in prædicamento nifi reductiue, eo mõ quo res impura ad fuæ puritatem naturæ reducitur. Et fic remanet fecunda conclufio vera, q accidentia. f. in abftracto, in prędicamento fpeciei & generis prædicationem fufcipiunt, aliter omnino a prędicamentis accidentia funt excludenda.

In prædicamento fubftantia.

T. c. 14.

T. c. 11. & 14.

Cum aũt audis abftractum folam formam importare, non iõ hoc dictum putes q abftractum fubm formę a fe omnino excludat, hoc. n. falfum eft. fed iõ quia abftractũ ex mõ fuo fignãdi quo folo differt a concreto nõ includit fubm principaliter fed fecundario, & ex ɔñti. Qd' ex conuenientia & dr̃ia inter ea ex modo fignãdi perfuaderi põt. Conueniunt. n. in hoc q tam abftractũ q̃ concretum ex modo fignãdi importat duo. i q & quo, feu fubiectum & formam. Idẽ n. importat diffinitio & diffinitũ licet alio mõ. Diffinitio aut vtriufq; importat vtrũq; dictorum, vt exẽplariter patet. fimitatem. n. dicimus curuitatem nafi, & fimmum nafum curuum. Q, aũt hoc fit ex modo fignãdi ex eo clarum eft q tam abftractũ q̃ cõcretum puram formã fignãt, vt in p̃ntis teftatur Arift.

Abftractũ accidens folam formã fignificat.

Conuenientia inter concretum & abftractũ.

Differunt aũt abftractum & concretũ ex varietate modi fignãdi in hoc q concretum importat ex mõ fignificandi principalr̃ fubm, & fecundario formã. Abftractũ vero principalr̃ importat formam & ex ɔñti fubiectum.

In prædicamento fubftantia.

Aduertendum nãq; eft q ɔ̃rio ordine fe habent fubm & forma ad fignãtionem noĩs concreti & eius modum fignificandi. Importat n. concretum rõne fignãtionis primo formam, & fubm non nifi ex ɔñti copula. Quo ad modum vero fignãdi primo fubm, & ex ɔñti formam importat. Cuius fignũ eft q in diffinitione concreti exprimitur primo fubm tanq; genus q prima pars eft diffiniti, & forma fecundo loco ponitur quafi dr̃ia. Dicimus nãq; q fimmum eft nafus curuus. Abftractũ vero & ex fignificatione & ex modo fignãdi primo formã importat, fecundario aũt & ex ɔñti fubiectum. In cuius fignum in eius diffinitione forma ipfa primo exprimit' vt genus, fubiectum aũt fecundario loco dr̃iæ. vt patet cum dr̃. fimitas eft curuitas nafi. Orit' aũt hæc dr̃ia ex eo q concretum importat habitudinem inter fubm & formã, prout incipit a fubto & terminatur ad formã. Abftractum vero importat habitudinem inter formã & fubm prout incipit a forma, & terminatur ad fubm, vt in exemplis datis apparet. Ex hoc. n. q habitudo importata p concretũ importatur ex modo fignãdi, vt incipiens a fubto, fequitur q primo importet fubm a quo incipit. & fiir ex hoc q habitudo importata p abftractum importat' ex modo fignãdi, vt incipiens a forma, ɔñs eft vt primo importet formam a qua incipit. Cã aũt huius diuerfita-

Differentia concreti et abftracti accidentium.

tis est, quia concreta ad composita signãnda sunt inuẽta. Compositio aũt a subiecto oritur. Abstracta vero inuenta sunt ad signãndas formas apud nos inuentas simplices quidem, sed a qbus denoĩatio ad subiecta deriuatur, vnde & concreta compositum quid sonant, abstracta vero formas, vt cadentes m̃ ad subiecta. Non igitur propterea dictum est ꝙ abstractum solam formam importet, quia nullo mõ copulat subm̃, sed quia ex modo signãndi cõpositum nõ sonat. nec principalr importat ipsum subm̃, quemadmodum concretũ, sed extrinsece tantum terminum habitudinis formæ signatę. aduerte hic ꝙ de abstracto & concreto qũo sunt in p̃nto aliter metaphysicus, & aliter logicus iudicabit.

Apud metaphy quid sit in gñe. Cũ.n. apud metaphysicum qui res ſm suas essentias cõsiderat & non ſm modos intelligendi vel signãndi abstractũ & concretũ nõ differant, eo ꝙ eadem res abstractæ & cõcretæ sint signata, dicet ipse sicut abstractum, ita & concretũ in genere esse, res.n per suam essentiam ingreditur vel egreditur genus metaphysicaliter sumptum. i. rem gñis, et non p modum signãndi, vñ non dicet metaphysicus albũ ens per accñs, sed hoc album, vt patet. 5. meta t.c. 13. & 14. eiusdẽ. t.c. 16. *T. cõ. 15. T. cõ. 16*

Apud logicum quid in genere ponatur. Logicus autem qui non res ſm suas nãs, sed secundas intentiones adiunctas primis intellectis ac signãtis cõsiderat, dicet abstractum esse in gñe. concretum vero non, quia res noĩe abstracto significata põt denoĩari spẽs, vt albedo & genus vt color, concretum vero non pp alietatem modi significandi, vt dictũ est. Cã aũt quare alietas modi significandi hanc veritatẽ logico præbeat, est qa modus significandi p̃uenit secundas intentiones & fundat quodãmõ ipsas. licet.n. tam modus signãndi q̃ secunda intentio conueniant in hoc ꝙ sequantur rẽ, non ſm se sed vt intellectã prius tñ rem vt intellectã sequitur modus signãndi q̃ secunda intentio, eo ꝙ modus signãndi nihil aliud est q̃ signum modi intelligẽdi, sicut vox signãns est signum rei intellectæ. vñ sicut vox signãtiua prius sequitur rẽ intellectam q̃ secunda intentio ita eius modus signãndi modũ intelligendi, vt totus ordo ptinentium ad noĩa primę intentionis p̃cedat ordinem eorum q̃ pertinent ad noĩa secundæ intentionis. Quia igitr secundæ intentiones res vt intellectas & signãtas denoĩant & non absolute, ideo stat eandem rẽ diuersimode intellectam et signãtam denoĩari speciem & non spẽm, & ꝯñr esse directe in p̃nto et nõ esse directe in eo, sicut eadem nã humana signãta noĩe hoĩs species est. signãta vero noĩe humanitatis spẽs non est, sed speciei principium. vñ in proposito apud logicum res illa quę albedinis noĩe intelligitur diuersimode signãta in p̃dicamẽto esse affirmatur & negatr. Si.n. in abstracto significetur cum sic spẽi denoĩationem habeat in pręcdicamento reponitur. Si aũt in concreto significetur cum sic spẽi vel generis denoĩationem non habeat, qa rem extraneã ex modo signãndi includit, in p̃nto directe esse negatur. Et quia intentio S.T. est declarare qũo accñtia se habeant ad intentiones logicas, & nõ ad cuius gñis rem pertineãt, ideo concretum accñtale a prædicamentis separauit. cum his oĩbus aduertas, ꝙ aliquid facit rem reponi in prædicamento duplr.

Quid reponitur in p̃dicamento. Vno mõ vt rõ reponendi ipsum in prędicamento. Alio mõ vt conditio sine qua non. Rõ reponendi in rem gñe siue spẽ tam apud logicum q̃ apud metaphysicum est essentia illius rei res.n. p suã essentiã ad genus & spẽm diffinitur, conditio aũt sine qua non est modus ipse signãndi. Et in prædicamento quidem subę conditio sine qua res nõ suscipit generis vel spẽi &c. denominationem, est modus signãndi in concreto. In prędicamẽtis autem accñtium cõditio sine qua non est modus significandi in abstracto. propterea cũ dictum est concretum accidentale non directe reponi in p̃dto apud logicum, intellige hoc pp defectum condõnis sine qua non, & non propter defectum rõnis reponendi. Et silr cum dr̃ ꝙ humanitas & vlr abstractum substantiale non est in genere substantiæ, intellige propter defectũ cõditionis sine qua non, & non rationis reponendi.

Et quia accidentia non componuntur ex materia & forma, iõ non põt in eis sumi genus a materia, differentia a forma, sicut in substantiis cõpositis, sed oportet ut primũ genus sumatur ex ipso mõ essendi, secundũ q. ens diuersimode secundũ prius & posterius dr decem gñibus prædicatur, sicut dicitur q̃titas ex eo q. est mensura substãtiæ, & qualitas fr[illegible]um q. est dispõ substantiæ, & sic de aliis secundum Philosoph[illegible] in. 11. Meta.

Hic declaratur vnde in accñtibus sumantur genus & differentia propõnibus tribus. Prima est. genus & drĩa non sumuntur in eis ex materia & forma. Scd̃a est. primum genus sumitur ex proprio mõ essendi quo p̃ntum ipsum pars entis constituitur. Tertia est. drĩæ sumuntur in accñtibus ex diuersitate propriorum principiorum. Prima patet sic. incompositum ex mã & forma non põt habere genus sumptum a mã, & drĩam a forma, sed accidentia sunt incomposita ex mã & forma, igitur non põt in eis sumi genus a mã, & drĩa a forma, sicut fit in substãtiis compositis, ꝙ qualiter intelligendũ sit (supra dictum est.) *C. 6 g. 3.* Scd̃a patet sic. primum genus oportet explicare essentiam ſm propriã potentiã quæ est in ea, sicut vltima differentia debet explicare essentiam ſm vltimum actũ, sed essentia accñtis ſm modum illum quo pars entis constituitur habet propriam potentiã, ergo ex illo modo sumendum est genus primũ. intelligendũ est hic primo ens diuidi per quosdã modos in prædicamenta. sicut quodãmodo genus in spẽs per drĩas, ita ꝙ sicut spẽs per id quo generis partes efficiuntur in esse specifico constituunt, ita prædicamenta per id quo partes entis fiunt in esse generalissimo constituuntur, & iõ modi proprij quibus ens ad quodlibet p̃ntum descẽdit sunt illi, penes quos prima genera constituta sunt Sunt aũt isti modi p substantiuũ, mensuratiuum, dispositiuũ, relatiuũ, actiuum &c. vt dr̃ quinto meta. t.c. 14. notandum est scdo ꝙ cũ genus sumatur a re ſm id quo habet rõnem determinabilis primum genus sumẽdũ est a re ſm id quo primo habet rõnem determinabilis. primo aũt habet rõnem determinabilis res ſm primum sui gradum concepta, primus aũt gradus rei is est quem res ex modo illo sortitur quo proprium sibi locum inter partes entis vendicat, & iõ primum genus sumptũ ab illo modo entis importat rẽ, vt primo determinabilem, & propterea ista se consequitur sumi a re secundum propriam potentiã eius. i. ſm id quo primo habet rõnem determinabilis, et sumi a re ſm modum illum quo entis pars fit. Et sic patet assumpta ratio.

Ens qño diuiditur in p̃dicamẽta. *T. cõ. 14.* *Primo generi res a quo sumendum sit.*

Differentiæ uero in eis sumuntur ex diuersitate principiorũ, ex qbus cãntur, & qa propriæ paßiones ex propriis principiis subiecti causantur, iõ subiectum ponitur in diffinitione eorũ loco differentiæ, si in abstracto diffiniantur, secundũ q. sunt proprie in genere, sicut dicitur q. simitas est nasi curuitas. Sed ecõuerso esset si eorũ diffinitio sumeretur secundum q. cõcretiue dicũtr. si.n. subiectum in eorũ diffinitione poneretur sicut genus, quia tunc diffinirentur per modũ substãtiarum cõpositarum, in quibus rõ generis sumitur a materia, sicut dicimus q. simmũ est nasus curuus. Silr etiam est si unum accñs alterius accñtis principiũ sit, sicut principium relationis est actio & paßio & q̃titas, & iõ secundum hæc diuidit Philosophus relationem in. 5. Meta.

Differentiæ accidentium vnde sumãtur. *T. cõ. 20.*

Hic ponitur tertia propositio. s. qd̃ differentiæ sumuntur in accidentibus ex diuersitate propriorum principiorum & declaratur a posteriori. Signum.n. ꝙ differentiæ sumantur ex diuersitate propriorum & principiorũ est ꝙ in diffinitione accidentium in abstracto quæ propriæ habent genus & differentias subiectũ ponitur loco differentiæ. hoc.n. non esset nisi accidentia differrent penes sua propria principia. propterea.n. propriæ passiones differunt inter se, quia principia subiecti, ex qbus causantur, inter se differunt Et quia posset aliquis signum hoc inficiari dicens quod subiectum proprium qñq; ponitur in diffinitione proprij accidentis loco generis & non differentiæ, ideo ad hanc obiectionem excludẽdam subditur (licet econuerso esset &c.) & vult dicere quod licet ita sit ꝙ qñq; ponatur subiectum in diffinitione proprij accidentis loco generis & non differentiæ, quia tñ hoc nõ fit nisi cum accidens in concreto diffinitur, ꝙ vt sic non est in genere, ideo hoc non obstat nostrę sententiæ qua accidentis

dentis differentiam fm q in prædicamento est unde sumenda sit declarauimus. Cũ n. quare in diffinitione accidentis in concreto subm ponit loco generis, non est ipsa natura accñtis, ita q sbm eius essentia, pro genere sibi vẽdicet, sed est modus eius sigñandi, quia.n. concretum ex modo sigñandi importat totum coniunctum.s. accñs & subiectum, iõ per modum rerum diffinitur cõpositarum in quibus genus sumitur a mã & dña a forma, & propterea subm cum se habeat, vt mã loco generis ponitur, & natura accñtis cum se habeat vt forma, loco dñæ ponitur, & dicitur simmum est nasus curuus, non sic aũt est cum diffinitur accñs in abstracto, tunc.n. ponitur vt genus id qd' essentia ipsius accñtis determinat sibi vt genus & ponitur loco dñæ id a quo accidens fm naturam suã specificam dñam trahit.s. subiectum propriũ, & dicitur simitas est curuitas nasi. Manifestũ quoq; fit hoc.s. q differentiæ accñtium sumuntur ex diuersitate principiorum propriorum non solum qñ accidens immediate causatur a substantia, sed etiam qñ vnum accidens est alterius principium proprium, tunc.n dñas sortiuntur accidentia causata penes diuersitatem accñtium causantium, vt patet de relationibus, quarum dña attenditur penes sua fundamẽta seu causas, puta actionem passionum, & quãtitatem vt patet ex diuisione relatiuorũ facta ab Aristo. 5. meta.
T. cõ. 20. tex cõ. 20. Et per hoc excluditur obiectio alia quæ posset fieri de secunda & tertia passione eiusdem subiecti. Posset enim aliquis obiicere quõ alia est differentia secundæ passionis a dña primæ, si ex principiis ex quibus fluit passio differentia sumitur, quãdoquidem eadem sunt principia a quibus fluunt prima & secunda. Exclusa.n. est hæc obiectio per hoc qd' dictum est, q qñ vnum accidens est principium alterius, dña posterioris, accidentis non ex diuersitate remotorum principiorum, sed propriorum attenditur, & ideo cum prima passio sit principium secundæ non sunt eadem propria & immediata principia primæ & secundæ.

Sed quia propria principia accñtium non semper sunt manifesta, ideo qñq; sumimus differentias accñtium ex eorum effectibus, sicut congregatiuum & disgregatiuũ uisus dñr differentiæ coloris, quæ causantur ex abũdantia & paucitate lucis, ex qua diuersæ spẽs coloris causantur. Sic ergo patet quõ essentia est in substãtiis & accñtibus, & quõ in substantiis cõpositis & simplicibus, & quõ intentiones logicæ uñes in eis inueniuntur, excepto primo principio, qd' est infinitæ simplicitatis, cui nõ conuenit ratio gñis uel speciei, & per consequens nec diffinitio propter suam simplicitatẽ, in quo sit finis & consumatio huius sermonis.

Quia posset tertio aliquis dubitare de hoc qd' dictum est.s. q differentiæ accñtium sumuntur ex eorum ppriis principiis, ex hoc q qñq; sumimus eorum dñas ab effectibus, sicut albedinis, & nigredinis dñas dicimus congregare & disgregare visum, iõ ad hanc dubitationem tollendam dixit q hoc contingit non ex natura ipsorum accidentium, sed ex nobis quibus propria principia accidẽtium occulta cũ sint, opus est ex effectibus notioribus differentias sumere, quæ dñas veras quodãmodo nobis insinuent (sicut in exẽplo proposito liquet) albedo.n. & nigredo differunt a priori ex abũdantia & paucitate lucis. lux n. in opaco corpore exñs aliqualiter obumbrata albedinem constituit valde autẽ offuscata nigredinem a posteriori aũt differunt cõgregatione & disgregatione, visus, ex hoc.n. contingit disgregare, quia ibi est satis de luce & non econuerso, & quia abundantia & paucitas lucis non ita nobis manifestæ sunt, sicut congregare & disgregare, ideo loco propriarum dñarum, congregatiuum & disgregatiuum ponimus dicentes. albedo est color disgregatiuus visus, nigredo vero congregatiuus. hic aduertas q non dixit subiectum esse differentiam accidentis, sed poni loco differentiæ, habent.n. proprium genus, & propriam differentiam sui generis, quæ tamen absque subiecto nõ possunt explicari completæ, & ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere, vt dictum est. Vltimo epilogus fit eorum quæ dicta sunt, in quorum explicatione meam opinionem ita prolatam esse volo, vt vbi veritati consentanea inuenta non fuerit, & ingenio & ætati venia detur (adolescentiam enim adhuc ago.) Vbi aũt veritatis tramitẽ secuta videbitur, gratiarum debitæ actiones diuo Thomæ habeant, a quo quicquid veri est didici.

Expliciunt cõmentaria fratris Thomæ de Vio Caietani sacræ Theologiæ ac ordinis prædicatorum, & post Cardinalis S. Xysti in libellum diui Thomæ Aquinatis de ente & essentia.

Tractatus eiusdem de Analogia nominum Cardinalis Sancti Xysti.

Quotuplex est analogia cum declaratione primi modi. Cap. 1.

ANALOGIÆ vocabulum proportionem, siue proportionalitatẽ (vt a Græcis accepimus) in pprio sonat. Adeo tñ extensum distinctũque est, vt multa noĩa analoga abusiua dicamus, & multarũ distinctionum adunatio si fieret, confusionẽ pareret. Nec tñ rectum obliqui iudiciũ priuetur, & singularitas in loquẽdo accusetur, vnica distinctione trimembri oĩa comprehendemus, & a minus proprie analogis ad vera procedemus. Ad tres ergo modos analogiæ oĩa analogia reducuntur s. analogiam inæqualitatis, analogiam attributionis, & analogiam pportionalitatis. (Quãuis fm veram vocabuli proprietatem & vsum. Arist. vltimus modus tantum analogiam cõstituat. primus aũt modus ab analogia alienus oĩno sit.) Analoga fm inæqualitatem vocant, quorum nomen est cõe, & rõ fm illud nomen est omnino eadem, inæqualiter tñ participata, & loquimur de inæqualitate pfectionis, vt corpus nomen cõe est corporibus superioribus & inferioribus. & ratio oĩum corporum (inquantum corpora sunt) eadẽ est Quærenti.n. quid est ignis inquantum corpus dicetur, suba trinæ dimensioni subiecta Et silr quærenti quid est coelum inquantum corpus &c. Non tñ fm æqualem perfectionẽ rõ corporeitatis est in inferioribus & superioribus corporibus. Hmõi autem analoga logicus vniuoca appellat. Phs vero æquiuoca, eo q illæ intentiones considerat nominum, istæ aũt naturas. Vñ & in 10. met. t. c. vlt Arist. dicit q corruptibili & incorruptibili nihil est cõe vniuocum, despiciens vnitatem rõnis seu conceptus tantum. Et in. 7. phys. t. c. 31. dr iuxta genera latere æquiuocationes, quia hmõi analogia cũ vnitate conceptus non dicit vnam naturam simplr, sed multas compatitur sub se nãe ordinem inter se hñtes, vt patet inter spẽs cuiuslibet generis spãlissimas & subalternas magis Omne n. genus analogum, hoc mõ appellari põt (licet non multum consueuerint, nisi gñalissima & his propinqua.) Hanc analogiã S. Th. in. 1. dis 19. vocat analogiam fm esse tantum, eo q analogata parificantur in rõne sigñata per illud nomen cõe, sed non parificantur in esse illius rõnis. perfectius.n. habet esse in vno q̃ in alio cuiuscũq; gñis rõ (vt in metaphysica pluribus locis patet.) Nõ solum n planta est nobilior minera, sed corporeitas in planta est nobilior corporeitate in minera & sic de aliis. Perhibet quoque huic analogiæ testimoniũ Auer. 1. cõ. 8. 12. meta. d cũ vnitate generis stare prioritatem & posterioritatẽ eorum q̃ sub genere sunt. Hæc pro tanto analoga vocãtur, quia considerata inæquali perfectione inferiorũ, per prius & posterius ordine perfectionis de illis dr illud nomen cõe, & iam in vsum venit, vt quasi synonyma dicamus aliquid dici analogicæ, & per prius et posterius. Abusio tñ vocabulorũ hæc est, qm dici p prius & posterius superius est ad dici analogicæ. In hmõi aũt analogis, quõ inueniantẽ vnitas, abstractio pdicatio, comparatio, demõratio, et alia hmõi non oportet determinare. qm vniuoca sunt fm veritatem, & vniuocorũ canones in eis seruandi sunt.

Tres analogiæ sunt modi.

T. cõ. 31.

1. dist. 19. q. 5 art. 2. primum.

Com. 8.

Analogia attributionis quid, & quot modis sit, & quae eius conditiones. Cap. 2.

ANaloga aũt sm attributionem, sunt quorum nomen cõe est, & ratio sm illud nomen est eadem secundum terminum, & diuersa sm habitudines ad illum, vt sanum cõe nomen est, medicinę, vrinę, & aĩali, & ratio oĩum inquantum sana sunt ad vnum terminum (sanitatem.s.) diuersas dicit habitudines. Si qs.n.assignet, quid est aĩal inquantum sanũ, subm dicet sanitatis, vrinã vero inquãtum sanam signũ sanitatis &c. Vbi clare patet rõnem sani esse neq; oĩno eandẽ, neq; oĩno diuersam, sed eandẽ sm quid, & diuersam sm quid. Est.n.diuersitas habitudinum & idẽtitas termini illarum habitudinum.

Quadruplr aũt fieri põt hmõi analogia sm quatuor genera cãrum (vocando pro nunc cãm exẽplare formalẽ) Contingit siquidẽ multa ad vnum finẽ, & ad vnũ exemplar sm aliq̃ vnam denoĩationem & attributionẽ diuersimode hre, vt patet per Arist. 4. meta. t. c. 2. Deficienti finali et mãli cã ad exemplarem demum analogia boni, vt in primo Ethi c. 7. Attribuuntur aũt huic analogiae multae conditiones, ordinatae se ꝯñtes.s. ꝙ analogia ista fit secundum denoĩationem extrinsecam tantũ. ita ꝙ primũ analogatorum tm̃ est tale formalr, caetera aũt denoĩantur talia extrinsece. Sanum.n.ipsum aĩal formalr est. Vrina vero medicina & alia hmõi, sana denoĩantur non a sanitate eis inhęrente, sed extrinsece ab illa aĩalis sanitate, significatiue vel causaliter vel alio mõ. Et silr idem est de medicatiuo & de subã quae sunt formalr talia in primo, in caeteris vero denoĩatiua signãtione denominantur, & extrinseca. boni quoq; rõ in bono ꝑ essentiam saluata, quo exemplariter caetera denoĩatur bona, in solo primo bono formalr inuenitur, reliqua vero extrinseca denoĩatione sm illud bonum bona dñr. Sed diligenter aduertendum est, ꝙ hic hmõi analogiae condõ.s.ꝙ non fit sm genus cãe formalis inhaerentis, sed semꝑ sm aliquid extrinsecum est formalr intelligenda & non mãlr.i. non est intelligendum ꝑ hoc ꝙ omne nomen ꝙ est analogum ꝑ attributionem sic, cõe analogatis, sic ꝙ primo tantũ conueniet formalr, cęteris aũt extrinseca denoĩatione, vt de sano & medicinali accidit. Ista.n.vlis est falsa, vt patet de ente & bono. (Nec põt haberi ex dictis nisi mãlr intellectis) sed est ex hoc intelligendũ ꝙ oẽ nomen analogum ꝑ attributionem (vt sic vel inquantũ sic) analogum cõe est analogatis sic ꝙ primo conuenit formalr, reliquis aũt extrinseca denoĩatione: hoc siquidẽ verum est ex formali intellectu p̃cedentium, ex eisq; manifeste sequit. Est.n q̃uis formalr conueniat oĩbus substantiis & accñtibus, inquãtum tñ entia omnia dñr ab ente subiectiue, vt sic sola substantia est ens formalr, caetera autem entia dñr, quia entis passiones vel gñationes sunt, licet ens formalr alia rõne dici possint. Et simile est de bono, licet n.omnia entia bona sint, bonitatibus sibi formalr inhaerentibus, inquantum tñ bona dicuntur, bonitate prima effectiue, aut finalr, aut exemplariter oĩa alia non nisi extrinseca denoĩatione bona dñr, illamet bonitate, qua Deus ipse bonus formaliter in se est. Et ex hac condõne statim infertur alia.s.ꝙ illud vnum, ad qd' diuerse habitudines terminantur in hmõi analogis est vnum non solum rõne, sed numero. Quod dupliciter põt intelligi sm ꝙ analogata duplr sumi põt .s. vlr & particulariter. Si.n.sumantur analogata particulariter illud vnum numero est vnũ numero vere & positiue. Si aũt sumantur vlr illud vnum numero est vnum numero negatiue.i.non numerat in illis analogatis vt sic, q̃uis in se sit vle quoddam & non vnum numero ꝟ gr. Si sumantur, haec vrina sana, haec medicina sana, & hoc animal sanum, haec oĩa dicuntur sana a sanitate quę est in hoc aĩali, q̃ constat vnam numero vere esse. Sor.n.dr sanus, quia habet hanc sanitatẽ, medicina vero quia illam facit, vrina quia eandem signãt. Si aũt sumantur. animal sanum in cõi, & vrina sana in cõi, & medicina sana in cõi, sic formalr loquendo sanitas a qua hmõi sana dicuntur, non est vna numero in se, eo q. causae vles effectibus vniuersalibus comparandae sunt, vt secundo phys. dr. & simile est de signis & instrumentis & aliis, sed est vna numero in istis analogatis negatiue. non.n.numeratur sanitas in aĩali vrina et dieta, qm̃ nõ est alias sanitas in vrina, & alia in aĩali, & alia dieta. Et sequitur conditio ista ex pręcedenti, qm̃ cõe sm denominationem extrinsecam non numeratur, id.s.a quo denoĩatio sumitur in denominatis sicut vniuoca multiplicãtur in suis vniuocatis, & ꝑꝑ hoc dicuntur vnum rõne tantum & non vnũ numero in suis vniuocatis. Alia est.n.aĩalitas hoĩs, & alia equi, & alia bouis, aĩalis nõ le adunate in vna ratione. Ex hac aũt conditione infertur alia, ꝙ.s.primum analogatũ ponitur in diffinitione caeterorum sm illud nomen analogum, qm̃ caetera non suscipiunt illud nomen nisi ꝑ attributionem ad primum, in quo formalr saluatur eius rõ. Capit siquidẽ in rõne medicinae & dietę & vrinę &c. inquantum sane sunt, aĩalis sanitas, sine qua intelligi caetera sana non põt, & simile est de aliis iudiciũ. Ex his aũt sequitur vlterius ꝙ nomen sic analogum vnum certum signãtum cõe omnibus partialibus eius modis seu oĩbus modis analogatis non habet & ꝯñr ꝙ nec conceptum obiectiuũ, nec conceptum formalem abstrahentẽ a conceptibus analogatis habet, sed sola vox cũ identitate termini diuersimode respecti cõis est, ita ꝙ cũ in hac analogia sint tria, vox.s. terminus, & respectus diuersi ad illũ. nomen analogum terminum quidem distincte signãt, vt sanum sanitatẽ respectus aũt diuersos ita indeterminate & confuse importat, vt primum distinctae vel quasi distinctae oñdat, caeteros autem confuse & ꝑ reductionem ad primum, sanum.n. respectus multos ad sanitatẽ, puta habentis signãtis, & causantis &c. sic in vna voce sanitatem distinctae importante confundit. vt respectũ primum.s.hñtis seu subiecti distinctae signãt Sanum.n.absolute dicimus sanitatem habentem, vt subm. caeteros aũt respectus indeterminatae importat, & ꝑ attributionem ad primũ, sicut patet ex dictis, & ꝑꝑ hoc tria de hmõi analogo dñr.s.ꝙ cõe est omnibus analogatis sm vocem tantum, & qd' simplr prolatum stat ꝓ primo, & ꝙ nõ est prius primo analogato in quo tota sua rõ formalr saluatur. primum quidem peculiarius signãt, et super oĩa analogata, superius signãtum non habet. Diuiditur aũt analogia haec, in analogiã duorum ad vnum tertium, vt vrinae & medicinae ad aĩal sanum, & in analogiam vnius ad alterũ. vt vrinae & medicinae ad se inuicẽ. Nec habet ista diuisio alia mẽbra a supradictis, qm̃ haec circuit analogiã sm oĩa genera causarum. sed ad hoc facta est, vt oñdatur differẽter suscipi nomen analogum, qñ ponitur primum analogatũ ex vna parte & caetera ex altera parte. & qñ secundorum analogatorum, vnũ hinc, alterum inde ponetur, sm quodcũq; genus causae analogiae fiat. Primo.n & caeteris sic cõe est analogũ, vt nihil eis prius ponat aut significet & ꝓpterea vocatur analogia vnius ad alterũ ponendo oĩa alia a primo loco vnius, secundis aũt analogatis sic cõe est nomen analogum, vt aliqd eis prius ponat (primũ.s.) ad qd' oĩa secunda attribuuntur. & vocatur analogia duorũ ad tertium, vel multorum ad vnũ, q̃a non inter se est attributio sed ad primũ. Appellantur aũt analoga haec, a logico aequiuoca, vt in principio ꝑdicamentorum patet ibi. aĩal. ęquiuocum dr ad aĩal verum & aĩal pictum. Aĩal.n. pictũ non pure aequiuoce, sed ꝑ attributionem ad aĩal verum aĩal dicitur, & in rõne eius inquãtum aĩal, manifeste patet aĩal verum accipi. Quaerenti.n.quid est aĩal pictum in eo ꝙ animal. Rñdebitur imago aĩalis. A ꝑbis vero Graecis, nomina ex vno, vel ad vnũ aut in vno, & media inter ęquiuoca & vniuoca dñr (vt pluries in metaphysica patet.) Et expresse in primo Ethi. hmõi nomina contra analoga distinguuntur (vt infra amplius dicetur) a latinis aũt vocantur analoga seu aequiuoca a consilio. Hanc aũt analogiam S. Tho. in primo sent dist. 19. vocat analogiam sm intentionem & non sm esse, eo ꝙ nomen analogum non sit hic cõe sm esse. i. formalr, sed sm intentionem. i. sm denoĩationem. Vt.n.ex dictis patet, in hac analogia nomen cõe non saluatur formalr nisi in primo. in caeteris autem extrinseca denoĩationem dr. Haec iõ apud latinos analoga dicunt, quia proportiones diuersas ad vnum dicuntur extenso proportionis nomine ad omnem habitudinem. Abusiua aũt locutio haec est, quãuis longe minus

quam

Marginalia: *T. com. 2. Cap. 7.* — *Prima conditio analogia attributionis.* — *Secunda cõditio huius analogia.* — *T. com. 3.* — *Tertia conditio huius analogia.* — *Quarta conditio.* — *Diuisio analogia attributionis.* — *In diffinitione aequiuocorum.* — *Maxime 2. met. c. 2.* — *Cap. 7.* — *1. dist. 19. q. 1 arti. 2. primum.*

Quomodo de istis analogis sit scientia.

q̄ prima. Q̄sio autem de huiusmodi analogis sit scientia, & contradictiones & demonstrationes, & consequētiæ, & alia hmōi ex dictis & consuetudine Arist. patet. oportet enim significationes diuersas prius distinguere, ꝑpter quod ambigua apud Arabes hæc dicuntur, & deinde a primo ad alia procedere, sicut a centro ad circūferentiam diuersis proceditur viis &c.

De analogia proportionalitatis quid sit, & quotuplex est & quod sola proprie analogia vocatur. Cap. 3.

EX abusiuis ergo dictis, ad proprie analogiam ascendendo dicimus analoga sm proportionalitatē dici, quorum nomen est cōe, & ratio sm illud nomē est proportionaliter eadem. Vel sic. analoga sm proportionalitatem dnr, quorum nomen cōe est. & ratio sm illud nomen est similis sm proportionē, vt videre corporali visione, & videre intellectualiter cōi noīe vocantur videre, & sicut intelligere rem aīæ differt, ita videre corpori animato sensibili. Quāuis aūt proportio vocetur certa habitudo vnius q̄titatis ad aliam, & proportionalitas dicatur. dicitur similitudo duarū proportionum, transtulerunt inde p̄bi proportionis nomen ad oēm habitudinē conformitatis cōmensurationis, capacitatis &c. et ꝯnr ꝓportionalitatem extenderunt ad oēm similitudinem habitudinum, & sic in proposito vocabulis istis vtimur.

Quot modis fit hic analogia duplic iter.

Fit aūt duobus modis analogia hæc. s. metaphorice, & proprie. metaphorice quidē, qn̄ nomen illud cōe absolute vnam habet rōnem formalem quæ in vno analogatorum saluatur, & per metaphoram de alio dicit̄, vt ridere vnam sm se rōnem habet, analogum tn̄ metaphorice vero risui & prato virenti, aut fortunæ successui. sic n. significamus hæc se hr̄e quemadmodum hō ridens. Et hmōi analogia sacra scriptura plenā est, de Deo metaphorice notitiam tradens. Propriæ vero fit qn̄ nomen illud cōe in vtroq; analogatorum absq; metaphoris dr̄, vt principium in corde respectu aīalis, & in fundamento respectu domus saluatur. Q; (vt Auer. in. c. 7. primi Ethic.) ait. proportionabiliter de eis dr̄. Præponitur aūt analogia hæc cæteris antedictis dignitate & noīe. Dignitate quidem, quia hæc fit sm genus causæ formalis inhærentis, & qm̄ prædicat ea quæ singulis inhærent. Altera aūt sm extrinsecam denominationem fit. Noīe autem, quia analoga nomina apud græcos (a quibus analogie vocabula habuimus) hæc tantum dnr, vt ex Arist. etiam colligitur, qui (in metaphysica) noīa quæ dicimus analoga per attributionem ex vno ad vnum, vel in vno vocat, vt patet in. 4. & in. 7 1. c. 15. in quinto aūt metaphysice capitulo de vno. t. c. 12. diffiniens vnum sm analogiam, vt synonymis vtitur vnum analogia & vnū proportione, & diffinit ea esse quæcūq; se habent, vt aliud ad aliud, aperte insinuans illam esse proprie analogorū diffinitionem q̄ diximus. Q; tn̄ clarius habetur in arabica translatione vbi dicitur, illa quę sunt vnum sm q̄titatem. s. proportionalem sunt quorum proportio est vna, sicut proportio alicuius rei ad aliam rē. Vbi Auer. exponens ait. & illa dnr vnum, quæ sunt vnum proportionalitatem, sicut dr̄, ꝙ proportio rectoris ad ciuitatem & gubernatoris ad nauē est vna. in secundo quoq; posteriorum. ca. 2. huiusmodi nomina proportionalia, analoga vocat. Et qd' plus est, primo Ethic. c. 7. distinguit prędicta noīa ex vno ad vnū contra analoga, dum loquens de cōitate boni ad ea quæ bona dicuntur ait. non assimilantur a casu æquiuocis, sed certe ei qd' est ab vno etiam vel ad vnum cōtendere vel magis sm analogiam, & subdens exēplum analogie dicit, sicut. n. in corpore visus, in anima intellectus. in q̄bus verbis diligenti lectori non solum nomen analogię hæc quæ diximus sonare docuit, sed præferendam esse in p̄dicationibus metaphysicis hanc insinuauit analogiam (in ly magis) vt S. Tho. ibidem per supradictam rationem optime exponit. Scimus siquidem sm hanc analogiam rerum intrinsecas entitates, bonitates, veritates &c. ꝙ ex priori analogia non scitur. Vnde sine huius analogiæ notitia processus metaphysicales absq; arte discūrūt. Accidit huiusmodi ignorantibus, ꝙ antiquis nescientibus logicam (vt in secundo Elenchorum dr̄.) Nec fuit forte ab Aristo. tempore tam periculosus casus istæ, sicut modo apud nos, qm̄ blasphemare fere vr̄, qui metaphysicales terminos analogos dictos sm proportionalitatem cōes exponit. Cum tn̄ Auer. dicat super prædicto textu Est dignius his tribus modis, vt sit nomen boni dictū de eis sm viam quæ dicitur de proportionalitatibus. Vocatur quoq; a S. Th. vbi supra analogia sm esse & sm intentionem, eo qd' analogata ista, nec in ratione cōis nominis, nec in esse illius rationis parificantur, & tamen tam in ratione illius nominis quam in esse eiuidem proportionalitatis conueniunt. Sed quoniam (vt dictum est) obscura valde & necessaria res hæc accurate distinctęq; dilucidanda est per plura capitula.

8. Ethic. c. 7.
Quomodo analogice dicitur.
1. Metaph. T. com 2. 7. Metaph. T. cō. 15. T. cō. 12
2. Poster. T. cō. 24 Cap. 7.
Cap vlt. Nota bene.
q Ethi c. 7. 1. dist 19. q 5. art. 2. primum.

Q̄uo analogum nomen ab analogatis distinguitur. Cap. 4.

QVoniam autem analogia media est inter æquiuocationem puram & vniuocationem ex extremis, medij natura declaranda est. Et quia in nominibus tria inueniuntur. s. vox, conceptus in aīa, & res extra, seu conceptus obiectiuus. iō singula perlustrādo, dicendum est q̄uo analogum ab analogatis distinguatur. Et a rebus incipiendo, quia priores conceptibus & nominibus sunt, dicimus ꝙ noīe vniuoco, ita diuerse res significant. ꝙ vt sic ad rem simplr vnam abstractam & præcisam in esse cognito ab eis adunantur. Analogi aūt nomine res diuerse ita significant ꝙ (vt sic) ad res diuersas sm proportionem vnam vniuntur. Vocatur aūt in proposito res, non solum natura aliqua, sed quicūq; gradus, quæcunque realitas, & quodcūq; reale in rebus inuentū. Vnde inter vniuocationem, & analogiam hæc est differentia, ꝙ res fundantes vniuocationē sunt sic adinuicem similes, ꝙ fundamentum similitudinis in vna est eiusdē rationis omnino cū fundamento similitudinis in alio, ita ꝙ nihil claudat in se vnius rō, ꝙ non claudat alterius ratio, ac per hoc sudamētum vniuoce similitudinis in vtroque extremorum æque abstrahit ab ipsis extremis. Res autem fundantes analogiam, sic sunt similes ꝙ fundamētum similitudinis in vna diuerse est rationis simplr a fundamento illius in alio, ita ꝙ vnius rō non claudit id qd' claudit ratio alterius, ac per hoc fundamentum analogæ similitudinis in neutro extremorum oportet esse abstractum ab ipsis extremis, sed remanent fundamenta distincta, similia tn̄ sm proportionem, propter qd' eadē proportionabiliter vel analogicę dnr. Et vt possint omnibus prędicta patere, declarantur exēplariter in vniuocatione huius nominis aīal, & analogia huius noīs ens, homo, bos, leo, & cætera aīalia, quia habent in se singulas naturas sensitiuas seu proprias animalitates, quas constat diuersas sm rōnem esse & mutuo similes, sic ꝙ in quocūq; extremo puta hoīe aut leone consideratur sm se animalitas q̄ est similitudinis fundamentum, & inuenitur equaliter abstrahens ab eo in quo est, & nihil includēs in vno ꝙ non in alio. ideo & in rerum nā fundant sm suas aīalitates similitudinem vnitatem q̄ idētitas generica vocatur & in esse cognito adunantur, non ad duas vel tres aīalitates, sed vnam tm̄ quæ aīalis nomine in concreto per se primo significatur et vniuoce vocantur cōi nomine aīal. Omnium siquidem eorū sm ꝙ nās sensitiuas habent indistincta oīno est ratio, ab oibus abstracta, quæ illius rei, q̄ aīalitatem vocauimus, adequata est diffinitio. Subā aūt quantitas, qualitas & cætera, quia non hn̄t in suis quidditatibus aliquid tali modo abstrahibile, puta entitatē (qm̄ supra subālitatem nihil aliud restat) iō nulla substantialē vniuocationem inter se cōpatiuntur. Et quia cū hoc ꝙ nō solum eorum quidditates sunt diuerse, sed etiā primo diuerse, retinent similitudinē in hoc ꝙ vnūquodq; eorum sm ꝓportionem habet esse, iō & in rerum nā, nō sm aliqua eiusdem rōnis in extremis, sed sm proprias quidditates, vt cōmensuratas suis ꝓpriis esse fundāt analogiam i. proportionalē silitudinem, & in intellectu adunant̄ ad tot res, quot fundamēta ꝓportionis silitudine vnitas significatas (ꝑp illam silitudinē) entis noīe & analogicę cōi noīe vocant̄ ens. Differēter ergo res adunantur sub noīe analogo & vniuoco. Conceptus quoq; mētalis non eodem mō inuenit̄ in vniuocis & analogis, qm̄ nomē vni-

Diuersimode adunantur in vniuoco et analogo.
Diuersimode conceptus vnio

vniu. & analogis p' vniuoca vnum conceptum solum habet. uocum & oĩa vniuocata (vt sic) vnum tantũ conceptum in mente habent perfecte & adæquate eis corrñdentem, quia fundamentũ vniuoce similitudinis ꝙ signanter formale est noĩs vniuoci vnius oĩno rationis est in omnibus vniuocatis. ac per hoc in vno representato oĩa representari necesse est. In analogis vero. qm̃ fundamenta analoge similitudinis diuersarum rõnum sunt simplr, & eiusdem ſm quid i. ſm proportionem, oportet duplicem analogi mentalem conceptũ distinguere, perfectum & imperfectum, & dicere ꝙ analogo & suis analogatis rñdet vnus conceptus mẽtalis imperfectus, & tot perfecti quot sunt analogata. Quia. n. vnum analogatorũ (vt sic) simile est alteri. ꝯñs est ꝙ conceptus representans vnum representet alterum iuxta illam maximam, quicqd assimilatur simili, vt sic, assimilatur etiam illi cui illud tale est simile. Quia vero talis similitudo ſm proportionem tantum est, q̃ diuersam rõnem in altero fundamento habet, conceptus pfecte repñtans vnum analogatorũ a perfecta representatione alterius deficit. & per ꝯñs alterius analogati alterũ adæquatum conceptum esse oportet. Vñ & analogum vnum hr̃e mentalem conceptum & plures hr̃e verũ est diuersimode (q̃uis simplr loquendo magis debeat dici analogi esse plures conceptus) nisi loquẽdi occasio aliud exigat. Dico aũt hoc, quia cum ſm dicentes analoga omnino carere vno conceptu mentali sermo est vnũ eorum conceptum absolute dicere non est reprehendendũ, propter qđ oportet solerti discretione lectorem vti. qñ inuenitur scriptum, ꝙ analogata conueniunt in vna rõne, & qñ inuenitur dictum alibi ꝙ analogata non conueniunt in vna rõne. Est ergo drĩa inter analogiam & vniuocationem quo ad conceptũ mentalem, q, vniuoci & vniuocatorum vt sic vnus est conceptus pfecte & adequate eis respondens vt de conceptu aĩalis patet. Analogi vero & analogatorum vt sic plures necessario sunt cõceptus perfecte ea representantes, & vnus est conceptus imperfecte representans. Non tñ ita ꝙ sit vnus conceptus adæquate rñdens nomini analogo & inadequate analogatis, qm̃ secundum veritatem nomen illud vniuocũ esset, sed ita ꝙ conceptus vnus representans perfecte alterũ analogatum vt sic imperfecte representet reliquũ. Quo ad vocem aũt non est inter analoga & vniuoca drĩa. His prelibatis intentum facile patere põt. quõ. s. distinguitur analogum, puta ens ab analogatis, puta subã quãtitate & qualitate. Vniuocum. n. puta aĩal distinguitur ab vniuocatis, puta homine & leone quo ad rem signatam seu conceptũ obiectiuum & quo ad conceptum mentalẽ, sicut vnum simpliciter abstractũ a multis simplr. Analogum vero quo ad rem seu conceptum obiectiuũ distinguitur sicut vnũ proportione a multis simplr. Vel (& idẽ est) sicut multa vt similia ſm proportiones a multis abstractæ. v. gr. ens distinguitur a subã & q̃titate, non quia significat rem q̃dam eis cõem, sed quia subã quidditatem tantum subæ importat, & silr q̃titas quidditatem q̃titatis absolute significat. Ens aũt significat ambas quidditates vt similes ſm proportionem ad sua esse. & hoc est dicere vt easdem proportionabiliter. Quo ad conceptum aũt mentalem adæquatum hoc quoq; eodem mõ distinguitur. Scdm vero conceptum mentalem imperfectũ q̃uis distinguat, sicut vnum simplr a multis simplr, non tñ sicut vnum abstrahens in representãdo ab illis multis quemadmodum in vniuocis contingit, qm̃ (vt ex dictis patet) conceptus illæ, puta qualitatis inquãtũ ens alterius analogati. i. ipsius qualitatis ſm ꝙ se habet ad suũ esse est adæquate repñtatiuus & a qualitatis quidditate nõ abstrahens. cæterorum vero. puta q̃titatis & subæ imperfecte tantum est representatiuus inquantum eis similis est proportionabilr.

Iubet cap.

Qualis est abstractio analogi ab analogatis. Cap. 5.

Oportet autem ex premissis ostendere qualiter analogum abstrahit ab his quibus cõe ſm analogiam dicitur, puta qualiter ens abstrahat a subã & quãtitate. Insurgit siquidem difficultas quædã in re hac. & ex parte rerũ & ex parte cõceptus. Ex parte siquidẽ rerum, quia videtur analogi noĩs res significata eodem abstrahibilis & abstracta modo quo res vniuoco noĩe significata. Qm̃ cum vt in. 5. meta. dr̃, vnum in qualitate faciat simile, nulla apparet rõ cur a quibusdam similibus sit vna res abstrahibilis, & a quibusdam non, licet euidens rõ sit cur ab his similibus Sor. & Pla. abstrahibilis sit res magis vna, & ab illis, puta hoĩe & lapide minus vna. vñ si substantia & q̃titas assimilantur in hoc, ꝙ vtrũq; est ens & consequenter in eis est aliquid vnum, ꝙ est fundamẽtum illius similitudinis, qd vetat ab eis abstrahi rem vnã vtrique cõem? Ex parte vero conceptus, quia videtur eodẽ modo conceptus analogi abstrahere ab analogatis, sicut vniuocum ab vniuocatis, eo ꝙ analogũ nomen importat in confuso singulas proportiones analogatorũ, & distincte non significat nisi proportionem in cõi. ver. gra. Ens non significat habens se ad esse sic vel sic, puta vt substantia & q̃titas, sed si proportionale nomen est significare vr̃ habens se ad esse ſm aliquam proportionem quęcunq; illa sit. hoc aũt constat esse ęque abstractum a subã & qualitate, & per ꝯñs per modum vniuoci in analogis abstractio conceptus apparet. Vt aũt euidens fiat huius ambiguitatis determinatio. Sciendum est, q, licet (abstrahere) diuersa significet, cũ dicimus intellectus abstrahere ab hoĩe, equo, & boue, eo ꝙ tunc signat ipsam intellectus operationem attingentem in eis vnũ & non alia. nũc vero significat extrinsecam denoĩationem ab illa intellectus operatione, qua res cognita abstracta denoĩatur, in vnum tñ & idem semper tendit, qm̃ semper sonat intelligi vnum nõ intellecto altero, iõq; nihil aliud est agere de abstractione analogi ab analogatis q̃ inquirere & determinare quõ res significata analogo noĩe intelligi possit non cointellectis analogatis, & quõ conceptus habeatur absq; cõceptibus istorum. Cũ igitur ex supradictis & ex ipso analogie vocabulo pateat ꝙ analogo noĩe non simpliciter vna res, seu res proportione vna significatur. tale autem idem est ꝙ res diuerse vt similes proportionabiliter, facile potest deduci, ꝙ res analoga potest quidẽ intelligi non cointellectis analogatis, & cõsequenter abstrahere ab eis, sed non sicut in vniuocis res vna, puta natura sensitiua seu anima intelligitur non cointellectis omnino natura humana & bouina vt sic, sed sicut duæ res pportionabiliter similes intelligunt, non cointellectis ipsismet duabus rebus secundum suas proprias naturas, ita quod analogi abstractio non consistit in cognitione vnius & non cognitione alterius, sed vt vnius et eiusdẽ intellectione, vt sic & non intellectione abstractę. v. gr. Entis abstractio non consistit in hoc ꝙ entitas apprehẽditur, & substantia aut q̃titas non, sed in hoc ꝙ substantia aut quantitas apprehenditur, vt sic se habens ad proprium esse. In hoc enim similitudo proportionalis attenditur & nõ apprehenditur substantia aut quãtitas absolute. Et simile est de aliis rebus analogis quales sunt fere oẽs metaphysicales. Vnde concedi põt rem analogam abstrahere & non abstrahere ab analogatis diuersimode. Abstrahitur quidem pro quãto abstrahit ab eis quẽadmodum res, vt sic .i. vt res similis alteri proportionabiliter abstrahit a se absolute sumpta. Non abstrahit vero pro quanto res vt sic accepta seipsam necessario includit, & absq; seipsa intelligi non potest, qđ de vniuocis dici non potest, quia res vniuoca absq; aliis quibus est vniuoce cõis intelligitur, sic ꝙ res in suo intellectu nullo mõ actualiter includit ea quibus est cõis, vt patet de animali. Obiectioni autem in oppositũ adducte ex analoge similitudinis natura facile satisfit dicendo ꝙ cum vnum multipliciter dicat, non oportet omnem similitudinem attendi secundum vnum simpliciter, sed qñq; sufficit ꝙ vnum secundum proportionem faciat simile. Vnum aũt proportionabilr non est simpliciter vnum, sed multa similia secũdum proportionem, a quibus ideo non potest abstrahi res vna simplr, quia similitudo ipsa proportionalis tãtum est. & fundamentum non est vnum proportionalr. De ratione siquidem vnius proportionalr est hr̃e. 4. terminos (vt quinto ethicorum dicitur) qm̃ proportionabilitas cum similitudo proportionis sit inter. 4. ad minus quæ duarum proportionum extrema sunt necessario est, & ꝯñr vnum pportione non vniuocatur simpliciter, sed distinctionem retinens vnum pro tantum est & dicitur pro quãto pro- portionibus

T. c. 10. item infra T. c. 15. 16.

Cap. 2. & 3.

portionibus dissimilibus diuisum non est. Vnde sicut non est alia ratio quare vnum proportionabiliter nõ est vnum absolute, nisi quia ista est eius ratio formalis, ita non est quærenda alia causa cur a similibus pbortionabiliter non potest abstrahi res vna. hoc ideo est quia similitudo proportionalis talem in sua ratione diuersitatem includit & vlterius accidit procedẽtibus vt quærant id qđ sub qõne non cadit, vt quare homo est aĩal rõnale? De abstractione quoq; conceptus eodẽ modo est dicendũ abstrahit enim conceptus analogi nominis nõ sicut vnũ simpliciter, sed sicut vnum proportionabile seu simile secũdum proportiones a multis absolute. Sed qa in obijciendo tangitur de abstractione cõceptus analogi a specialibus conceptibus illius analogi & abusiue analogata ibidem vocantur partiales analogi rationes, ideo diligenter cauendum est ne apparentia in obijciendo tacta in illum errorem ducat qui ibi tangitur. Sciendum siquidem est licet in analogis ẜm attributionẽ ĩ hoc oĩa analogata cõueniãt, ꝙ eandẽ formã oĩno respiciãt, ita ꝙ nõ solũ conueniunt in vno tertio, sed in hoc quod est respicere illam. Erroneum tamen est analogi per attributionẽ conceptum vnum respectus in cõmuni ad illum extremum per abstractionem a tali & tali respectu attribuere. ver. gra. Animal inquantum sanum, vrina inquantũ sana, & medicina inquantum sana, licet cõueniant & in sanitate tanq̃ termino cuius animal est subiectũ, vrina signũ, & medicina causa, & conueniant in hoc quod est respicere sanitatem, quodlibet enim eorum sanitatem respicit licet diuersimode, ab his tamen specialibus respectibus non abstrahitur respectus in cõmuni ad sanitatem importatus nomine sani in cuius conceptu omnes speciales respectus ad sanitatem confuse & in potentia claudantur. Falsum enim est, ꝙ sanum respiciat hoc quod dico respiciẽs vel aliqualiter se habens ad sanitatem. Tum quia sic sani nomen vniuocum vere esset ad vrinam & animal, vt patet ex vniuocorum diffinitione. Tũ quia hoc est contra intentionem dicentium vrinam aut dietam sanam. Percunctantibus siquidem quid est vrina inquantum sana, non respondetur respiciens sanitatem, sed oẽs respectum illum specificant dicentes signum sanitatis, & similiter de dieta respondetur ꝙ est conseruatiua sanitatis &c. Tum quia cõtra omnes pħos & logicos (hucusq; a me visos) hoc est. Sicut autẽ in prædictis analogis p̃dictus cauendus est error, ita in analogis ẜm proportionẽ (quæ sola simpliciter analoga sunt) similis cauendus est error, ex simili causa apparentiæ firmitatem trahens. Quia enim analogata conueniunt in hoc, ꝙ vnũquodq; eorũ cõmensuratum seu proportionatũ est (licet diuersimode) credi potest. ꝙ ab his specialibus proportionalibus abstrahatur proportionatum in cõi, et nomine analogo significetur, ac per hoc analogum habeat conceptum vnum in quo confuse & in potentia claudantur omnes speciales proportiones analogatorũ. ver gra. Vt quia substantia est proportionata suo esse, & similiter quantitas & qualitas (licet diuersimode) ideo a substãtia qualitate quãtitateq; diuersimode proportionatis suis esse abstrahatur res seu quidditas proportionem habens ad esse qualiercũque sit illa proportio, & hoc sit entis primarium significatũ in quo omnes speciales proportiones, substantiæ qualitatis, & quantitatis ad sua esse confuse claudãtur & in potentia. Sed hoc falsissimum est. Tum quia hoc. s. ꝙ res ꝓportionata ad hoc non est res vna simpliciter & in esse obiectiuo nisi chimericæ. Tum qa proportionalia nomina vniuoca essent, vt patet ex vniuocorum diffinitione, & per consequens periret proportionabilitatis ratio, quæ extrema vnum simpliciter esse non compatitur, & essent proportionalia & non proportionalia, quod intellectus capere nullo modo potest. Tum quia contra Aristo. auctoritatem in. 2. poste. adducendam, & adductam ex primo ethi. & .S. Doctorem & Auerroim, & Albertum expresse est. Vnde confusio qua analogum tam secundum attributionem q̃; ẜm proportionem importat speciales habitudines aut proportiones non est confusio pluriũ conceptuum in vno cõi cõceptu, sed est confusio significationis in vna voce (licet differenter) quoniam in

F.c.14. & .16. & q.7.

analogia attributionis vox analoga primum distincte significat. cætera autem confuse. in analogia vero proportionabilitatis nomen analogum ad omnes suas significationes indistincte se habere permittitur. Cautum tamen & attentum hic oportet esse, quia cum analogi rationes dupliciter sumi possint. s. secundum se, & vt eædem, & ipse vt eædem propter identitatis proportionalis naturã non abstrahant a seipsis, tamen aliquid cõuenit eis ratione identitatis seu inquantum eædem sunt, quod nõ conuenit eis ratione diuersitatis (vt patet de cõibus eius) videtur ꝙ duo incompossibilia scđm apparentiam analogi rationibus conueniant. s. ꝙ ipse vt eædem non abstrahant a seipsis, & ipse vt eædem aliquid causent & habeãt quod non vt diuerse, reduplicariq; possint non reduplicatis vt diuerse sunt. hæc enim non solum compossibiliter, sed necessario sibi simul vendicat identitas proportionalis, quoniam extrema vniri omnino nõ patiens ab eis abstrahi omnino non permittit, & extrema aliqualiter indiuisa & eadem ponens vt eadem ea considerabilia & reduplicabilia exigit, sicq; fit vt in analogo secundũ identitatem in se clausam ad diuersitatem rationũ in se quoq; clausam comparato. abstractio quædã quæ non tam abstractio q̃; abstractionis modus inueniatur, propter quã non solum ab analogatis, puta substantia & quantitate analogum, puta ens abstrahere dicitur vt supra diximus sed ab ipsis eius rationibus seu a diuersitate ipsarum rationum eius, puta rationis entis in substantia & rationis entis in quantitate, non quia quandam rationem, eis cõmunem dicat, quia hoc est fatuum, nec quia ille rationes sint omnino eædem, aut eas omnino aduniat (qa sic nõ esset analogum sed vniuocum.) Sed quia eas proportionabiliter adunans, & vt easdem proportionaliter significans, vt easdem considerandas offert, annexa inseparabili diuersitate quasi seclusa & identitate proportionabili vnit & confundit quodammodo diuersitatem rationis.

in cap. hoc eodem.

Sicq; non sola significationum in voce confusio analogo coniungitur, sed confusio quædam conceptuum seu rõnum (licet in identitate eorũ proportionabili) fit tamẽ vt non tam cõceptus q̃; eorum diuersitas confundãtur. Et quia analogum talem identitatem præcipue importat a tali confessione frequenter vtimur analoga nomina ab omni rationum eius diuersitate abstrahere dicentes ipsum confuse pro omnibus supponere, ipsum pluries exponimus, ideo non mediocri opus est vigilãtia ne in vniuocationem labi contingat. Abstrahit ergo analogum a suis analogatis, puta ens a substantia & quautitate, sicut vnũ proportione a multis seu sicut similia proportionabiliter a seipsis absolute, tam quo ad conceptum obiectiuum q̃; mentalem (siue sit sermo de abstractione totali seu formali.) Hæ enim abstractiones non differunt in eodem nisi secundũ præcisionem & non præcisionem (vt alibi declarauimus.) Vnde nihil aliud est dicere ens abstractum a naturis prædicamentorum abstractione formali q̃; dicere naturas p̃dicamentales proportionales ad sua esse vt sic pręcise a specialibus autem siue singulis analogie rationibus extremis non tertio conceptu simplici, sed voce communi & identitate proportionabili earundem quodãmodo abstrahit.

In eo. sup de ente & essentia in proe. q. 1.

Qualis sit prædicatio analogi de suis analogatis. Cap. VI.

VIdebitur autẽ forte alicui ex his ꝙ prædicatio analogi de suis analogatis puta entis de substantia aut quantitate aut formæ de anima aut albedine sit sicut prædicatio æquiuoci de suis æquiuocatis, ita ꝙ non sit prædicatio superioris de suis inferioribus, nec cõioris de minus cõi nisi sola voce, sed eiusdem de seipso. nõ est enim analogo vna res significata quæ in vtroq; analogatorum saluetur. Absq; hoc aũt prædicatio superioris aut cõioris nõ inuenitur secũdam intrinsecam denominationem seu existentiam. Sic enim analogũ secundum proportionalitatem cõe esse dictum est. Fouere autẽ potest non parum opinionem hanc processus (iuxta primũ topicorum) aut. s. analogum est prædicatum conuertibile aut inconuertibile seclusa vocis cõitate. & cũ constet nõ esse inconuertibile, quoniã substantia vt sic se habens ad

supra capi 3. cap. 6.

suum esse q ens de substantia dictum prædicat cõuertit cum subst̃a, & similiter quantitas sic cõmensurata suo esse cũ quantitate conuertitur, & sic de alijs. cõsequens est q analogũ tanq̃ superius de analogatis prędicari nõ possit. Superioris n. intentionẽ suscipere nõ põt, qd conuertibile esse ꝓbatur, & quã sm veritatem analogum, vt superius prædicatur de analogatis, & nõ sola voce cõe est eis sed ꝯceptu vnico ꝓportionabiliter, cuius vnitas ad hoc q prædicetur aliquod superioris rationem habeat, sufficit q superius nihil aliud sonat q̃ vnum prædicatum ad plura se extendens, vnum autem non per accidens neq; aggregatione, sicut aceruus lapidum, sed per se constat esse vnum proportione. Ideo ad huius veritatis claritatẽ ex extremis procedendo. Sciendum est q quia analogũ medium est inter vniuocũ & pure æquiuocũ cõsequens est q analogum aliquo modo idem & nõ idem aliquo modo de suis prædicetur analogatis. Et quia prædicat aliquid abstrahens aliquo mõ a suis analogatis, vt ex præmisso patet capitulo. consequens est q cõparetur ad sua analogata vt maius ad minora, seu vt superius ad inferiora, licet nõ omnino vnum sm rõnem sit, quod in eis ponit. Quod vt clarius pateat figuraliter declaratur sic, tam in vniuocis q̃ in æquiuocis q̃ in analogis quatuor inueniuntur. s. duæ res ad minus æquiuocatæ vniuocatæ aut analogatæ, & duæ res seu rerum rationes ęquiuocationẽ aut vniuocationem aut analogiam fundantes ver. gra. In æquiuocatione canis hic quatuor inueniuntur. s. canis marinus & canis terrestris, & ratio illius & ratio istius secundum canis nomen. in vniuocatione quoq; animalis quatuor inueniuntur. s. homo & bos & natura sensitiua hominis & natura sensitiua bouis, quæ animalis vniuocationẽ fundant in analogia similiter entis quatuor sunt. s. substantia & quantitas, & substantia inquantum commensurata suo esse, & quantitas sm q suo esse proportionatur & licet prima duo s. æquiuocata vniuocata & analogata eodem modo quantum ad propositum spectat in omnibus his distinguantur, quia vbilibet condistincta sunt, altera tamen duo vniuocationem ęquiuocationem & analogiam fundantia diuersimode vnita aut distincta sunt in æquiuocis nanq; rationes illæ, puta canis marini & terrestris sunt omnino diuersæ sm rationem, et propter hoc id quod prædicat canis de marino cane nullo modo prædicat de terrestri & econuerso. & ideo sola voce cõmune aut maius æquiuocatis dicitur & est. In vniuocis vero res illę puta animalitas in boue & animalitas in leone. licet & numero & specie diuersæ sint, rõne tamen omnino eadem sunt. Ratio enim vnius est omnino idem quod ratio alterius, & propter hoc id quidem quod prædicat animal de homine. idem prædicat omnino de boue, & vniuoce dicitur & superius homine, asino, leone, bouęq;. In analogis vero analogiam fundantes puta quantitas vt sic se habens ad esse, & substantia vt sic habens esse, licet diuersæ numero sint & specie & genere. ratione tamen eędem sunt, non omnino sed proportionabiliter, q̃m vnius ratio proportionabiliter eadem est alteri. & propterea id quod prędicat analogum puta ens & quantitate. illud idem prędicat de substantia & econuerso. est n illudmet proportionabiliter id quod in subst̃a ponit, & econuerso. Et propter hoc analogum puta ens, non sola voce maius aut superius analogatis est, sed conceptu (vt dictum est) proportionatur vno, ita q analogum & vniuocum conueniunt in hoc q. vtranq; inferioris & superioris rationem habet. Differunt aũt in hoc q illud est superius analogice seu proportionabiliter. hoc vero vniuoce, & hoc merito, quia fundamentum superioritatis vtrobique saluatur vniuocationes autem non. fundatur enim superioritas super identitate rationis rei significatæ i. super hoc q res significatæ inuenitur nõ in hoc tantum sed illamet non numero sed rõne inuenitur in alio. Vniuocatio aũt supra modum identitatis omnimoda. s. identitatis entis rei. i. super hoc q ratio rei significatæ in hoc & in isto est eadẽ omnino. Quãuis. n. in analogis hic identitatis modus non inueniatur qui in vniuocis inueniri (pluries dictum est) identitas tamen ipsa rationum inuenitur. Est nãq; identitas proportionalis identitas quædam, & ideo non minus analogum puta ens est prędicatum superius q̃ vniuocum puta animal, sed alio modo. Analogum enim est superius proportionabiliter, quia fundatur supra identitate proportionabili rationis rei significatæ. Vniuocum aũt præcise & simpliciter, quia supra omnimoda identitate rationis rei significatæ eius superioritas fundatur. Propter quod. S. T superioritatis fundamentum aspiciens dicit, q ens est superius ad omnia sicut animal ad hominẽ bouẽq;. Vnde obiectiones ad oppositum adductæ in hoc peccant q inter identitatem & modum identitatis non distinguunt Fatendũ enim est q ad hoc q aliquis terminus denominetur superior aut communior, oportet vt rem vnã & eandem in vtroque ponas, sed sophisma consequentis cõmittitur inferendo ex hoc. ergo oportet q dicat rem vnam & eandẽ oĩno. Et est semper sermo de identitate secundum rationem seu diffinitionem. identitas. n & vnitas continent sub se non solum vnitatem & identitatem omnimodã sed proportionalem quæ in analogi nominis ratione saluatur. Negandum est igitur q in analogis non prædicetur idẽ de vno & de alio analogato, quoniã vnum & idem ꝓportionaliter de omnibus analogatis dicitur. Et propterea inter prædicata nõ conuertibilia numerari dictũ est. Quantitas enim licet adequet ens de quãtitate verificatum sm rationem omnino eandem non tamen secundum rationem illam proportionaliter, q̃m entis ratio non alia proportionabiliter ad quantitatem & substantiam se extendit. Verum quia analogum sonat identitatem proportionabilem. ideo hmõi rõnibus formaliter respõdendo, nullo modo concedendũ est conuerti analogũ cũ analogato aliquo, Ad materiã tamen descendendo potest intrepide dici q quia analogum rõnem vnam tantũ proportionaliter prædicat, & vnum proportionaliter plura esse proportionibus similia manifestum est, dupliciter potest secundũ singulas rationes ad analogata comparari. Vno modo absolute & sic sm singulas rationes cũ singulis analogatis conuertitur, quia nulla omnino vna analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo sm identitatem proportionalem quam habet vna cũ altera, & sic cum nullo analogato conuertitur. q̃m omnes analogi rationes indiuisæ sunt proportionaliter & vna ẽ altera proportionaliter. Et quia vt dictum est analogum hãc sonat identitatem, ideo formaliter & simplr loquendo analogum inconuertibile & cõius prædicatum cõcedendum est esse. Non tamen aut propriũ aut species aut diuisio aut dr̃ia. aut accidens vniuersaliter est Nec tamẽ Aristo. diminutus fuit aut Porphy. quoniam prædicabile quod est vnum simpliciter edocebant, ac per hoc inter æquiuoca analoga nominãtur. Ex prædictis autem manifeste patet, q analogum non conceptum disiunctum, nec vnum præcisum inequaliter participatum, nec vnũ ordine, sed conceptũ vnũ proportione dici et prædicat. De ordine tamen in analogis incluso inferius tractabitur. vnde cum dicitur de homine, aut albedine, aut quocũq; alio q est ens non est sensus q. est substantia vel accidens sed sic se habens ad esse. vtor (iy sic) quoniam de ꝓprijs nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus disputare nolo ad præsens q̃m metaphysici opus hoc est. & exẽplariter & de ente loquimur. Similiter siquidẽ est de actu, potentia forma, materia, principio, causa, & alijs huiusmodi & idem iudicium.

5. meta. circa t. cõ. 14 vbi mod.

In topicis in prædicabilibus.

cap. 7 post me.

Qualis sit analogatorum secundum analogi nomen diffinitio. Cap. VII.

APparere autem alicui poterit q in ratione vnius analogati secundum analogi puta entis nomen alterius analogati puta substantię vel quantitatis ratio secundum idem nomen analogi tradere debeat, sicut in analogia attributionis contingere dictum est. Fundamentum autem inde apparentia hæc sumet, quia ratio vnius analogati vt eadẽ ꝓportionabiliter est alteri absq; illa altera exprimi nequit complete. dictum est autem q analogo nomine rationes hæ importantur vt eædẽ proportionabiliter sunt. Et cõfirmat hoc expositio ipsa analogiæ ab Arist. Auer. & S. T, in primo ethi. posita. Expo

Cap. 3

nunt.n. bonum seu perfectio analogice dicitur de visu & intellectu, quia sicut visus in corpore, ita Intellectus in anima perfectio est constat autem ꝙ nō est intelligibile hoc se habere, sicut illud nisi vtrūq; extremorū percipiatur, necessario igitur videtur vnū analogatorum ſm analogi nomen per aliud diffiniēdum esse. Vt aūt liqueat huius ambiguitatis solutio recolendum est analoga haec dupliciter inueniri.s. proprie & metaphorice. Diuersimode.n. haec se habent ad propositam q̄ōnem. In analogia siquidem ſm metaphoram oportet vnum in alterius ratione poni non indifferenter sed proprie sumptum in ratione sui metaphorici sumpti claudi necesse est, quoniā impossibile est intelligere quid sit aliquid ſm metaphoricū nomen, nisi cognito illo ad cuius metaphoram dicitur. Nō enim fieri potest vt intelligam quid sit pratum in eo ꝙ ridens nisi sciam quid significat risus nomen proprie sumptum ad cuius similitudinem dicitur pratum ridere. Est autem huius ratio radicalis, quia analogū metaphorice sumptum nihil aliud praedicat q̄ hoc se habere ad similitudinem illius quod absque altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc hmōi analogata prius dicuntur de his in quibus ꝓprie saluantur, & per posterius de his in quibus metaphorice inueniuntur, & habent in hoc affinitatem cum analogis secundum attributionem, vt patet. In analogia vero in qua nominis saluatur proprietas nullum analogi membrum per alterum diffiniri oportet nisi forte gratia materiae, vt. S. Do. in. 1. q dist. 5. arti. 1. 2. docuit. sunt.n. analogatorum rationes secundū analogi nomen quodāmodo medie inter analoga secundū attributionem & vniuoca. In analogis enim secundum attributionem primum diffinit reliqua. In vniuocis vero neutrum alterum diffinit, sed vnius diffinitio est cōpleta diffinitio alterius, & ecōuerso In analogis aūt neutrum alterum diffinit, sed vnius diffinitio est alterius diffinitio proportionabiliter. Et loquitur semper de ratione secūdum nomen cōe. ver. gra In diffinitione cordis secūdū ꝙ principium animalis non ponitur fundamentū ſm ꝙ principium domus nec econuerso. sed eadem proportionabiliter est principij ratio vtrobiq;, vt Cōmen. vbi supra dicit. Duabus aūt opus est distinctionibus vti in hac re. Ea .s. quae in logica traditur de actu signato & exercito. Et ea quae a metaphysico vt plurimum tractatur de ordine rerum sub vno nomine ex parte rei & ex parte impositionis nominis. Et prima siquidem distinctione scimus duo. primum est ꝙ sicut animal dictū de homine & de equo importans vniuocationē in actu exercito nō praedicat de homine totum hoc. i. materiam sensitiuam eadē omnino ſm rationem naturae sensitiuae equi bouisq;, sed naturam sensitiuam simpliciter. quam tamen ad hoc ꝙ vniuoca sit praedicatio oportet omnino esse eandem secundum rationem naturae sensitiuae bouis & asini. ita ens importans proportionalitatem in actu exercito non praedicat de quantitate totum hoc. i. se habens ad esse sic proportionabiliter sicut substantia aut qualitas ad suum esse, se habens ad esse sic absq; alia additione, quod tamē oportet ad hoc ꝙ analoga sit praedicatio idem proportionabiliter esse cum altero sic se habere ad esse quod de substantia aut qualitate ens praedicat Secundo ꝙ sicut ex determinatione qua manifestatur animal eē vniuocum, quia dicit vnam & eandem omnino rationē in omnibus, non fallimur neq; confundimur, nec vagamur, circa hominis bouisq; secundum animalis nominis rationē, sed quiescimus intuentes ꝙ animal exercet quod vniuocorū diffinitio & expositio significat. Ita ex hoc ꝙ declarat ens aut bonum aut quodcunq; aliud esse analogum, quia dicit rationes plures easdem ꝓportionaliter & importat hoc se habere quēadmodum proportionaliter illud se habet ad esse vel ad appetitum non debemus turbari & inquirere in analogi nominis puta boni ratione significationē istam, sed sat sit distinguendo inter actum signatū et exercitum inspicere ꝙ analogi nominis ratio id exercet qđ analogi ratio & declaratio significat. Ex his autem duobus patere iam potest intentum ꝙ. s. non oportet vnum analogie mēbrum per alterum diffinire, ex eo ꝙ analogum significat ea aut eas proportionaliter, quoniam hęc in actu exercito significat. Ex secunda vero distinctione scimus non solum ꝙ praeposterus est ordo rerum & significationum q̄ sub noīe analogo, ita ꝙ prior ſm rem ratio posterior interdum significatione est vt de ente bono, & alijs hmōi cōmunibus deo & creaturis accidit. Ratio enim quā in deo quodlibet eorum ponit significatione quidem posterior re autem prior est, & ꝙ propter alterum horum dicitur analogum praedicari de suis analogatis secundū prius & posterius. ſm ipsam analogi rationem. sed etiam scimus ꝙ quando ratio quam ponit analogum in vno ex ratione quam in altero ponit exponit, non ideo fit, quia vnum in alterius ratione cadit, sed quia vnius ratio posterior altera significatiōe & per priorem vtpote notiorem declaratur, vt. S T. in 2. ar. q. 13 primę partis fecit declarans ꝙ dicēdo deus est bonus. sensus est. ratio quam bonitatem in creaturis dicimus pręexistit in deo proportionaliter. Et eadem intelligendum est rationem fieri, si posterior scđm rem per priorem declararetur. (1 p.q.13. ar.2.&.ca. circa fi.) Non diffinit ergo analogum secundum vnā rationem seipsum secundū alterā, licet exponat & declaret. Obiectionibus autem in oppositum (quāuis ex dictis satisfactum sit) formaliter respōderi potest, ꝙ cognosci aliqua vt eadem ꝓportionabiliter, seu hoc se habere sicut illud dupliciter contingit. (Ad argumenta.) Vno modo formaliter. i. quo ad relationes identitatis & similitudinis. & sic absq; extremis cognitio haec haberi non potest. Alio modo fundamentaliter & sic in ratione vnius non cadit reliquum, sed ratio vnius est ratio alterius omnino vel proportionabiliter. Constat autem analogum nomen puta ens aut bonum nō relationem identitatis aut similitudinis significare sed fundamentum. et ratio. obiectiones quae iuxta primum sensum procedunt nihil cōcludunt cōtra intētum. Patet aūt facillime haec esse vera exēpla de vniuocis ponendo & applicando ad identitatem vniuocationis. Significat nanq; nomen vniuocum plura inquantum eadē sunt & vniuoce seu ſm rationē omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorū absq; altero intelligibilis est.

Qualis est in analogo comparatio. Cap. VIII.

Difficultas etiam non parua quae multos inuasit ac superauit de comparatione in analogo, dilucidanda est. Creditum. n est a quibusdam ꝙ non possit (analogia posita) fieri cōparatio nisi debeat extorte exponi quo vnum analogatum aut perfectius tale secundū analogi nomen diceretur. ver. gra. Substantia est magis aut perfectius ens q̄ quantitas Moti sunt autem ex eo ꝙ cōparatio in vno cōi vtrisq; facienda est, etiam ſm grammaticos, quod in analogo non inuenitur. Et potest formari ratio pro eis talis. Aut cōparantur analogata in vna communi eis ratione, aut in suis rationibus, non in ratione cōmuni quia illa analogum causaret, nec in rōnibus proprijs, quia tunc falsum est substantiam magis esse ens q̄ quantitatem Nō minus enim aut imperfectius quantitas est sua ratio quam ens in ea ponit, q̄ substantia sua nullo modo ergo videtur cōparationē cū analogia saluari posse. Succūbitur autem difficultati huic, quia propriū comparationis fundamentum nō consideratur. fundatur enim supra identitate seu vnitate rei in qua fit cōparatio & non supra modo identitatis aut vnitatis. sicut de intentione superioritatis praedictū est. (Cap 6.) Vnde cū analogū ex dictis constet rem vnam (licet proportionabiliter) dicere, nihil prohibet in ipso cōparari analogata, quia licet non eodē modo quo vniuoca fit comparatio. Ad cōparationem siquidem cum requirantur & sufficiant haec tria .s. distinctio extremorū & identitas eius in quo fit comparatio & modus eēndi illius in extremis. s. aeque vel magis vel minus perfecte, sub identitate autem seu vnitate, proportionalis vnitas seu identitas contineatur consequēs est; ꝙ si in diuersis idem proportionaliter eque vel magis, aut minus perfecte esse habet, comparatio ſm illud proportionale fieri posset comparatione non vniuoca, sed analogia, sicut enim quia natura sensitiua est in boue & illamet omnino secundū rationem est in homine, & perfectius esse habet in homine q̄ in boue, homo perfectius animal boue dicitur vniuoca cōparatione, sic quia

sic se habere ad esse est in substantia, & hoc idem ꝓportionabiliter est in quantitate & imperfectius esse habet in quantitate q̄ in substantia, dicitur substãtia magis & perfectius ens q̄ quãtitas analoga cõparatione. Vnde S.T.
De potentia dei q. 7. ar. 7 ad tertiũ in .7. arti. q 7 de potentia dei. Tripliciter comparationem fieri docens duos modos analogice cõparationis ponit aperte, ex hoc insinuans cõparationem non solum supra idẽtitate numerali specifica, aut generica fundari, sed etiã ꝓportionali. Modi aũt cõparationis ibidem traditi sunt hi. s. secundum solam quantitatem rei participare eidem omnino sm rationem, siue ista ratio sit generica, siue specifica. Vt calidum magis calidũ altero dicitur, & homo perfectius animal leone est. Secundus modus attendiuur sm ꝙ res aliqua in vno inuenitur participatiue, in altero vero per essentiam (quemadmodum homo Platonicus) longe perfectior homo esset nobis, & abstractione intellectus vtendo, quemadmodum bonitas melior est quolibet bono, quod participatiue bonum dicitur. Tertius autem modus attenditur sm ꝙ res aliqua in vno formaliter & secundũ se, in alio autẽ eleuatione ad rem superioris ordinis. quemadmodum dicitur ꝙ sol est magis calidus q̄ ignis, vel ꝙ calor perfectius habet esse in sole q̄ in igne. Nec est dubium hos duos modos vniuocam cõparationem impedire, vt. S T. dicit (ibidem.) Et Aristo. 1.
Cap. 7. Ethi. de primo modo testatur, vbi bonum cõmune non vniuoce, sed sm proportionalitatem dicẽdum docet bonitati separate & bonis caeteris per participationem. Patet igitur ex his eadem proportionaliter esse comparabilia, quãuis philosophice loquendo in sola specie, aut genere cõparatio fiat. Ad obiectiones autem in oppositũ dicitur, ꝙ vtroq; modo in analogis cõparatio fit. Comparantur siquidem analogata, puta substantia & quantitas, in ratione vna & cõi proportionaliter q̄ analogi nomẽ, puta ens dicit. Et addit supra analogata (vt ex dictis patet.) Et cõparantur sm suas rationes, secundum tamẽ analogi nomen quae eorum sit perfectior secundũ ꝙ dicimus substantiam esse perfectius ens quantitate quia ratio entis in substantia perfectior est ratione entis in quantitate. ita ꝙ iuxta istam cõparationem est sensus, substantia habet secundum entis nomen perfectiorem rationem q̄ quantitas, & nõ ꝙ substantia sit magis, aut perfectius substantia q̄ quantitas sit quantitas, vt quidã somniare videntur, vnde comparatio ista extenditur vsq; ad analogata sm attributione, licet in tali analogia, non nisi abusiue cõparatio fieri possit. Dicimus. n. ꝙ ens reale est magis ens ente rationis, quod per attributionẽ ad illud ens
T. cõ. 2 dicitur in quarto metaphysicae. tex. com. 2. quia ens reale habet secundum entis nomen perfectiorem rationem iuxta quem modum (si vsus admitteret) diceremus aĩal esse magis sanum q̄ vrinam, quia perfectiorem secundũ sani nomen rationem habet.

Qualis est analogi diuisio & resolutio. Cap. IX.

Qualiter aũt analogum diuidendum sit ex dicendis manifestum est. Siquidem potest analogi diuisio trifariam intelligi. Primo ꝙ diuidatur vox
Su. ca. 4. in suas significationes. Dictum est n. ꝙ analogũ plura significat immediate, & haec diuisio conuenit sibi inquantum aequiuocũ quoddã est. Secundo ꝙ diuidatur significatum eius quasi in mẽbra eius, eo mõ quo eius qđ proportionaliter est vnum est sic & sic ꝓportionatũ, mem-
Ibi. ca. 4. bra dici possunt. Dictum est n. ꝙ analogum non ita diuersas rationes significat quin significet vnam rationem proportionabiliter. omnes nãq; rationes analogo nomine immediate significate eaedem proportionaliter sunt. Ratio aũt proportionaliter cũ constituitur ex pluribus rõnibus proportionabilibus in eas secari potest. Haec autem non est diuisio analogi in sua analogata, quoniã rationes hae in ipsius analogi ratione intrinsece clauduntur, & analogata ea sunt in quibus rationes ille saluantur, nõ ipse rationes entis. n. analogata sunt substantia & quantitas, & non rationes entis in substantia & quantitate. Rationes enim (vt dictũ est) analoge sunt. Vnde tertio mõ potest diuidi analogum diuidendo significata eius in sua analogata ipsa per diuersos modos quibus analogi ratio nem proportionalem analogata diuersimode suscipiunt ita ꝙ diuisum est significatum vnũ proportionaliter, diuidentia sunt modi fundantes & facientes in analogatis proprias proportiones sm quas fit analogia, constituta autẽ per diuisiones, vt partes subiectiuae analogata sunt ipsa. Verbi gratia. quando ens diuiditur in substantiam & quantitatem diuisum est ratio entis nomine significata, quae omnes in se entis noĩe significatas rationes claudit: vtpote vna proportionabiliter. Diuidentia sunt substantiuum & mensuratiuum seu per se & in alio, sicut ex quibus substantia & quantitas habent ꝙ diuersas entis rationes subintrent. Partes aũt substantiue sunt substantia & quantitas quae in entis ratione analogantur. Et quia *Differẽtia inter diuisionẽ analogi et vniuocam.*
haec est ꝓpria analogi diuisio idcirco distincte explicandum est, quõ differat haec diuisio ab vniuoca. Tripliciter siquidem differunt. primo ex parte diuisi, quia diuisione vniuoca vnum omnino sm rationem secatur, hic autem vnum proportionabiliter. secundo ex parte diuidentiũ, quia differentiae secantes genus extra genus sunt. Modi aũt secantes analogum in ipsius analogi ratione clauduntur, quemadmodũ ipsa analogata (vt in capitulo de abstractione declaratum est) propter quod. 5. metaphysi. *Cap. 5. T. cõ. 10.*
tex. com. 10. ens genus esse negatur. tertio ex parte ipsarum partium substantiarum quae per diuisionem fiunt, quia partes diuisionis vniuoce, licet ordinem habent sm se & originis, vt dualitas est prior trinitate, & perfectionis, vt albedo est perfectior nigredine, tamen sm diuisi rationem, puta numeri, aut coloris neutro altera prior, aut posterior est, sed omnes ęqualiter in diuisi ratione cõmunicant. Analogata vero quae analoga diuisione constituuntur non solum secundum se, sed etiã in ipsius analogi quod diuiditur rõne ordinem habent, et aliud prius aliud posterius est adeo vt in vno eorum tota ratio diuisi saluari dicitur, in alio aũt imperfecte & secundum quid. Quod non est sic intelligẽdum quasi analogum habeat vnam rationem quae tota saluetur in vno, & pars eius saluetur in alio, quoniam puerile est hoc. Sed cum totũ idem sit quod perfectum & analogo nomine multae importantur rationes quorũ vna simpliciter & perfecte cõstituit tale secundum illud nomen & aliae imperfectae & secundum quid, ideo dicitur ꝙ analogũ sic diuiditur ꝙ non tota ratio eius in omnibus analogatis saluatur, nec perfecte participant analogi rationem, sed secũdũ prius & posterius (cũ grano tamen salis accipiendum est analogum simpliciter saluari in vno, & sm quid in alio.) Sufficit enim hoc verificari vel absolute, vt patet in diuisione entis in subãm & accidens. Illa. n. absolute loquendo dicitur ens simplr, hoc aũt sm quid vel in respectu, vt patet in diuisione entis in deum & creaturam, vtrũq; enim licet ens simpliciter sit & dicitur absolute loquẽdo, creatura tamen in respectu ad deum ens secundum quid & quasi non ens est & dicitur. Circa resolutionẽ autẽ analogatorum sciendum est, ꝙ cum vlr primũ in cõpositione sit vltimum in resolutione, & per diuisionẽ in ea quae actu in aliquo sunt resolutio fiat eodẽ modo resoluenda sunt analogata in suum analogum quo caetera resoluuntur. s. praedicta quę vocatur diuisio in partes essentiae vel rõnis & a posterioribus sm ꝯñam ad priora ꝓcedẽdo, si longa esset resolõ facienda ad rõnẽ aũt analogicũ deuentum fuerit singulis analogatis in suas rõnes sm analogi nomen resolutis, cũ illa analogi rõ ex multis cõstituatur rõnibus ordinem inter se & ꝓportionabilẽ siliitudinẽ habentibus vel ordinate ad primũ resolutio fiat veniendo semper ad similius & propinquius primae, & id in quo dissimilitudo est relinquendo, vel si non sic ordinatas inter se cõtinens esse rõnes illas ad primã oẽs mõ praedicto reducende sunt. Ordinẽ n. ad primã nullũ subterfugere põt. Nec refert in ꝓposito an fiat resolutio ad rõnem primam significatione vel sm rem. Intelligenda enim sunt haec in suo ordine. s. significationis aut rerum.

Qualiter de analogo sit scientia. Cap. X.

Visum est aũt quibusdam de analogo scientiam esse non posse, nec quemadmodum de ęquiuocis scia, eo ꝙ plures rationes dicat, licet similes, immo sal-

laciam æquiuocationis cõmitti in syllis in quibus analogo pro medio sumpto certum analogatum subsumitur nisi forte gratia materiæ bonus esset processus. Astruunt ex eadem ratione, nec posse ex vnius analogati ratione secundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter esse, sed semper prædictum incidere vitiũ ratione prædicta confirmant. verbi gratia. Si ponamus sapientiam esse analogice communem deo & homini ex hoc ꝙ sapientia in homine inuenta secundũ formalẽ rationem præcise sumpta dicit perfectionẽ simpliciter non põt concludi. ergo deus est formaliter sapiens, sic arguendo, omnis perfectio simpliciter est in deo, sapiẽtia est perfectio simpliciter. ergo &c. Minor enim distinguenda est & si ly sapientia, pro ratione sapientiæ quæ est in homine stat argumentum est ex quatuor terminis, quia in cõclusione sapientia stat pro ratione sapiẽtiæ quam ponit in deo cum concluditur. ergo sapientia est in deo. Si autẽ pro ratione sapientiæ in deo stat in minori non concluditur ex perfectione sapientiæ creatæ deum esse sapientem cuius oppositum & Phi & Theologi omnes clamant.

Sco. 1. d. 3. q. 1. circa medium. c. 4. 6 infr. Decipiuntur aũt isti, Scotum (cuius est ratio hæc in q. 1. dist. 3. primi, sequentes, quia in analogo diuersitatem rationum inspicientes, id quod in eo vnitatis & identitatis latet non cõsiderant. Rationes enim analogi (vt superius etiam diximus) possunt dupliciter accipi. Vno modo secundum se inquantum adinuicem distinguunt et ea quę conueniunt eis, vt sic seu ex hoc. Alio modo inquantum eadem sunt proportionabiliter. Primo modo accepte vitium æquiuocationis inducerent, si quis eis vteretur, vt patet. Secundo aũt modo eis vtendo peccatum nullum incurritur, eo ꝙ quicquid conuenit vni conuenit & alteri proportionabiliter, ꝗa quicquid negatur de vna, & de altera negatur proportionabiliter, ꝗa quicquid cõuenit simili in eo ꝙ simile conuenit etiam illi cui est simile, ꝓportionate semper seruata. vnde si ex immaterialitate animę concluditur eam esse intellectualem ex immaterialitate proportionabiliter posita in deo optime concluderetur deum esse intellectualem proportionabiliter, vt quantũ materialitas illa excedit istam tantum intellectualitas illa excedit istam, propter quod. S. T. in. q. 2. de potentia dei art. 5. analogata omnia sub vna analogi distributione cadere dixit. Et merito, quia vnitas analogie non esset in coordinatione vnitatum numerãda, nisi vnum proportionabiliter, vnum esset affirmabile et negabile, & cõsequenter distribuibile & scibile, vt subiectũ & medium & passio. Vnde ad obiecta in oppositum dicitur (vt in scdo Elenchorum) dicitur, æquiuocatio latens in hmõi proportionabilibus peritissimos etiã latet. ideo oportet huiusmodi analogis nominibus vtendo ex parte vnitatis modum proportionalitatis subintelligi, aliter in vniuocationem lapsus fieret, nisi enim præ oculis haberetur proportionalitas. cum dicitur immateriale omne esse intellectuale tanq̃ vniuoce dictum acciperetur, & latens æquiuocatio non visa obreperet, proportionalitate autẽ seruata de analogis scientiam esse, & Diui Thomæ processus de bono & vero & alijs huiusmodi, & quotidianum conuincit exercitium. Testaturq̃ demonstratiue artis pater Arist. 2. Posteriorũ. cap. xi. incipiente (Vt habeamus autem proposita vel problemata) analogũ causam adæquatam per se alicuius passionis & in medium oportere quandoq̃ a demonstratore assumi, dum venationẽ propter quid docens inquid Amplius alius modus est scdm analogiam eligere vnum. Idem enim est accipere quod oportet vocare sepion, & os, & spinam. Sunt aũt quę sequuntur, & hæc tanq̃ natura vna hmõi existente.) Et in sequenti cap. ait (Secundũ autem analogiam eiusdem & medium se habet ſm analogiam.) in quibus verbis non solum docuit analogum, vt medium assumi, quandoq̃ in demonstrationibus, sed etiam ipsum non esse vnum in se expressit. & cũ hoc habere passionem adequatam, ac si vnius esset naturæ. Nec impedit analogia hæc processum formalem ad concludendum de deo ex creaturis prædicatum aliquod eis cõmune, quoniã accepta sapientia ratione, & segregatis ab ea per intellectũ eis quæ sunt imperfectionis, ex hoc q̃ id quod est sibi proprium formaliter sumptum perfectionẽ absq̃ imperfectione claudit. Concluditur. ergo sapientiæ ratio (nec omnino alia, nec omnino hæc, sed hæc proportionabiliter) est in deo, quia similitudo inter deum & creaturam non est vniuoca, sed analoga. Nec pari ratione potest concludi deum esse lapidem proportionabiliter, quia ratio lapidis formaliter sumpta quãtuncunq̃ expoliata imperfectionem aliquam claudit quæ prohibet tam ipsam per se, q̃ ipsam ꝓportionabiliter in deo reperiri, nisi metaphoricæ quẽadmodum dictum est. Petra aũt erat Christus, vnde cum sit hmõi processus omnis perfectio simpliciter est in deo. Sapientia est perfectio simpliciter. ergo &c. in minori sapientia non stat pro hac vel illa ratione sapientiæ, sed ꝓ sapientia vna proportionabiliter. i. pro vtraq̃ ratione sapientiæ non coniunctim, nec diuisim, sed inquantũ sunt indiuise proportionabiliter, & vna est altera proportionabiliter, & ambæ vnam proportionabiliter constituũt rationem. Significant enim analogo nomine inquantum eædem sunt, vnde nõ oportet analogum distinguere ad hoc ꝙ contradictionem fundet, & enunciationis subiectum, aut prædicatum fiat, sed ratione identitatis ꝓportionabilis in se clause & quam principaliter dicit ex se ad hoc sufficit. Contradictio enim dicitur consistere in affirmatione & negatione eiusdem vniuoci de eodem vniuoco. Identitas siquidem tam rerum q̃ rationũ, vt pluries replicatum est ad identitatem proportionalem se extendit. Ex hoc autem apparet Sco. in. 1. dis. 3. q. 1. vel male exposuisse conceptũ vniuocum, vel sibijpsi contradicere dum (volens vniuocationem entis fingere) ait, conceptum vniuocum voco qui ita est vnus & eius vnitas sufficit ad contradictionem affirmando & negando ipsum de eodem, & sic vniuocum vult esse ens. Si enim idẽtitas sufficiens ad contradictionem vniuocatio dicitur, cõstat ꝙ ponendo ens esse analogum, & secundũ proportionalitatem tantum vnum satisfiet vniuocationi, quod Scodce doctrine aduersatur tenenti ens habere conceptũ vnũ simpliciter & non indiuisum (vt de vniuocis diximus) Si autem non omnis talis identitas sufficit ad vniuocationem, non recte igitur vniuocatio conceptus declarata est esse eam quæ ad contradictionem sufficit quasi proportionabilis identitas ad hoc non sufficiat.

Sco. 1. di. 3 q. 1. i rñsione principali circa principiũ.

supra ca. 4 & 5.

De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum & usum. Cap. ultu.

2. Elen. 2. cante. QVia vero Aristo. in prædicta ex Elenchis auctoritate doctissimos viros circa horum nominum conceptus errare dicit ob latentem veritatis modum, idcirco necessarium fore duximus in fine huius tractatus, cautelas quasdam tradere quibus possit se quis ab errore multiplici in re hac præseruare. Cauendum est igitur in primis ne ex vniuocatione ipsius nominis analogi respectu quorundam credamus simpliciter ipsum esse vniuocum. Omnia enim fere analoga proprie prius fuerunt vniuoca, & deinde extensione analoga cõmunia ꝓportionaliter illis quibus sunt vniuoca, & alijs vel alij facta sunt. Sapientiæ enim nomen primo impositum est humane sapientiæ & vniuocum omnium hominum sapientum erat. Deinde ad diuine naturæ cognitionẽ ascendentes proportionabilemq̃ similitudinem inter nos & deum contemplantes, sapientiæ nomen extenderunt ad id in deo significandum, cui nostra sapientia proportionabilis est. Sicque vniuocum nobis analogum factum est nobis & deo, & similiter de alijs accidit. Falli autem facilitér contingit ex hoc, quia illa ratio prior vtpote notior & familiarior & prior quo ad nos semper profertur ab illustribus viris & ab eorum sequacibus. cum analogi significatio quæritur, & dicitur esse tota analogi ratio pro qua simpliciter prolatum stat & omnia analogata illam participare, vt patet cum Sapientiæ ratio redditur. Assignatur enim differentialis eius cõceptus pro ratione secũdũ quam cõmunis ponitur deo, & creaturis, & similiter est in aliis. Creditur enim ex hoc ꝙ illa sit ipsa analogi ratio & incaute vniuocatio acceptatur. Non enim ista ratio est ratio analogi, sed eius origo quo ad nos, quoniam non illa, sed illa proportionaliter

su. 1. c. 4. a cante.

Margin notes, left column: P. c. 22. — P. c. 24 — P. c. 26 — 2. Elen.

in altero analogato inuenif(vt ex dictis innotescit.) Cauendum secundo est:ne nominis vnitas,aut diuersitas rationum analogam vnitatem obnubilet. Hoc enim tanq̃ quoddam accidens in re hac suscipiẽdum est Nihil enim minus analogice idem sunt sepion os, & spina vnũ non habentia nomen q̃ si vnicum nomen haberent, & tamẽ si cõmuni nomine ossa vocarẽtur, ita q̈ defectu vocabulorũ vel rerum proportionabili similitudine ossis nomẽ ad caetera extensum esset,crederemus eiusdem esse naturæ & rationis,ossa sepion & spinas,præsertim qa(vt dictum fuit)ad ea quæ sunt proportionaliter eadem consequuntur passiones tanq̃ si eorum esset vna natura. (fp. te. 10. 3. conse.) Cauendum est tertio ne vocalis vnitas rationis analogi nominis mentẽ inuoluat ex eo nanq;. Verbi gratia. q̈ principium dicitur esse id ex quo res fit,aut est,aut cognoscitur,& hæc ratio in omnibus quæ principia dicuntur saluatur. principij nomen vniuocum creditur. Erratur autem.quia ratio ipsa non est vna simpliciter, sed proportione & voce. Vocabula enim ex quibus integratur analogia sunt,vt patet,neq; enim fieri,neq; esse, neq; cognosci,neq;(ly ex)vnius omnino est rationis,sed proportionabilis.& propterea ratio illa in omnibus vtpote ꝓportionabilis saluatur,sicut et principij nomen proportionaliter cõmune dicitur. (4 caute.) Cauendum demum est,ne diuersa doctorum dicta de analogis nos perturbent. Cõsiderandum quippe est q̈ quia analogum medium inter vniuocum & æquiuocum est,& medium extremorum naturã sapiens ad alterum comparatum alterum induit,adeo vt quando medio ſm id quod de vno extremo habet vtimur,illius extremi cõditiones ei attribuamus(vt.5.Physicorum tex com.6.&.51.patet. (T.c.6. & T.c.52.) Ideo plerũq; doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quam ex vniuocis participat vniuocorum non solum cõditiones, puta abstractionem indistinctionem, sed etiam nomen et attribuũt. Vtentes vero analogo ex parte diuersitatis quã ex ęquiuocis trahit,conditiones quoq; supradictis oppositas & nomen illi imponunt ęquiuoci.& vt de multis pauca dicantur Aristo.2.metaphy.tex cõmen.4 ens & verũ vniuoca vocat,quia ex parte identitatis illis vtitur, vt processus suus aperte ostendit (T.c.4.) S.Tho. quoq; pluries dicit in ratione alicuius analogi,puta paternitatis cõmunis diuine & humane paternitati omnia contenta esse indiuisa & indistincta,& q̈ paternitas.verbi causa abstrahit a paternitate humana & diuina, quia vtitur analogo ex parte identitatis.Nec tamen fallæ sunt, aut abusiue prædictæ vtriusq; locutiones & similes sed ample potius & large, quemadmodum pallidũ nigro contrarium est & dicif. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis et rationis in qua vt ex dictis patet) non solum analogata, sed etiam singule analoge rationes vniuntur & quodãmodo confunduntur, vtpote abstrahente aliqualiter ab earum diuersitate.Rursus pater Aristo.(primo Physi) ex parte diuersitatis ente vtens contra Parmenidem & Melissum multiplex seu æquiuocum, vt ipsemet illum textum sic exponendum specialiter in.2.Flenchorum tradit (T.c 13. 2 Elen. cõtra seo 1 di.3 q.3 in solutiõe ar gumentorũ in fi.) vnde Porphyrius Aristo.dicere ens esse æquiuocũ accepisse videtur,vtẽs ente ex parte diuersitatis. Quod tamẽ Scot.in primo distin.3.q.3.in logica Aristo. non inueniri ideo dixit,quia prædictos textus non coniugauit,propter quod ibidem quoque contra textum glosauit principium Aristote.contra Parmenidem primo Physicorũ tex.cõmentl.13.vt in Elenchis (vt dictum est)clare patet (1.p.q.3. art.5.) S.Tho.etiam ens prius nõ esse primo analogato, nihilq; deo prius secundũ intellectum dixit pluries, vtens analogo ex parte diuersitatis rationum eius, quælibet siquidẽ eius ratio secundum se,quia proprium analogatum in se claudit,& in sui abstractione illud secum trahens cum illo conuertitur, vt supra diximus, ideo prior secundum consequentiam, aut abstractior suo analogato negatur ac per hoc primo analogato & deo nihil est prius, quia (Cap.5.) eius ratio ſm analogi nomen quæ ipso prior secundum se non est,sed conuertitur cęteris prior est rationibus.Cũ his tamen stat q̈ ratio illa in deo vt eadem est proportionatur alteri rationi secundum idem nomen superior, & secundum consequentiam prior logicæ loquendo sit, vt ex dictis patet. Vnde siquis falli non vult solerter sermonis causam coniectes & extremorum conditiones medio applicaturum se recolat Sic enim facile erit omnia sane exponere & veritatem assequi quæ a prima est veritate,cuius cognitio ex hoc exaltetur opusculo. Laus Deo.

Quæstio eiusdem difficillima & absoluta de totius Naturalis philosophiæ subiecto, iusta Sancti Thomæ,& uere Peripateticorum, dicta determinata.

QVÆRITVR An ens mobile sit subiectum in philosophia naturali.& videtur q̈ non. primo quia aut ens mobile signat substantiam mobilem,aut accidens mobile,aut tertiũ cõmune vtriq;.Si primũ, cũ substantia mobilis & corpus mobile sint idem cõuertibiliter, sequitur q̈ poneretur ſm rem corpus mobile subiectum pħiæ, quod est contra tenentes ens mobile. Si secundũ hoc est manifeste contra omnes & veritatẽ. Si tertium tũc sequeretur q̈ ens diceret tertiũ cõceptũ abstrahibilẽ a substantia & accidente,qđ est cõtra Thomistas. Scđo sic.subiectum scientiæ debet esse vnius rõnis formalis, alioquin non haberet quodquidese,& cõsequenter nec esset principiũ scientiæ, quia vt dr̃ in.1.de aĩa.tex.com.11 principiũ oĩs demr̃ationis est quodquidest,nec haberet aliquã. (2.argu. T.c.11.) per se primo pasionẽ quia ei quod non est in se natura vna,quicquid per se vnum cõuenit,cõuenit ratione partium,& cõsequenter nulla pasio cõuenit ei primo. ens autem mobile dicit aggregatũ ex duabus rationibus formalibus.ergo non est subiectũ. Si dicatur q̈ illa duo ponuntur ad circum loquendũ vnam rõnem formalẽ.quẽadmodũ moris est ponere pasiones loco dr̃iarũ. Contra.Ratio subti in scĩa debet esse primo & maxime nota in scientia,eo q̈ tota scientifica cognitio ex illa pẽdet,sed si circũ locutione eget non esset hmõi.Implicatio siquidẽ est in adiecto dicere q̈ est ratio formalis in scientia) & q̈ circũloquimur illam pasionis nomine, vtpote occultã. ergo &c. (Tertium) Tertio si ens mobile esset subiectũ pħiæ naturalis:aut pħia naturalis esset ps metaphysice,aut esset subalternata illi vtrũq; est falsum ꝑ. Tenet ꝯña, qa aut mobile addit supra ens conditionẽ per se diuidentem ens, aut accidentalẽ enti.Si primo modo,sequitur q̈ ens mobile a metaphysico cõsiderandũ est,qa.1 poste ca.23.dicitur (T. cõ. 43.) q. eiusdem sciæ est cõsiderare subiectũ aliquod & partes subiectas per se,& cõsequẽter esset pħia naturalis cui ascribitur ens mobile pars metaphysice.Si scđo modo, sequitur q̈ pħia naturalis metaphysice subalternet eo q̈ vt dicit.1.poste.ca.8.Descendere de genere in genus ſm quid .i.ſm conditionẽ accñtalem(vt cõiter exponitur)est solius sciæ subalternate cõditio ab Arist.tradita. (Quartum) Quarto sic.subiectũ in scientia debet esse illud ad cuius rõnẽ formalẽ oẽs resoluunt pasiones et cõclones illius scie,vt de se patet,sed pasiões & ꝯñter cõclones pħice resoluunt vltimo in pħia naturali,ad qđquidest subæ seu corpis naturalis,eo q̈ oĩa accñа pħica cãnt ex suba nãli ergo suba naturalis seu corpus nãle ponendũ est subm. In hac dubitatione primo distinguam opiniones. secundo declarabitur opinio.S.T.tertio simul ipsa confirmabitur, & contra alias opponet. quarto respondebitur argumẽtis ad oppositum. Quo ad primum sciendũ est de subto adequato pħiæ naturalis,,de quo hic est sermo quosdã loqui in hac re naturaliter quosdã vero inaturaliter, propter quod hi a nr̃a resecandi sunt disputatione, quã inter pħos agimus (Opĩa Scoti starũ. Q̃ hæc opinio non sit naturalis.) Supponunt enim intelligentias mobiles esse & pħiam naturalem infra sensibilia non artantes,cõmune aliquid sensibilibus & separatis a materia quatinus mobilia sunt,subiectũ philosophiæ dicunt.operiuntq; errorem suũ theologicæ pietatis nomine, Cõtra hos.n.nõ

oportet

oportet naturalem disputare, apud quem indubitatum
principium est subas abstractas immobiles esse & termi
num considerationis philosophicæ esse aĩam humanam
T. cõ 26. parum abstractam & parum non. vt dr̃. 2. physi. tex. 26.
Et vltimum qđ potest de intelligentiis nãlis attingere. est
Com. 83. declarare, quia sunt vt Auer. dicit primo physi. com. vlt.
Quanta aũt sit quorũdam horum temeritas, silentio in-
uoluendum non est, cum præsumat propriam opinionẽ
theologicæ sñiam asserere, sicq; theologicæ facultatis ex
pertibus, in philosophiam tñ nutritis, deridendi theolo
giam occasionem præbent. Nõ est ex sacra scriptura, ne-
Quod hæc opinio non sit theologica. que ex theologis sanctis, ab ecclĩa approbatis traditum,
ꝙ Angeli sic moueantur vt motus continui subm sint,
sed potius oppositum vt in theologia discussum a sanctis
est. Vñ si peripateticos arguendos censent, glorientur ex
Scotica officina hos errores deprehẽdere, non ex theolo
gia. His ergo omissis ad naturales transeamus, quorum
opinio non est vna, dum alij mobile, alij ens, alij vtrũq;
Auer. ista aliqui Alberti sequaces & Aegidij. ex subiecto physicæ resecandum putant. Et illi quidem
qui neutrius nomen recipiũt. secunda & quarta rõne ad
opposita facta mouentur, & sensibilẽ seu naturalem sub-
stantiam subm fore censentur. Qui vero ens tantum abij-
ciunt, corpus mobile subiectum pħiæ ponunt. Et hi ad-
huc diuisi sunt dum quidã ly mobile passionem signifi-
care concedunt, quidam aũt rõnem formalem corporis
philosophici supponere contendunt. Mobile aũt tantum
abiicictes sunt qui ens nãle subm dicunt. Sunt ergo quin-
Quod quinque opiniones naturales sint de subiecto naturalis scientiæ. que opiniones naturalr loquentium. s. Thomistarum te-
nentium ens mobile. & Alber. dicẽtium corpus mobile,
& modernorũ multorum dicentium subam naturalem
seu sensibilem, & quorũdam etiam modernorum asseren
tium corpus pħicum seu naturale. Et eorum qui ens na
Secundum prima dist. T. com. 8. q. 10 turale subiectum credunt. hæc de primo. Quo ad se-
cundum cum ens mobile cõplexionem quandam noĩm
contineat singula distinguenda sunt. & primo quidẽ cir-
Quod mobile sicut et motio dupliciter dicatur. ca ly mobile triplici opus est distinctione. Prima est qđ
cum mobile motum respiciat, sicut motus sumitur duplr
. s. proprie vt distinguitur contra mutationem in. 5. phys.
& ad tria tantum genera esse dr̃. Et cõiter vt continet in se
2. distinct. Quod mobile sumatur hic cõmuniter. & motum proprie dictũ. & mutationem. s. generationẽ,
& corruptionem. Ita mobile duplr sumi potest. In qõne
tñ ista sumitur cõiter prout idem est qđ mutabile philo-
sophica mutatione. Scđa ꝙ aliquid potest dici mobile
Quod mobile dicatur subiectiue & terminatiue dupliciter. s. subiectiue, ꝙ. s. est subm motus & terminati-
ue, ꝙ. s. est terminus alicuius mutationis. Et q̃uis prima fa
cie mobile sonet subm motus. si tñ astandum est in pro-
Quod mobile potius intelligatur terminatiue quã subiectiue posito magis tenendum est terminatiue q̃ subiectiue, vt
ex dicendis apparet. Iudicio tñ meo indistinctæ tenendũ
est non ea ratione, vt sit cõe ad oĩa quæcũq; mobilia con
tineatq; vt partes materiam & formam &c. quia hoc est
3. distinct. Quod mobile sit æquiuocum. contra S. T primo physi. supra. t. c. 6. vbi in diuisione lr̃æ
expresse dicit ꝙ in primo lib. physic. agit de principiis in-
trinsecis entis mobilis. s. de mã & forma. Ex hoc aperte in
sinuans ens mobile qđ est subiectum pħiæ, non esse to-
tum vle respectu materiæ & formæ, sed totum integrale
seu essentiale. Sed ea potius rõne, vt. s. illa notissima sui ac-
ceptione supponatur, quã ex sensu supponere oporteat.
perhibent aũt nobis sensus mobilia esse, an autem subie-
ctiue, an terminatiue mutentur ea quæ moueri videmus
ratione magis discernitur q̃ ex sensu habeatur &c. Ter-
tia est ꝙ mobile æquiuocum nomen est, ad aptitudinem
ad motum, & ad fundamentum illius aptitudinis. sicut si
risibile significat aptitudinem ad ridendum, & rõnalita-
tem quæ est eius fundamentum. Quid aũt mobile in pro
posito significet difficile est hac sola quæstione elucidare,
q̃uis enim impossibile sit subiectum & passionem simul
accipi pro subiecto in aliqua scientia. sic ꝙ totum aggre-
gatum subm sit, quia oportet subiecti esse vnam rationẽ
formalem & ex quod quid est subiecti & quid est passio
nis, vna ratio formalis constitui nequit, nihil tamen pro-
hibet aggregatum ex subiecto & passione subm sic con
stitui, vt passionis qđ quid est sit rõ formalis subiecti in
Quod mobile passionem hic significat. illa scientia, & hoc modo intelligi potest mobilem passio
nem significare in ꝓposito, ita ꝙ mobilitas quæ est pas-
sio sit ratio formalis enti vel corpori ꝙ sit subiectũ pħiæ
naturalis. vnde solet fieri reduplicatio supra (ly mobile)
dicendo ens aut corpus mobile inquantum mobile est
subiectum physice. Suadetur aũt in proposito sumi mo
bile ex subiecto mathematice. Sicut. n. pħica est de enti-
bus in eo quod mobilia, ita mathematica est de enti-
bus in eo ꝙ quanta. Constat aũt mathematice sic esse su-
biectum ens quantũ, vt quantitas ipsa, quæ subæ mate-
rialis passio, seu propriũ accidens est, ratio formalis subti
mathematice sit. Erit ergo pħice subm ens aptum moue
ri, sic ꝙ aptitudo ad motũ ratio formalis subiecti sit. Cõ-
firmaturq; hoc magni Alberti auctoritate, q ĩ principio
phy. distinguens corpus in metaphysicũ mathematicum
& physicũ mobilitatem quã rõnem formalem subti di-
cit posteriorẽ corpe quanto naturaliter dicit. Nec obstat
ꝙ eiusdem sciæ est cõsiderare de passione & subto eius,
qm̃ hoc intelligit qñ tractatur de passione vt passio est.
non aũt quando passio primũ subti locum tenet, vt pa-
tet de quantitate in mathematica quæ de subalibus prin-
cipiis subti eius a quo fluit nõ se impedit. Silr nõ obstat
ꝙ perfecta cognitio de re nõ habet vsq; ad quodquidest
subti. hoc. n. non est sic accipiendum, vt oĩs cognitio ci-
tra illam sit imperfecta, ita ꝙ nõ sit euidens & scientifica,
sed vt absq; quodquidest subiecti consummata omni-
modaque notitia de re haberi non possit, quod physicæ
accidere non inconuenit, quoniam hoc metaphysicæ
conuenire certum est. Mathematicus. enim ignorat an
quantum sit substantia vel accidens, & quantitatis subie
ctum &c. & tamen certissimus est omnium vt in. 2. me-
taphysice. tex. & com vltimo dicitur. Sed contra hanc *Com 16. Obiectio.*
viam est ꝙ sm eam ad pħm naturalẽ non pertineret cõsi
derare aliqđ prædicatũ quidditatiuũ cuiuscunq; subæ,
nisi forte aliqua suba sit, de qua prædicaret aptitudo ad
motũ, & cõsequenter pħia naturalis non esset de suba,
sed esset de accidente quẽadmodum mathematica. Si. n.
mobilitas est. i aptitudo ad motum, quæ passio ponitur
entium naturalium, ratio formalis subiecti physice acce-
ptat, non licebit physico de rõne adequati subiecti eius
disserere, quia illa prior est, ac si hoc descendendo a mo-
bilitate in cõi ad talẽ vel talẽ mobilitatẽ in spãlibus parti
bus pħiæ naturalis, non licebit ad quodquidest talis vel
talis subti descendere. Sed quẽadmodum adequati subie
cti mobilitatis quodquidest omissum fuerat pari ratione
speciali quod quid erat esse subiectorum talium mobili
tatum omittenda sunt qm̃ nulla pars alicuius scientię tra
ctat de aliquo priori propria ratione formali. Nec video
qũo possit huic rationi satisfieri, nisi tenẽdo ꝙ metaphy
sice est considerare quodquidest in particulari. Quod ga
non credo verum, idcirco melius puto tenere ꝙ mobile
in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motũ
si passio est, sed eius fundamentum cũ ista aptitudo, quã
mobilitatis nomen sonat quibusdam entibus repugnet
scilicet separatis a materia, & quibusdam non, scilicet ma
terialibus, & de entibus materialibus puta homine & bo
ue, non reputetur prædicari substantialiter, consequens
est ꝙ aliquid præcedat in eis ex quo ipsam aptitudinem
hanc sortiantur, & hoc fundamentum mobilitas est No
tanter autem dixi non reputatur, quia communi voci
satisfacere volens distinctionem hanc mobilitatis per-
tractaui in. 10. siquidem metaphysice text. vltimo sub *T. cõ. 26.*
dubio relinquitur an corruptibile sit substantia in sub-
stantia, idest sit de substantia rei, aut eam sequatur, vt
exponit Auerrois. Corruptibilitas autem quædam mo-
bilitatis species est vel mobilitas ipsa, secundum illud
octauo physicorum text. commen. 25. in omni motu
corruptio est Sancti Tho. & ibidem inter substantialia
prædicata corruptibile ponere videtur. Aristote. quo-
que in primo physicorum text. 8. idem sentire videtur
dum dicit. ꝙ ad naturalem non spectat probare mo-
bilitatem. hoc non esset verum si mobilitas esset passio
præuenta a formali ratione subiecti philosophiæ nãlis.
Posset enim per illam rationem a naturali philosopho
probari nisi forte quis dicat dictum Aristo. non esse ve-
rum per se, sed per accidens, quia scilicet est passio notissi
ma, sed hoc non est tutum, tum quia non est sermo
per accidens consuetus Aristo. pro tex. 8 primi. imo. 15.

Sed huic videtur obstare expositio S. D. supra tex. illo. & 8.hui⁹ tex.com.primi. & 22. vnde dici potest ad hoc, ꝙ quia est idẽ syllogismus quo demonstratur aliqua conclusio, & contradicitur neganti. ideo sicut per se notũ non potest probari, ita neq; defendi. vñ quia quo ad nos nihil in scia naturali est notius q̃ motus sit ut videtur, sicut nequit probari, ita neq; defendi, imo pħs in. 8. tex. cõ. 22. & D. S. t. c. 11. primo huius volunt ꝙ motus supponatur in scia naturali, non solum quia est notum ſm sensum. licet etiam quia ponitur in diffinitione nãę & rõ inuenitur quia suppositio est sciæ naturalis naturæ diffinitio sicut cuiuslibet sciæ diffinitio subiecti. & quia remota diffinitione tollitur diffinitum, iõ remoto motu remouetur nã. tum quia saltem defendere mobilitatẽ pertineret ad pħm naturalem, & non ad metaphysicum, sicut & q̃libet passionem proprij subiecti quilibet artifex defendere debet. nec obstat ꝙ sit passio p se nota de adæquato subto, qm̃ p se notum, & non p se notũ faciunt quidem drĩam quo ad probari vel nõ ,pbari posse aliqd. vt patet. 2. phy. t c. 6. nõ tñ faciunt drĩam quo ad defendere vel nõ defendere, qm̃ si occulta tuenda sunt, manifesta magis sunt tuenda. modo non sint principia, sed ex principijs qualis est mobilitas si passio ponitur. Quicquid aũt de hoc sit. Mobilitas quæ est rõ formalis subiecti physicæ non passio. sed qđ quid erat esse est entium nãlium & præuenit naturalitatem & mobilitatem passionem eorum si concedatur. Illam quidem quia relatiua proprietas est, istã vero quia passio dr̃.

Quo accipiatur ens. Quod ens dupliciter sumatur.

Circa vero (iy ens) hoc tñ distinguere oportet, ꝙ dupl'r entis noĩe vti consueuimus. Primo pro omni eo qđ esse habet quocũq; mõ. & sic hic non capitur. scdo pro eo qđ proprie esse dr̃. hoc aũt in his quæ fiunt est id qđ proprie fit eius siquidẽ est proprie esse cuius est fieri.

Quid exigatur ad hoc ꝙ aliquid sit pars subiectiua entis mobilis.

Id aũt qđ proprie fit. vt in. 7. meta. tex. 27. & 28. patet, est compositum siue subale, vt homo, siue accñtale, vt homo musicus, & sic sumitur in proposito, vñ colligendo dicta ad hoc ꝙ aliqd sit pars subiectiua entis mobilis qđ subiectum physicæ dicimus, exigitur etiã ꝙ sit proprie ens, & ꝙ sit mutabile physica mutatione, & ,ppterea nec materia prima nec forma subalis, aut accñtalis ens mobile est, sed entis mobilis principia hęc oĩa sunt.

Quod ens mobile sit cõius corpore mobili & substantia naturali. Quod ens mobile sit abstractius quã corpus mobile & q̃ naturalis

Est ergo ens mobile cõius q̃ sit corpus mobile, & q̃ substantia naturalis seu sensibilis, quia continet sub se oĩa naturalia composita, quæ soła mutabilia siue sint substãtialia, siue accidentalia, siue ſm formam abstractam, siue secundum vbi. Est & ens mobile abstractius quid quocũq; prædictorum, quanto ens aliquem gradũ comitans prius est illo, dato etiam ꝙ ad composita accñtalia non se extenderet. Nec obstat contractio p iy mobile, qm̃ sicut suba rõnalis abstractius quid est q̃ animal rõnale, sic ens mobile abstractius & prius quid est q̃ suba mobilis, q̃uis n. ex parte iy mobile equa sit abstractio, ex parte tñ iy ens, & iy suba, abstractius est ens mobile. Vnde quẽadmodum concedens subam rõnalem, adhuc disputandi locum haberet an illa rationalis suba esset corpus, aut animal &c. & continue ab abstractiori ad minus abstractum qũo descendere, dum a suba rationali ad corpus rõnale, & a corpore ad corpus aĩarum &c. veniretur sic sub ente mobili, quęstio remanet an illud sit suba, aut corpus &c. Cum igitur in re mutabili considerari possit, & ꝙ sit corpus mutabile, & ꝙ sit suba mutabilis, & ꝙ sit ens mutabile.

Quod ens mobile sit per se vnũ.

Diui Th. sententia est, naturalia subiecti pħiæ naturalis induere primo non quatenus sunt corpora mutabilia, aut subæ mutabiles, sed quatenus sunt entia mutabilia, ita q. ens mobile licet complexionem noĩm contineat, incomplexum tñ & per se vnum qđ quid est significat, sicut ens per se. Quemadmodum. n. diuiso ente in per se, & in alio si simplicibus vocabulis careremus, subam ens per se nominaremus, & accñs ens in alio & tñ vnam formalem rõnem significaremus, non aggregatũ ex pluribus. ita diuiso ente in transmutabile, & in intransmutabile carẽtes simplici vocabulo, ens transmutabile seu mobile vocamus alterũ membrum qđ vnius est quidditatis, & illud subm philosophiæ nãlis adęquatum esse dicimus. Hęc de secundo.

Tertium principale.

Quo ad tertium principale cum ens mobile duo noĩa complectatur, & vnum sigñat, primo ostendendum est ꝙ eius signatum est adęquatum pħiæ subiectum. deinde ꝙ his noĩbus conuenientissimæ significatur. primũ probatur tripl'r.

Prima r[…] Quod [ens] mobile conueni[en]tissime s[ub]iectum n[a]turalis p[hi]losophia[e].

Primo sic. Adæquatum subiectum primarum passionum naturalium, est adæquatum subm pħiæ naturalis, sed ens mobile & non suba, aut corpus naturale seu mobile est adæquatum subm primarum passionũ naturalium, ergo maior est per se nota. Minor vero probatur accipiendo transmutabilitatẽ, seu ꝙ idem est mobilitatem pro prima passione physica, vel taltẽ vna de primis, aut eis æquiualente, vt ab oĩbus supponit. Tunc sic. Adæquatum subm transmutabilitatis habet materiã formam & priuationem pro adæquatis principijs. Sed tantum ens mobile habet hæc ,p adæquatis principijs. ergo nihil aliud ab ente mobili est subm adæquatum transmutabilitatis, & ɔñr primarum passionum naturalium, qđ erat probandũ. Maior huius prosyllogismi est ex eo euidens, ꝙ oportet ista tria in omni materia esse adæquata sibiinuicem. s. passionem & subm. & propria passionis principia, vt patet de risibilitate & hoĩe & animali rationali &c. Constat aũt ex primo physi. p longũ processum transmutabilitatis principia propria esse mãm formam & priuationem, oportet igitur eius ad qđ tanq̃ adæqua tum subm primo sequitur transmutabilitas, esse adæquata principia materiam, formã & priuationem. Minor patet ex his quæ in. 12. meta. a tex. 19. vsq; ad tex. 29. dicunt.

A t. c. 19 vsque a[d] T. cõ 29.

s. ꝙ materia forma & priuatio ad genus subæ non artantur, sed materia forma & priuatio genere subæ sunt principia propria subæ mutabilis, & materia forma & priuatio in genere q̃titatis sunt propria principia q̃ti mutabilis, & mã forma & priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis.

Obiectio

Si dicatur ꝙ quẽadmodum principia propria subæ, continent propria principia cæterorum generum quia sunt cãę eorum vt ibidem docet Arist. sic suba mobilis continet omne q̃tum & quale mobile. & transmutabilitas subalis omnem aliam, & propterea licet mã forma & priuatio excedant subam mobilem formal'r non tñ virtualiter. hoc. n. licet sit subtiliter dictum, vim tñ rõnis non excludit propter duo.

Contra q[…]

Primo. quia falsum est ꝙ principia propria subæ mutabilis sint principia principiorum cæterorũ generum mutabilium. Quãuis. n. sit verum & expressum in scdo meta. cap. supradicto. ꝙ per se principia essendi in genere subæ sunt principia principiorũ essendi in cęteris generibus. i. ꝙ mã & forma subę sunt causę mãę & formę in q̃titate & qualitate &c. Veritati tñ aduersatur ꝙ per se principia transmutabilitatis subalis sunt principia principiorũ transmutabilitatis aliorum generũ. Priuatio in genere subæ quæ est per se principium non subæ, sed transmutationis substantialis non est sil'r & ɔñr nec per se principium priuationis, quę est principium transmutationis accñtalis, vt in corpore cœlesti patet. vbi ens mobile ſm locũ habet oĩa propria principia. s. mãm formam & priuationem. Cœlum autem subal'r non habet nisi duo principia quæ sunt essendi per se principia, siue ibi sit mã quę est pura potentia siue simplex corporeitas pro mã, & intelligentia pro forma. Nullo. n. modo est ens mobile subal'r. Secundo quia dato qđ esset talis inclusio virtualis adæquatum tñ subiectum transmutabilitatis, & sil'r adæquatum principium ex mã & forma & priuatione esset non suba mobilis sed ens mobile, qm̃ qñ aliqua proprietas vl'is ſm prædicationem habet subiectum adæquatum ſm p̃dicationem in quo reperitur cã ſm q̃ inest quibuscũq; proprietas illa, illud tale est eius subm ſm ꝙ ipsum. nec est requirendum pro primo subto illius illud ad qđ per viam resolutionis proprietas illa et eius principia reducunt. Alioquin periret doctrina tradita in lib. poster. c. de vl'i. Docemur. n. ibi sistere qñ adæquatum subm ſm prædicationem inuenimus, & cãm in eo per q̃ sibi cæterisq; illa passio inest. Nulla etiam posset poni proprietas cõis alicui analogo ad substantias & accñtia, cum accidentia & eorum proprietates & principia in substantiis virtual'r clauduntur. nisi ergo velimus abuti vocabulis & rõnibus eorum, ꝙ illius est subm adæquatum transmutabilitatis, in seipso adæquate claudit propria principia transmutabilitatis. Sed nec suba mobilis nec corpus mobile claudit

in se

in se illa, qm̃ propria principia transmutabilitatis, vniuersalis seu in cõi sunt materia forma & priuatio in cõi, quæ genus substantię transcendunt. enti aũt mobili adæquantur. Quicquid.n.ex materia forma & priuatione constat ens mutabile est, & econuerso eo ꝙ priuatio machinatur ad malum. Ens igitur mobile est propriũ & primo mobilitatis subm.

Secũda rõ. Quod corpus mobile non sit subiectum.

Scdo probatur propositum, & directe arguitur cõtra ponentes corpus sibi sic. Coniunctio oĩs mobilis cum rõne corporeitatis, non supponitur in nãli philosophia. Sed in sexto physi.probatur.ergo non corpus mobile sed ens mobile est subm philosophię naturalis. Aña patet in tex.32.6.physic. vbi probatur ꝙ omne mobile est corpus. ꝯña vero patet. Tum ex eo ꝙ si corpus mobile ponitur adæquatum subm oportet supponi mobilitatẽ esse coniunctã corpori aut vt rõnem formalẽ, aut vt passionem. Tũ ex eo ꝙ oportet supponi corpus coextendi ipsi mobili. alioquin non supponeretur subm adæquatum sciæ, vtrũq; autem horum impossibile est supponi ignorata vli coniunctione ipsius mobilis cũ corpore, vt de se patet. ergo. & hæc est rõ S. Tho. in primo physic nunq̃.n.dixit ipse ꝙ phs naturalis probet corpus mobile esse vt cõiter sibi imponitur, quia non intelligit. Corpus.n.mobile esse q̃ dubitat non eget medio sed sensu quo vel seipsum moueri percipiat. Sed dixit ꝙ probat omne mobile esse corpus. Et vt plenus vis rõnis huius percipiatur.

Primo notandum. Oportet ꝙ subiectum adæquatũ sit subiectũ primarum passionum.

Aduertendum est primo ꝙ subm adęquatum scientiæ resoluentis suas concl'ones in principia per se nota, qualis est phia naturalis. oportet & ꝙ sit subiectũ primarum passionum, ac ꝑ hoc sit principium essendi. & cõsequenter cognoscendi ſm materiam cęterorum. & ꝙ sit principium cognitionis in nobis, siue ad latẽtes proprietates & occulta principia a posteriori siue a priori procedatur, qm̃ subiecti cognitio omnibus præsupponitur. Et vt dicit Auer nec a priori nec a posteriori probari põt in scientia, & innatum est nobis ꝙ oportet semper a notioribus nobis procedere vt in primo physi.com.4. dicitur. Sicut ergo prima rõ superius facta procedit ex ordine naturæ. sic ista procedit ex nr̃o ordine cognoscendi & propterea S. Th. dixit ꝙ ad audientes probatur omne mobile esse corpus, insinuans ꝑ hoc cognitionis magis q̃ rei ordinem.

Nota scdo Aliud est omnem mobilitatem.

Aduertendum est secundo ꝙ q̃uis aliud sit oẽm mobilitatem esse coniunctam corpori, & aliud cognosci omnem mobilitatem esse coniũctam corpori, ad hoc tñ ꝙ corpus mobile ponatur subm adæquatum nihil refert q̃ horum deficiat. Qm̃ sicut deficiente coniunctione illa ſm rem corpus mobile prohiberetur ex parte rei esse subiectum, ita deficiente coniunctione illa in esse cognito ex parte cognitionis quæ probari debet impeditur. Nõ sufficit autem præsupponi aliqd' mobile esse corpus. ꝙ ad sensum patet. sed oportet supponere oẽ mobile esse corpus. tum quia ad hoc ꝙ complexum aliqd' vel complexæ sigñatum induat rõnem subiecti adæquati in scientia, oportet id qd' est vt formale, & sit, & supponatur per se coniunctum alteri, vt passio vel rõ formalis. Alioquin frustra de materiali parte cõplexi illius quæstio fieret, cũ ea per sceñs variabilia etiã extra quæstiones scibiles sint, hoc aũt sicut impossibile est esse, nisi omne tale illi insit, ita impossibile est supponi nisi omne tale illi in esse supponatur, qm̃ omnia hæc sicut in naturæ ordine præexigũt de omni, ita & in cognitionis ordine. vñ si naturalis sciæ subiectum est corpus mobile, oportet in hac scientia quę de mobili in eo ꝙ mobile tractat supponere mobile qd' vt formale se habet, coniũctum esse corpori per se vel vt passionem vel vt rõnalem formalem. Neutrum autem horum fieri potest nisi supponatur omne mobile corpori connexum esse. Imaginari.n.non põt vt propria passio, aut ratio formalis credatur esse alicuius id qd' cõmunius illo dubitatur. Tum quia ad hoc vt aliqd' complexũ vel complexæ signatum habeat rõnem adęquati subiecti alicuius sciæ, non minus oportet id qd' vt formale ponitur adæquari sciæ, q̃ id qd' vt materiale sumitur coextendi illi formali. Alioquin si materiale rõnem formalem contraheret, scientia quæ adæquate rõnem formalem respicit subiectum suum excederet. Nihil aũt refert extensionem talem non esse aut non supponi. Si igit̃ corpus mobilem eo ꝙ mobile adæquatum subm ponitur phiæ naturalis oportet phiam quæ de mobili in ea ꝙ mobile est supponere corpus euacuare mobile. Alioquin adæquatum sibi subiectum q̃uis haberet, non tñ supponeret & consequenter subiecti rõnem non haberet. hoc autem impossibile est supponi, q̃diu nescitur an omne mobile sit corpus, vt de se patet.

Formatio rationis S. Tho.

Potes aũt rõnem hanc iuxta S. T. sic colligendo formare. Nulla scia habens subiectum cõplexum. aut cõplexæ signatum probat eam coniunctionem partium subiecti sine qua cõplexum illud subiecti rõnem induere non põt. Alioquin scia constitueret sibiipsi subm, ꝙ de nulla scia speciali dicere licet. hęc.n. maior æquiualet maiori S. T. breuius assumentis nulla scia probat. i. cõstituit vel componit sibiipsi subm. Loquendo.n. de subiecto complexo æquiualet dicere. Nulla scia componit aliqd' vt sit suum subm, & dicere nulla scientia probat suum subm. apud formaliter terminos speculantes. Sed phia naturalis, si corpus mobile ponitur subm constitueret subm suum, ergo patet minor ex dictis quia ꝓbat vlem coniunctionem motoris cũ corpore, sine qua corpus mobile subiecti rõnem habere non põt.

Alia forma.

Omissa autem verborũ solicitudine directe syllogizandũ est sic. Nullum coniunctum cuius de omni cõiunctio probatur in aliqua scia, est subiectum adæquatum illius. Corpus mobile est coniunctum cuius de omni cõiunctio probatur in phia naturali. ergo corpus mobile non est subm in philosophia naturali. Maior iã patet ex eo ꝙ omne coniunctum ꝙ ponitur subm adæquatum, supponitur etiã per se coniunctum, saltem ex parte formalis, & coextensum rõni formali adæquanti sciam. Sed cuius coniũctio dubitatur de omni non supponit̃ coniunctum ꝑ se, nec coextensum rõni formali. ergo minor ex.6. physi patet. tex.cõ.32. vbi probatur vlis coniunctio mobilis cum corpore & processu phiæ naturalis, maxime in.1. physico. tex cõ.2. & tract. primi de cœlo. Vñ habetur vlis coniunctio corporis cũ mobili, sed remanent duę contra rõnem hanc obiectiones excludendæ.

Obiectio prima.

Prima quia non vr̃ verum ꝙ in.6.phys. probetur omne mobili esse corpus, cum ꝙ in tex.32. probatur tñ oẽ mobile esse diuisibile. Constat aũt ꝙ si probatur passio alicuius de mobili, non propterea probatur rõ formalis illius passionis. Sic autem se habent diuisibilitas & corporeitas vt patet.

Obiectio secunda.

Secunda est, quia videtur hæc secunda ratio aduersari primæ. In hac siquidem dicitur omne mobile esse corpus. In illa vero dicitur, ens mobile communius esse, & corpore, & substantia mobili.

Ad primã.

Ad primam harum dr̃, ꝙ quia non cadit in intellectu humano ꝙ aliquid supponatur esse corpus, de quo dubitetur esse diuisibile nisi apud antiquos attributos errores ponentes corpora indiuisibilia. Tũ quia diuisibilitas ipsa sicut comes est corporietatis, & in esse & in cognosci. vt prius absq; posteriori nunq̃ cognoscatur. experimur.n.non aliter nos cognoscere, aut supponere corpus nisi vt quantum quoddam q̃titate molis. ideo si in phia non supponitur esse mobile esse diuisibile a fortiori supponi non põt esse corpus, quia coniunctio mobilis cum corporeitate dum dubitatur cũ diuisibilitate non potest cognosci nisi rõne, aut ex sensu. ex sensu autem constat ꝙ non habetur. ratio aũt ante illam nulla inuenitur. Et si ex demonstratione illa.6.physi. non acceptatur probatũ saltem tanq̃ necessario ꝯñs conclusionem formaliter conclusam relinquitur maius incõueniens, ꝙ.s. omne mobile esse corpus longe remotius est a phiæ principio, vtpote tertio cœli. & primo de gñatione. Peripatetici tñ ibidem vtrãq; concludi propositionem indistincte intelligunt. Vnde Auer. in primo cœli.com.5. dicit. Probatum est in sexto physi. ꝙ omne mobile est corpus &c. Ista so. prima est de mente S. T. primo contra Gẽ.c.13. vt de mente phi facit talem ꝯñam. Si in motoribus & motis proceditur in infinitum. oportet oĩa huius infinita corpora esse, quia oẽ ꝙ mouetur est diuisibile & corpus, vt probatur.6.phys. hæc illæ. probatur autem.6.physic. lect.5. & 12. nec obstat si quis dicat non sequi. est diuisibile, ergo corpus. superficies enim est diuisibilis. & tamen non est corpus, quia sequitur est diuisibile trina diuisione. ergo corpus.

Ad scdam obiectionem. Ad scdam vero ꝙ licet ens mobile sit cōius corpore, quia de multis prædicatur quidditatiue. de quibus corpus nō prædicatur quidditatiue, non tñ est sic communius ꝙ alicui insit cui corporeitas cōiuncta non sit. omne. n. ens mobile est corpus vel claudit in se corpus. pōt etiam, secundo dici licet in idem redeat. ꝙ in. 6. physi. probatur omne mobile esse corpus. i. corporeum aliquid. probando. n. mobile esse diuisibile nihil aliud probatur q̄ mobile esse ens corporeum, siue illud sit corpus, siue corporeum aliqd. Corporeum autem cōuertitur cum ente mobili dato ꝙ corpus cum eo non cōuertatur. Et eodem mō potest argui dupliciter ponentes subam naturalem, aut mobilem. omne. n. mobile, aut naturale esse subam cum oporteat supponi, aut haberetur ex sensibus, aut ex naturali p̄hia, aut ex metaphysica. Ex sensu quidem non habetur. ex naturali autem pħia si haberetur concluderet hoc nō posse supponi in ipsa. Si aūt a metaphysico tractatur, vt Auer. dicit in. 2. physi. cō. 4. etiam hoc concludit illud non posse esse subiectum in pħia naturali, quæ scientia ex se est euidens, siue metaphysica. habet. n. subm & principia propria ex sensibus per se nota, & nō accipit ea positione q̄uis a metaphysico defendi debeāt si impugnentur, vt in primo physic. t. c. 12. dicitur. *Tertia probatio ab auctoritate.* Tertio probatur idem auctoritate. & primo Aristo. in. 3. physic. vbi in diffinitione motus non posuit corpus, aut subam, sed ens in potentia &c. ex quo arguitur sic. Idest subiectum pħiæ qd' ponitur in diffinitione priorum accñtium naturalium, quia tale est proprium subm eorum, vt patet in. 7. met. tex. 15. Sed non corpus, nec substātia, sed ens in potentia ſm ꝙ in potentia, ꝙ idem est ꝙ ens mobile, vt patet in. 3. physi. tex. 6. & conclusio ponitur in diffinitione primorum accidentium naturalium. s. motus &c. ergo ens mobile est subiectum philosophiæ naturalis.

Et confirmatur hoc idem ex primo physi. tex. 11. vbi supponendum dicitur in pħia, omnia aut quædam moueri, & non oīa, aut quædam corpora &c. Secundo auctoritate Auer. qui licet non solicitus de vocabulis in tertio meta. com. 1. ens mobile. & in. 12. eiusdem com. 5. corpus mobile. & in procemio physi. res sensibiles, subiectū philosophiæ noīant, & propterea non verba sua in hac re, sed sensum ponderari voluerit. In secundo m̄ physic. expresse docet aliquid prius corpore subm esse pħiæ naturalis dum dicit in com. 3. & sciendum est ꝙ subm istius libri est natura & principia nālia cum sint cōia omnibus rebus naturalibus. Et iō in hoc libro nō diffiniuit corpus, neq; alia de quibus considerat natuealis sicut fecit in principio coeli & mundi Ex quo habetur ꝙ apud ipsum consideratio de corpore mobili differtur vsq; ad librū de coelo & mundo, vbi ab eius diffinitione inchoatur, vt patet in tex. com. 2. Et rursus habetur subm physicæ esse commune corpori & aliis de quibus considerat nālis, vt in prima ratione assumpsimus. nō ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo cōe omnibus naturalibus est subiectum philosophiæ, ꝙ ens mobile esse ex prima rōne liquet. est igitur significata rō per ens mobile subiectum pħiæ naturalis. non aūt significata per substantiam, aut corpus naturale vel mobile vel sensibile. *Quam subiectum philosophiae naturalis conuenientius nomine entis mobilis significatur.* Q; aūt illis vocabulis cōuenientissimæ significetur sic patet. Mobilis vocabulum in primis conuenientius sumitur, q̄ sensibilis qm̄ admisso ente sensibili. adhuc nō est naturalis pħs liber ab inuectione Parmenidis & Melissi. Concedentes. n. ens sensibile negabant mobile. supposito aūt ente mobili principia pħiæ inconcussa manent. Siℓr conuenientius est q̄ naturalis nominum, tum quia redit idem incōueniens. Nam supposito ente naturali. adhuc pħs naturalis liber non incedit nisi mobile addat, vt ipse Arist. testatur in primo physi. tex. 11. contra Parmenidem & Melissum cōcedentes ens naturale. subdens nobis aūt subiiciantur oīa, aut quędam naturalia moueri. Tum quia subm notissime debet supponi, & constat diffinientia notiora esse difinito. Vnde cum motus naturam diffiniat, ꝙ clare significatur per ens mobile obscuræ importatur p ens naturale, hoc. n. si declarandum est ad motum oportet venire. Tum quia nominibus vtendum est vt pluries scđo Topico. visitatissimum autem est & naturę nominum ad cuiusq; rei quod quid est. & naturale ad omne non artificiale, siue de genere mobilium sint siue non, & propterea si ens nāle supponeretur, ens non artificiale intelligeretur subiectum in philosophia naturali, ꝙ est falsum, & sic inficiationi locū daret vocabuli æquiuocatio. Quod si distinguendum esset. i. habens in se principium motus supponendum cur non potius absq; glosa & distinctione ens mobile a principio dicis, clarius exprimēdo, præsertim ꝙ scđo physic. principium anticipandum esset, vt glosa illa intelligeretur. Entis autem noīe clarius proposito seruire ex dictis patet. *Ad primum* Nunc quarto superest argumentis in oppositū satisfacere. Et ad primum quidem dicitur qd' ens sigñare tertium quid cōe ſm analogiam substantiæ & accidenti nō est contra S. Th. nisi secundum analogiæ naturam ignorantes. vnde nullum incōueniens est ens mobile cōe esse ſm rationem formalem, nō vnam simpliciter, sed vnam analogicæ entibus mobilibus omnibus. s. substantiis quātis & qualibus & cæteris, q̄uis etiam ratio ad oppositum non concludat contra tenētes ens mobile extra substantiam non inueniri. quia homo ipse inquātum ens mobile aliud est a seipso inquantum suba mobilis. & propterea non sequeretur. ergo ponendo ens mobile subm ponitur substantia aut corpus mobile, qm̄ differunt formali ratione. *Ad scdm* Ad secundum dicitur dupℓr primo ꝙ mobilitas cōmuniter sumpta vt de ea in hac loquimur qōne non est passio sed substantiale prædicatū, sicut & materiale & potentiale iuxta ea quæ supra adducta sunt, q̄ possunt etiam ratione confirmari, ex eo ꝙ potentiale subale prædicatū est entium a materia sumptum. Non. n. hō est ens possibile propter aliq̄ proprietatem ipsum ꝯñtem, sed per extrinseca sua. Mobilitas aūt apud naturale idem sonat qd' possibilitas apud metaphysicū vt exercitatis in istis scientiis, non auctoritatibus notum est. Sed quia hoc non est a prædecessoribus discussum, & nouū non facile acceptabitur sic debiliter firmatum, iō secundo dr̄ ꝙ si mobilitas sit passio adhuc subiectum pħiæ conceditur esse vnius rationis formalis circūloquiue per iy ens mobile. Et ad instantiam cōtra hanc rñsionem rñdetur tripliciter, primo ꝙ q̄uis in scientiis a priori procedentibus, subiectum debeat esse primo & maxime notum quo ad quid rei, non tñ hoc oportet in scientiis a posteriori doctrinam facientibus, qualis naturalis, pħia, vt Commentator dicit in procemio. & in com. primi physi. com. 2. Sufficit. n. ꝙ sit primo & maxime notum quo ad artem, & quid noīs, vt ex primo poster. patet huic aūt nihil obstat talis circūlocutio. scđo dicit ꝙ notitiam subiecti debere esse maximam potest dupℓr intelligi. Vno mō respectu cognitionum possibilium haberi de illo. pōt. n. idem cognosci probabiliter & demonstratiue per cōia & per propria &c. & hoc modo de subto non oportet supponi a nobis maximam cognitionem, vt patet inductiue etiā in metaphysicis. Alio mō respectu aliarum cognitionum quæ in illa scientia acquiruntur. & hoc mō est verum & conceditur ꝙ cognitio ista q̄ habemus de illa rōne formali in isto circūlocutio, est maior omni cognitione quā acquirimus in philosophia nāli. Et si contra hoc instetur, quia multorū notitiam acquirimus in pħia nāli quæ per intima eorum cognoscimus & noīamus. perfectior aūt est cognitio per intima, q̄ per passionem, sicut rō illa cognoscitur. Rñdetur ꝙ perfectio cognitiōis de qua est sermo, in primo poster. vñ sumitur ꝙ cognitio debet esse maxima, nō attenditur penes aliud q̄ euidentiam. vñ magis & minus in cognitione in proposito penes euidētiæ latitudinem attendere oportet. et, ppterea aliud est cognosci intimius, aliud euidentius. Cum. n. oīs cognitio acquisita in sciā siue pertingat ad intima alicuius quæsiti, siue non habeat euidentiam ex cognitione subiecti sicut ex principio necesse est cognitionem subiecti esse euidentiorem, & ꝯñr maiorem cæteris, & vera sic est in proposito, quia cognitio entis mobilis, q̄ circūloquendo supponimus est ex sensibus euidens, quæcūq; aūt alia acquisita est discursu syllogistico ex istius euidentia certa. pp qd' aūt vnūquodq; illud magis est, vt dicitur primo poste. tertio dr̄ ꝙ si pħia haberetur a nobis sub perfecta rōne sciæ quæ est in se, procul dubio subm oporteret oīno esse primo et maxime notū,

vt ar

vt arguendo dr̃, quia aũt non ſic ex tm̃ impfectionis ſciæ noſtræ admiſcetur q̃tum cognitio ſubiecti compatitur, ex hac.n.incompleta cognitione ſubiecti, minus plena eſt cognitio ſubſequentiũ, difficultaſq; in ſoluendis q̃ónibus non parua. Ad tertiũ. Ad tertium dicitur negando pñam quæcunque via teneatur. Non.n.eiuſdem ſciæ eſt conſiderare aliquod ſubiectum, & p ſe partes eius ſubiectiuas, aut p ſe modos quoſcũq;, ſed eos tantum qui genus ſcibile illius ſubiecti non egrediuntur. mobile aũt extra genus ſcibile metaphyſicę eſt, qm̃ a materia ſenſibili non abſtrahit. Accidentale aũt conditionem entis mobilitatem eſſe, vt ſubalternatio requirit nullo mõ eſt poſsibile vt ex his q̃ ſcripſimus ſuper.c.13.primi poſter patet, quia accidentalitas illa perſeitatem, & extraneitatẽ ſimul reſpectu illius ſubiecti erigit, q reſpectu entis non eſt poſsibile, qm̃ nihil extraneum eſt ab ente, vt dicitur.3.met tex 11.nec mihi obiiciatur q in tractatu de natura gñis S. Tho. dicit pħiam naturalem propter accñtalitatem huius ſubalternari metaphyſicæ, qm̃ tractatum illum nunq̃ forte vidit S. Tho. Stilus.n.eius non eſt, & multa ibi ſunt q̃ doctrinæ eius nõ

Ad quartũ. conſonant. Ad quartum q plus requiritur ad hoc qđ aliquid ſit ſubm̃ q̃ ad ipſum fiat reſolutio. Alioquin principia ſubiecti ad q̃ fit vltimo reſolutio eſſent ſubm̃, oportet ergo q ad eius rõnem formalem fiat reſolutio tãq; ad adæquatum primarum paſſionum ſubm̃. Ad ſubſtantiã autem mobilem non fit mobiliũ reſolutio ſicut ad adæquatum motoris ſubm̃, ſed ſicut ad primum clauſum in adæquato motoris ſubo q eſt ens mobile. Poſt reſolutionem ſiquidẽ paſſionum oĩum in analogum ſubm̃ poteſt analogum ipſum in ſe reſolui, poſterius in prius reducẽdo, vt in tractatu de noĩm analogia diffuſe diximus. Et ſic ſit finis huius quæſtionis.

Eiuſdem tractatus de Cambiis.

CONCESSVM mihi his diebus ocium venerandæ amantiſsimæq; pater ad edendum promiſſum paternitati tuæ tractatum de cambiis inuitans poſt auditos campſores p̃iectaſq; diuerſorũ de his opiniones ac diutiſsimam meditationẽ ad ſcribendum tandem impulit. Tanta ſiquidem eſt rei huius obſcuritas & inuolutio vt hinc conſuetudine nõ abſq; fautoribus, & inde doctoribus plurimis modernis, tñ ſiſtentibus. antiquis ſiquidem propoſita difficultas non hæc fuit tacendum potius videreť. Verum vbi plures dies lectioni meditationiq; iam dediſſem, & mihi fidelis promiſsionis reatus occurreret diuina freťus ope tria de cambiis tractãda cenſui. Diſcernenda ſunt primo dubia a certis. Adducendæ ſunt deinde opiniones aliorum de dubiis Firmandumq; demum quid mihi videtur de his ſentiendum.

De tribus generibus cambiorum. *Cap.* 1.

CAmbiorum modi q̃uis multi ſint quo ad differentiam, tñ certi vel dubij triſariam ea diuidere ſufficit. Quędam ſiquidem ſunt quorũ iuſtitia clara eſt. Quædam vero quorum iniuſtitia ſiſr aperta eſt. Et quædam media q̃ an ſint iuſta vel iniuſta in dubium inter doctores vertitur. Iuſtificata ſiquidem ſunt q̃ fiunt his tribus modis. Primo cũ in cambio minuto campſor, moderate lucratur ſm patriæ conſuetudinem. Vocatur aũt cambiũ minutum cũ campſor pro aureo ducato monetam dat in patria illa conſuetam expẽdi vel equo aliqđ minus dando q̃; recipiat. Hoc.n.continet naturalem æquitatem ex eo q induſtriæ & opere campſoris rõ habenda. Cum.n. cæterarum artium miniſtros liceat in commutationibus propriis laboris induſtrieq; mercedem componere campſoribus qui cõmutationibus numiſmatum deſeruiunt. ideo quoq; licere non eſt dubiũ. Propter qđ irrationabiliter dicunt opinantes tale lucrũ campſoribus tantum licitum. Ita q priuatus hõ ſi cambiare debet ducatum aureũ nihil lucrare debet. Commutatio nãq; numiſmatum patriæ non negatur quo ad valorem quẽadmodum cæteræ commutationes, ſed determinata eſt puta q ducatus aureus valet.12.marcellos, & ſicut in cæteris cõmutationibus ęqualitatem violare iniuſtum eſt, ita in cõmutatione numiſmatum Vnde nihil vel propter mercedem ſeruitij non in numerando pecuniã vt quidam putant, qm̃ contingit ſæpe numerare cãpſorem q̃; accipientem & actus numerandi non eſt proprie mercenarius, ſed ſolitus gratis concedit vt vſus libri. Et numerationi campſoris rñdet numeratio dantis aliam monetam. Sed in arte campſoria reipub.miniſtrando, vel pp incõmodum quem quis incurreret ex ablatione talis gñis pecuniæ a ſe vel qualitatẽ numiſmatum, vt infra declarabitur, nõ licet plus in cambio minuto accipere q̃; datur. Quorum nullum locũ habet vr̃ in ſingulis hominibus non campſoribus.

Scđo cum campſor moderate lucratur ex eo q Petrus habens certam ſummã pecuniæ Mediolani dat eam campſori q faciat æquali ſumma Romæ ſibi dari vel alteri. Si enim ex hoc campſor mercedẽ exigit, iuſta eſt exactio. Campſor.n.tranſlatoris in hac parte locum tenet, nec eſt equum, vt merces ſuo ſeruitio ſubtrahatur.

Qñ campſor lucratur ex eo q monetam alicubi minus valentem congregatã in locum transfert vbi plus valet, hoc.n. eſt negociatio numiſmatũ ex qua primo ortũ habuiſſe vr̃ ars campſoris, vt dicitur in primo poli. & eſt licita ſicut cæteræ negociationes ad augendas opes licent.

Iniuſta vero abſq; dubio cambia illa ſunt q̃ his duobus modis fiunt. Primo cũ campſor lucratur, aut lucrari intẽdit ex eo q Petro egenti Mediolani dat certam ſummam pecuniæ ſub noĩe cambij de Lugduno vel Londres. & tñ ſm veritatem ibidem reſtitutio facienda vtrinq; ſcitur ſiue fiant literæ cambij & non pñtentur, ſiue non fiant literæ, interuenit ſiquidem hic ſolo noĩe cambium, & ſecundum rem mutuum cũ lucro, aut ſpe lucri ſm q diuerſimode fit. Scđo, & in idem redit, cũ campſor vt lucretur dat Mediolani Petro egenti.100.duc. recepturus ab ipſo Petro ibidẽ hinc ad menſem tantum q̃tum valebunt tũc Venetiis ſm curſum cambiorum decẽ libræ groſſorum quæ æquiualent.100.ducatis regulariter ſm curſum cambiorum Venetiis qñq; excedunt qñq; exceduntur. Hic enim ſm veritatem eſt contractus mutui cambij noĩe palliatus, & fit cũ ſpe lucri contra illud Luce.6. Mutuum date &c. Et celebratur cõiter cũ probabili coniectura q erit ibi lucrum, quia cõiter ſolent tunc valere plus decẽ libræ groſſorum, q̃uis qñq;, ſed raro minus valeant, & propterea eſt hic vſura, & nõ põt excuſari niſi in caſu, in quo Petrus egeret illis.100.duc. & campſor haberet in promptum verum cambium agendum cum illis centum pro Venetiis illo modo, et ad inſtantiam Petri illos ſibi eo pacto daret, & hoc ſi contractus talis cambij eſt licitus, de quo infra erit ſermo.

Dubia aũt cambia quædam ſunt ex parte campſorũ, quædam ex parte accipientiũ cambia. Ex parte quidem campſorum ſunt, q̃ ſic fiunt aut.ſ.appretiando numiſma extraneum de quo reſtitutio fienda eſt minus quã valeat cõiter in loco vbi debet fiet reſtitutio. Aut appretiando numiſma qđ datur magis q̃; valeat cõiter in loco vbi reſtitutio debet fieri. Ad hos.n.duos modos q valde propinqui ſunt, & in idẽ redeunt, oĩa cambia ſicca reducunt pro quibuſcũq; locis fiant. Ad primum.n.modum ſpectat cambium Lugduni, in quo Petro indigenti marcha auri quæ cõiter valet ibi.60. ſcutos, campſor Mediolani dat.60.ſcutos non ſm valorem ſcuti Lugduni, ſed cũ ibi cõiter valeat ſcutus.30. groſſos appretiatur hic.28. & ſic dat ſibi tantam ſummam pecuniæ q̃ aſcendit ad.66. ſcutos ad rõnem.28. groſſorum pro ſcuto. Ad ſcđm vero modum ſpectat cãbium tam Londrenſe q̃; Brugenſe in quo Petro egenti Ianue dat campſor Ianue.1000.duc.nõ ſm valorem ducati currentem Brugiis, aut Londris, ſed cum ibi valeat ducatus.50.groſſos appretiatur Ianue.52. ita q pro quolibet ducato tenetur accipiens cambium reſtituere Brugiis vel Londres.52.groſſos. Cætera autem cambia ex parte cãpſorum ſimilia ſunt. Nec ſiat vis ſi in iſtis exemplis vera quantitas monetarum non recitatur, quoniam exempla ponimus vt addiſcentes intelligant.

Auget aũt cambiorum prædictorum ambiguitatem inserta temporis rõ. fatetur.n.campsores ꝙ q̃to tempus restitutionis est distantius.tanto minus appretiatur moneta in primo mõ,& tanto magis in secundo modo.

Ex parte aũt accipientium cambia sex modis variãtur cambia sm drĩam eiusdem vel diuerse monete,& drĩam certi vel dubij,aut accñtis lucri,hæc vñr aliq̃ per se drĩam in cambiis facere.Cõtingit ergo primo. ꝙ Petrus dat mediolani campsori.100.duc.florentinos aureos,& vult totidem floren.Florentiæ.Contingit scdo.ꝙ Petrus pro dictis duca.vult Florentię monetam argenteam,puta grossos floren.sed tot ꝙ æquiualeant Florentiæ duc.100. floren.aureis.Contingit tertio ꝙ Pet.pro dictis duc.vult bonam monetam auream vel argẽ.Florentiæ sm ꝙ tpe solutionis.puta in nũdinis cambia valebunt Flo. &c. & q̃libet horum contingit duplr fieri l.simplr vt propositum est &c.& cũ adiuncto aliquo certo lucro,ita.s.ꝙ Pet.vult non solum prædictos.100.duc.Florẽ.modo dicto,sed vltra hoc vult sibi dari alios quatuor duc.Et q̃m de his non principaliter est qõ,sed de illis quę se tenent ex parte campsoris cõiter , ideo de illis erit sermo diffusus , de istis aũt in fine tractatus dicetur . Et ne vagatio aut æquiuocatio ꝙ accidat legentibus vocent̃ in sequentibus cambia nunc discutienda cambia realia quamuis a multis cambia sicca aut per literas nuncupentur.

De opinionibus dicentium in cambiis realibas esse mutuam. Cap. II.

QVoniam aũt sm diuersa præsupposita diuersimode inueniuntur doctores locuti de hmõi cambiis & ex aliis principiis procedunt supponentes hmõi cambia mutui contractum sapere & ex aliis ꝓcedunt negantes hic mutuũ interuenire.iõ sigillatim discutiendæ sunt singulorum rõnes. Vñ eorum occurrunt primo opiniones q̃ asserunt aut suscipiunt contractus cambiorum realium sm veritatẽ esse contractus mutui , licet cambia vocentur . Sunt aũt contra ea horum opiniones, dum quidam dicunt talia cambia esse iniusta & vsuraria. Quidam vero q̃ sunt licita &c. Et illi quidẽ qui asserunt vsuraria,licet multis rõnibus moueantur,hoc tñ pro fundamento habent, q̃a vsurariũ est mutuare sub spe & pacto verisimilis lucri. vt patet. Constat aũt oẽs campsores spe lucrandi hæc cambia exercere. & iõ pacta supradicta inducere & verisimiliter lucrum euenire possit q̃uis non semper eueniat vt ipsimet fatentur.vsurariũ est igitur hęc cambia facere . Q̃ aũt sic supponatur vere esse mutuum probant ex eo ꝙ contractus istæ dat pecuniã q̃ est inuendibilis cum translatione dñij et recepit pecuniam Has aũt constat esse condõnes ad mutui contractũ sufficiẽtes &c. Muniturq̧ opinio hæc auctoritate Gofredi & Hostiẽsis in summis de vsuris.& Archiepiscopi florẽ.2 & 3.parte summe vbi etiã dicit multos viros doctos & timorosos fuisse huius opinionis &c. Acceptantes aũt mutuum hic esse,& tñ absq; vsura cambia fieri fundant̃ super rõne interesse & operarum locatarũ & quo ad interesse quidem, quia etiã in contractu mutui licet seruare se indẽnem. constat aũt q̃ mutuans Ianue.100.duc.aureos dãnum incurrere si Brugis restituuntur sibi totidẽ aurei vel æquiualẽs sibi prætise.Tũ quia plus daret q̃ reciperet,ex eo ꝙ ducatus aureus plus valet Ianue q̃ Brugis . Tũ quia oportet ipsum subire expensas delatorũ pecuniæ vt Ianue rehabeat vbi contractus mutui celebratus est.ergo licitum est estimare ducatum aliq̃d plus vt mutuans nullum dãnum incurrat & hoc in istis cãbiis accidit . Quo ad locatas vero operas, quia cũ nullus debeat propriis stipẽdiis militare, & campsor & ministri publice vtilitati deseruiãt in opere licito.s.in mutuis faciendis pietatis ꝯñs est ꝙ propriã mercedem reportare debent.queadmodum ministri montis pietatis.& quia industriæ accñtis operi licito rõ habenda est,aliquid etiã mercedis dari debet.Quo fit vt oibus pensatis talis excrescentia sit licita. Sed reuera neutra harum opinionum veritatem assequit̃. primæ.n.fundamentum ruit,q̃m vt infra patebit hic non est contractus mutui. secunda aũt falsum assumit & ꝯñr non loquitur.Falsum q̃dem assumit, dũ dicit in his cãbiis illud plus sumi, vt videtur interesse.hoc.n.campsores testãtur esse falsum,& dicunt ꝙ non vt damnum euitetur , sed vt lucrentur hmõi cambiis insistunt , & ꝙ si accipientes cãbia obligarent se ad restitutionem,& præcise q̃rum accipiũt & in loco vbi accipiunt ipsi non mutuarent , quia lucri grã hanc artem exercent.& ex hoc patet ꝙ nõ pro interesse stipendij ministrorum plus sumitur.Si.n.campsores ex cambiis nihil aliud quærerent q̃ se indẽnes seruare cambia nõ aggrauarentur,sed pecunias suas secum tenerẽt aut aliter exponerent vt ipsimet testant̃ . Consequenter aũt non loquitur, q̃m non est licitum artem mutuatiuã in ciuitatibus exigere & ministros statuere & laborũ industriæq; rõne habita,inde etiã sustentatorium lucrum quęrere,q̃m hoc esset vsurariam artem facere moderatã,vt patet.Ministris aũt montis pietatis q̃õ & qualiter liceat mercedẽ reddi & a quibus debet reddi in tractatu spãli de hoc diffuse diximus. hic aũt satis sit nosse ꝙ non est simile . quia in cãbiis attenditur lucrum & ꝙ experientia teste non licet artẽ facere mutuatiuam vt operatũ periculorum industriæ rationem habendo plus forte recipiatur,vñ ipse cum familia sustẽtetur sicut in artibus & negociationibus licet . Est igitur vsura in his cambiis si contractum mutui implicãt, propter ꝙ Gofredus & Hosti. sub mutui noĩe casum tractantes , q̃ñ.s.mutuatur vt restituat̃ alterius gñis monete cum spe lucri vsurã esse dixerunt.& sic patet scdm caput.

De opinionibas dicentiam in cambiis realibus esse contractum permutationis. Cap.III.

EMersit ergo propter prędicta forte aliorum opinio dicentium in his cãbiis non esse contractum mutui sed innoĩatum.s.do vt des . vel si noĩari debet , esse contractum permutationis , & horum ꝯrlæ quæq; sunt opiniones,aliis asserentibus hæc cambia licita & aliis illicita Et illi quidẽ qui dicunt esse licita studiũ suum adhibẽt non tam approbando eorũ iustificationem q̃ rorum naturam extra mutui rõnem esse , & q̃uis multiplicent rationes , ex tribus tñ condõnibus separant cambia hæc a mutuis.primo ex periculo , mutui.n.nõ periculum mutuatæ sortis in accipientẽ mutuum trãsfert. Cambium vero reale dãni periculum campsori relinquit si minus forte contingat accipere vt q̃nq; licet raro contingat . scdo ex diuersitate rei restituẽdæ & loci &c. Nã mutui ratio exigit vt eiusdem gñis & bonitatis restituatur,& ibidem nec sufficit reddrre æquiualens. aurũ.n.pro auro. & triticum pro tritico restituendũ est.& adducatur ad hæc textus iuris ciuilis.ff de solutis l.paulus . In cambiis aũt realibus fit permutatio monetarũ diuersorum generũ, & in diuersis locis. tertio ex modo ꝯtus , quia in cambiis realibus est venditio vel ꝯtus similis venditioni, dum ducatus venditur.52.grossis Flãdrensibus, & estimatur vna moneta cum alia, ꝙ licere patet extra de cens c.olim cãm.&.c.cũ canonicis.In medio aũt nihil horum fit &c.Cũ igitur mutui contractus nõ fit, sed permutationis & negociationis pro licito relinquit̃ spes.n lucri in his non dãnatur, & industriæ laborum periculorum expensarũq; rõ habenda est dicentes vero cãbia hæc nullo mõ licere, & tñ mutuũ non implicare, q̃uis non inuenerim.ex dictis tñ ab his q̃ absolute cambia hæc dãnant,aut dubitant illicita esse triplex rõ colligitur . prima ex eo ꝙ cãbia hæc in fraudem vsurarum introducta vñr,cum permutationem monetarum campsor non intendat, sed necessitatibus indigentis nolens gratis mutuare noĩe permutationis monete mutuum palliat vt lucretur, & ꝓsertim cum plerũq; contingat in eadẽ fieri moneta restitutiones , & hoc in cambiis infra Italiam & periculũ ꝙ raro accidit ponderandũ non fit in commutationibus quæ regulandæ sunt cõiter euenientia.scda ex eo ꝙ ratio tpis etiam in contractu emptionis & venditionis haberi non põt.In hmõi autem cãbiis, vt patet in casu posito, q̃to distantius est solutionis tempus,tanto plus solui paciscitur cãpsor.tertia quia etiam in contractu venditionis vendere plus q̃ nunc,aut hic valet non est licitum nisi vẽdens intendebat vsq; ad tempus illud seruare, vt in.c.nauigãti de vsuris. aut intendebat ad illum locũ deferre,vt dñt Ral.in sum. & Io. an. & Io.cal. Cãpsores aũt non intendebunt seruare,aut transferre pecuniam,

cuniam, sed paratam ad huiusmodi cambia tenẽt Quid aũt de his sentiendum sit in decisione manifestũ erit. Nũc autem ad aliam properandum est opinionem.

De opinione singulari circa cambia. Cap. IIII.

POst prædictas opiniones egregij cuiusdam doctoris in theologia opĩo singularis occurrit tenẽs hmõi cãbia esse licita, & tria singulariter dicens. Primũ est ꝙ contractus iste quem innoiatum vocant nomẽ habet quoniam vt. S. T. dicit. 1. 2. q. 77. negociatio tripliciter fit aut cõmutando res pro rebus, vt vinũ ꝓ tritico, aut res pro pecunia. aut pecuniam ꝓ pecunia. & cũ primus contractus vocetur vulgo baratto. secundus vocatur venditio &c. & tertius cãbium. Ita ꝙ cãbium est ꝑmutatio pecunie pro pecunia. fm est ꝙ in cãbijs non cõsideratur pecunia vt pecunia seu vt mẽsura est, sed vt res quædã est. Cõstat. n. fm oẽs vtroq; mõ posse accipi pecuniã, vt patet de iocantibus pecuniam ad ostentationẽ, & ꝙ cãpsores pecuniã vt rem cõsiderent ex S. T. auctoritate ꝓbat in. 2. de regimine principum dicentis ꝙ numisma põt accipi dupl̃r, & vt mensura & vt res quædã est & hoc mõ vtuntur eo cãpsores, fabrificatq; sup hoc fundamẽto doctor ille vendibilẽ esse pecuniã a cãpsoribus, vtpote rem quandã & eius prætia variari sicut aliarũ rerũ iuxta temporũ locorũq; varietates &c. tertiũ est singularissimũ ꝙ licitũ est cãpsoribus plus accipere qñ tẽpus solutionis distantius est. Distinguit siquidẽ plus accipere rõne tpis dilati dupl̃r. vno mõ ꝙ sola tẽporis dilatio excessum prætij opereᷣ, & hoc dicit esse vsurariũ. alioq̃ mõ ꝙ res in dilato tpe cõsiderata prætiũ augeat in cõmutationibus, & hoc dicit esse licitũ. Et dat exẽplũ in emptionibus rerũ in futuro assignandarũ. Si qs. n. hyeme emit lanas assignandas sibi in vere minus q̃ valeant hyeme, eo ꝙ lane tẽpore veris creduntur minus valere iuste emit, eo ꝙ res in tpe illo sumpta p̃ciũ minuit Si aũt minus emeret, qa nũc anticipat solõnẽ vsurã cõmitteret, qa ꝓpter solam tpis morã prætium variaᷣ subditq; cãpsores nõ plus accipere rõne dilati tpis, sed rõne rei in dilato tpe cõsiderate, qm̃ ver. g. marcha auri soluenda in nũdinis ianuarij, nõ ideo minus emitur a cãpsoribus Mediolani mẽse octobris q̃ nouembris quia lõgius distat fm tp̃s, sed quia marcha illa considerata in tali tpe minus æstimaᷣ cõiter a negociatoribus & magis in tpe ꝓximiori Et merito vt dicit, qa cũ negociatoris finis sit cõmutãdo lucrari, nec iõ emat vt empta habeat, sed vt iterũ cõmutet cũ lucro licitũ est sibi cõsiderare q̃to tpe pecuniã occupatã in re empta tenere oporter. Carius. n. emitur quod cito distrahitur q̃ qd̃ oporteat longo tpe retinere ne pecuniæ mortuæ teneanᷣ. Signum aũt ꝙ cãpsores non rõnẽ tpis dilati, sed rei in tpe habeãt, est ꝙ nõ semp fm tpis approximationẽ prætium crescit sed q̃nq; instantibus nũdinis contingit prætium minui, adeo vt minus tunc vendatur marcha auri in proximo assignanda q̃ fuerit vendita tribus mensibus ante.

Sed hæc opinio cũ bona venia multipl̃r a veritate deficit q̃uis bono zelo ad veritatẽ accedere coneᷣ. Primũ in primis dictũ secundo cõsonat, qm̃ noia formal̃r sumpta intelligi oportet, vt in. 4. meta. tradit Arist. Alioquin periret certitudo a locutione, qm̃ extra formalẽ significatũ infinita sunt vt ibidẽ dr̃. vñ si cãbijs pecunia cõsideraᷣ vt res non vt pecunia (vt dicit) contractus iste non debet permutatiuus pecuniarũ vocari, nec debet in tertio loco cõtractuũ a. S. T. dictorũ reponi, sed primo. scđm dictũ verum non sonat & S. T. verba male interpretari videᷣ. Verba siquidẽ eius I. 2. de regimine principũ. ca. 14. sunt ista. Numisma q̃uis sit mensura & instr̃m in ꝑmutationibus, tñ per se aliquid eẽ potest, puta si cõfletur erit aliqd vt aurũ vel argentũ, ergo semper nõ ordinatur ad ꝑmutationes, & hoc ẽt habet veritatẽ in alijs sp̃ebus pecuniarũ. Immo amplius vt in cãpsoria quæ nõ proprie ordinatur vt sit mẽsura rerũ venalium, sed magis ad permutationes numismatis Ex quibus verbis nõ habeᷣ ꝙ pecunia cõsideretur a cãpsoribus nõ vt mẽsura, sed vt res, sed habetur ꝙ pecunia nõ vtuntur cãpsores vsu primario, ꝓpter quẽ est inuenta. s. vt mensura seu prætiũ sit rerum venaliũ, sed vsu secundario ad quẽ est translata, inquantum tamen pecunia. s. vt permutetur cum alia pecunia. Vterque siquidem vsus conuenit pecuniæ per se, & scđs campsoribus conuenit, vt infra patebit ex primo politi. Quid aũt de tertio dicto sentiendũ sit in decisione diceᷣ. Hæc igitur quę de cambijs dicta sunt,

De natura artis campsorie. Cap. V.

VT aũt natura cãbiorum realiter & faciliter percipi possit tali ordine ꝓcedendum credimus, vt. s. 1. de ipsa arte cãpsoria dicaᷣ, & qd sit & q̃ licita sit, deinde de cõditionibus requisitis ad eius actus rectitudinẽ tracteᷣ. Demũ ad cambia prædicta descẽdẽdo videaᷣ an artis sit cãpsorie, & qd in eis licitũ, aut illicitũ est obones factas soluendo &c. Sic. n. sermone de hmõi cãbijs cõpleto ad alia ꝓposita procedi libere poterit. Principiũ aũt ad declarandã cãpsoriã oportet sumere ex. 1. polt. eius vestigia sequẽdo. Sciendũ tñ est ꝙ rei vsus per se est duplex. s. ꝓprius & cõis seu primarius & scđarius. Est aũt proprius cuiuscũq; rei siue nãlis siue artificialis vsus ille ad quẽ ex ipsa rei nã. primo ordinaᷣ vt vestitus ad vestiendũ, panis ad cibum, & vinũ ad potũ &c. Cõis autẽ siue scđarius est, ꝙ res inquantũ talis alteri tamen a primo fine applicatur vt cõmutatio respectu calcei, aut tritici, & aliorũ hmõi. Calceus. n. cũ venditur inquantũ calceus cõsideraᷣ. non. n. pro simplici pelle venditur nõ tñ ꝓpter venditionem est calceus, sed ꝑꝑ calceationẽ, & sic de singul. Quẽadmodum ergo cæterorũ sic & numismatis dupl̃r est vsus vt ibidẽ dr̃. primus est cõmutatio pro rebus venalibus necessarijs. s. ad vitã humanam. s. tritico panno & aromatibus &c. Propter hmõi. n. cõmutationes numisma inuentũ esse cõstat dũ ea quæ vni patriæ desunt aliunde h̃ri nõ possent nisi datis pro eis æquiualentibus & multũ incõmodi esset res semper trãsferre equales Ob hoc enim aurũ argentum es & quicquid hmõi est facile portatile & vtile statuerunt cõmutandis rebus adequatũ iri Et propterea numisma dr̃ mensura rerũ venalium. Refertur. n. ad naturalia ad vsum necessaria vt mensura & mẽsurata. ꝓpter qd̃ charactere insignitũ est in testimoniũ qualitatis & ponderis, sicut & cæteris mensuris publicis cõsueuit signũ imprimi testans earũ rerũ iustificationem &c. secundus aũt numismatis vsus est cõmutatio ꝓ alio numismate vt ducati aurei pro carlenis Nõ. n ꝑꝑ hoc factũ est, & tñ hanc cõmutationẽ subijt non inquantũ aurum aut es absolute, sed inquantum numisma vt continua experientia docet.

Orta aũt videtur hæc cõmutatio ex inæqualitate numismatũ, dum vel ad supplendam rei naturalis æqualitatem ad numisma maius ꝑuulo numismate addebanᷣ vel habendi maius minora erant cõmodiora aut econuerso. Lucrum aũt ex numismatum cõmutatiõe. primo quidẽ vt pħs ibidẽ dicit casu euenisse vr̃ dũ accidit aliquod puta aureũ numisma plus alicubi estimari, sicq; pro illo plura erea dari ibi q̃ dẽtur ibi. vnde ductũ fuit. Humana deinde industria artificiose circa hmõi numismatũ cõmutationes lucri vias cõposuit, sicq; ars cãpsoria confecta est. vnde nihil aliud cãpsoria est q̃ negociatio in cõmutatione numismatũ. Materia siquidem & actus et finis eius sufficienter in hoc explicantur, vt patet.

Quãuis aũt a pħo cãpsoria vituperetur & ratiõe materię, quia tantũ numismata tractata proprio numismatum vsu diuertens & rõne finis, quia lucri gratia qd̃ fine caret & vtriusq; simul, quia pecuniæ vt instr̃a iconomice & politice habende quęrendeq; sunt non ꝑꝑ se, sicut nec qđcunq; aliud organũ propter se appetitur. Si tamen ex hoĩs cãpsoris fine honestaᷣ vtpote ad familie et status sui decentẽ sustentationẽ ordinata licita est, quẽadmodũ & aliæ negotiationes. Põt. n. id quod solitarie cõsideratũ cõsonum non vr̃ ex adiuncto fine honestũ reddi. vt patet de hoĩs occisione, q̃ absolute repellenda est, si tñ additur ꝓpter iustitiã &c. pręcipienda est sicut ecõuerso. Ars honestissimũ finem habens vt medicina sanitatẽ vituperabilis ex fine medicãtiũ reddi potest, dũ lucri causa medenᷣ. Cũ ergo experientia teste pateat ꝙ multa necessaria ciuitatibus plurimis debent nisi mercatores essent, & ipsi nõ cõmode possint cõmode absq; cãbijs negocia sua exer-

cere, necessarium & honestũ est cãpsoriam in ciuitatibus
esse. non quatenus pure campsoria est, sed quatenus ico-
nomice politiceq; ministra est, vt ex dictis patet. & sic cã
psores nunc dum possunt seruare se indẽnes, sed etiam lu
crari & industrie rõnem habere cum negociationi licite
& vtili rei publice illam apponant &c.

Quomodo oportet numismatum commutationes facere ut rectitudo seruetur. Cap. VI.

NOn solũ aũt oportet declarare q̃ rectitudo cãbio
rũ in cõi exigit, sed in spãli qñõ in hoc vel illo mõ
rectitudo seruanda sit dicendũ est. Omissis tñ sin-
gularibus q̃ scietifice determinationi non subsunt. Cũ er-
go cãpsoria circa numismatũ cõmu· ones versef, neces
se est iustitie cõmutatione canoi .ı ea seruari, sicut & in
cæteris cõmutatiõibus. Ex qnto veto ethi. patet q̃ vlis
regula cõmutationũ est vt seruetur æqualitas rei ad rem,
vt. s. æquale sit datũ accepto, & ecõuerso. Vnde si cõmu
tatio numismatũ iusta eẽ debet, æqualis valoris oportet
esse cõmutanda numismata. Et qm̃ hoc plurimis modis
cõtingit seruari sm̃ dñiam numismatũ & locorũ & tem-
porũ, ideo potest æqualitatẽ salua lucrũ ꝓuenire cãpsori
bus, quæ qũo cõtingat videri põt si prædictas dñias dili
genter scrutati fuerimus. Numisma igif cũ vbiq; duplici
ter esse cõsueuerit. s. expendibile ibidẽ & non expendibi-
le ibidẽ cõtingit duplr̃ cãbiũ fieri, aut dando numisma ex
pendibile ꝓ nõ expendibili, aut ꝓ expẽdibili, & vtrũq;
horũ cõtingit dupliciter. Aut dando numisma melius cõ
modius & magis amatũ cõiter ꝓ minus bono cõmodo
& amato vt aureũ ꝓ argẽteo vili vel ereo aut ecõuerso.
& q̃libet rursus horũ põt fieri pro eodẽ vel alio loco. &
silr̃ pro eodẽ vel alio tpe. Et q̃a simplicia priora & certio
ra cõpositis sunt a primis inchoãdũ est, nulla locorũ aut
tẽporũ diuersitate admista, sed in sola taliũ numismatum
cõmutatione sistẽdo. Si igif cõmutãdũ est vnũ numisma
expendibile cũ alio expendibili quantũ est ex pte cõmu
tationis oportet numismata cõmutanda ęqualis valoris
esse, qm̃ vtrũq; lege aut cõsuetudine certũ habet prætiũ.
Nec saluaref in cõmutatione equalitas, si ex aliqua pte
esset excessus. Cõtingit tñ ex parte qualitatis numismatũ
in se vel in ordine ad cãpsorem q̃ sit ĩi mutatio iusta nu-
misma minoris prætij absolute dãdo, & hoc est qñ cam-
psor dat bonã monetã ꝓ mala non salsa aut defectiua,
vt ducatos aureos ꝓ argenteis, q̃ vix argẽti nomen me-
rentur. Tunc. n. licet cãpsor det minus in aurea pecunia q̃
accipiens det in illa moneta, equalitas tamen seruatur ex
eo q̃ 100. ducati in moneta sic bona & portatili æquiua
lent. 102. s. vt. g. in moneta tã vili, vt patet. si cõflãda cẽnt
numismata Et ex vtilitate q̃ põt ex illis pcipi in faciendo
ex illis vasa & ex vtitate expẽsionis sm̃ locum & tẽpus.
bona n. numismata q̃uis antiqua aut extranea libenter
acceptanf, & ex periculo, qm̃ male monete vtputa exo-
se facile põt a principibus inexpendibiles reddi, & de fa-
cto in ꝓuincijs bene ordinatis & nõ orbatis redduntur.
Nec obstat determinatio valoris monetarũ per legẽ, qm̃
illa respicit numisma quo ad per se primũ vsum eius qui
est cõmutatio ꝓ venalibus, lege siquidẽ vel cõsuetudine
statuif q̃ aureus ducatus &. 90. solidi in cõmutationibus
iconomicis & politicis equiualeãt in quibus pecunie pro
rebus cõmutanf. Cõmutatio aũt numismatũ arbitrio sa-
pientiũ iuxta eorũ æqualitatẽ aut abundantiã &c. dimit-
tif vt experientia testaf. Silr̃ quoq; seruaf æqualitas si q̃s
cõmutans numismata minus dat ꝓ eo q̃ danda a se nu-
mismata cõmodiora sibi erant, sicut etiã licet vendere rẽ
carius q̃ absolute valeat ex eo q̃ vẽdenti cõmodior est.
Vnde hoĩs ducatũ aureũ si a nolẽte cõmutare paruã mo
netã pro illo solidũ vnum exigat, quia ille sibi cõmodior
nõ peccat Qui tñ non vult absq; lucro cõmotare duca-
tos ianuenses ꝓ alijs ducatis ęque p̃ciosis et sibi cõmodis
q̃a petenti cõmutationẽ cõmodiores sunt ianuenses ad
deauranda sua vasa peccare vr̃, eo q̃ vendit alterius com
modũ. Et q̃a in istis non ex cãpsorũ expensis aliq̃d plus
accipif sed aliunde vt patet, ideo cuilibet ex istis cãis licet
in hmõi cãbijs minus pecunie dare q̃ accipere. Cãpsori
aũt vltra hæc licitũ est in cãbio minuto etiã si meliorẽ &
cõmodiorẽ monetã recipiat q̃ det aliquid plus accipere
ꝓpter expensas &c. vt superius dictũ est. Si autem fiat
cõmutatio numismatis expendibilis ꝓ nõ expẽdibili no
tabile põt inde lucrũ ꝓuenire ex eo q̃ nõ solũ haberi põt
ratio materiæ & cõmodi, sed etiã extraneitatis qua fit vt
tales pecunie in tali cõmutatione multũ a numismatis ra
tione declinantes quasi vt res quædã cõmutenf. Etenim
existente p̃tio numismatis. s. inquãtũ est talis res puta au-
rum & inquantũ numisma & scd̃o excedente primũ. Ex
hoc q̃ aliqua pecunia alibi inexpẽdibilis est numismatis
pretiũ ibi perdit magisq; vt res quædã cõmutanda venit
quã tamẽ cãpsor in locis vbi numismatis pretiũ obtinet
ꝓcurãs habere ipsam cõmutãdo multũ lucrari põt &c.
Et qm̃ prætia rerũ prudentũ arbitrio relinquũtur erit in
hac cõmutatione equalitas seruãda pensata quãtitate ex-
traneitatis & alijs cõditionibus vt sapiens determinabit.
Loci aũt dñia duplr̃ põt omnibus prædictis cõmutatio-
nibus admisceri. Cãpsore. n. exñte & dãte suas pecunias
mediolani & recipiẽte alias alibi aut cõtractus mutuatio
nis fit ꝓ mediolano aut ꝓ alio loco vbi accipiens cãbiũ
habet pecunias, puta Lugduno aut ꝓ vtraq; fit. Si cõtra
ctus fit primo mõ. s. mediolani & ꝓ mediolano. tunc cũ
accipiens cãbiũ ex vitalis cõtractus teneaf mediolani da-
re pecunias quas cõmutat nulla diuersitatis locorũ ratio
habenda est. sed tanq̃ cãbium manuale agendũ est, eorũ
quæ supra dicta sunt rationem habendo. Ex eo tñ q̃ acci
piens cãbium vult se liberare ab obligatione & onere &
periculo deuehende pecunie ex loco vbi habet mediola
nũ. Et cãpsor vult hic subire, licitũ est mercedem exigere,
sed hoc potius ad cõtractus cõductionis spectat & loca-
tionis q̃ cãbij. Et ideo iuxta eorũ canones regenf si acci
dat, qđ tñ credo raro euenire. Si vero cõtractus fit scd̃o
mõ. s. mediolani quidẽ sed pro Lugduno, tunc mediola
ni nulla ratio habenda est, sicut nec in cõtractu emptio-
nis quo absentes merces pro loco in quo sunt emuntur.
Oportet enim loci sicut & tpis pro quo cõtractus fit ra-
tionẽ hr̃e, nõ in quo fit. si ꝓ alio loco aut tpe tantũ con-
tractus fit vt nunc ꝓponitur, & hoc siue certificef medio
lani cõmutatio coniectando verisimilẽ prætiũ loci pro
quo fit siue incerta relinquanf vt sciatur prætiũ currens
in loco pro quo fit. Et q̃uis talis modus cãbij nunq̃ forte
fiat, fieri tñ posset hoc mõ q̃ petro habenti Venetijs ve-
netã monetã & egẽti mediolani. 100. duc. cãpsor medio
lani dat 100. duc. aureos recepturus de illa moneta Ve-
netijs tm̃ quãtũ venetijs ꝓ illis cõmutaf in cãbio manua
li & nõ in cursu cãbiorũ quæ fiunt ꝓ locis distantibus Si
cut etiã triticum existens in villa emitur ab his q̃ sunt in
ciuitate tanti quanti vendif in villa vbi assignatur & nõ
quanti vendif assignandũ mediolani &c. Si autẽ contra-
ctus fit tertio mõ vt cõiter accidit. s. mediolani ꝓ medio-
lano & Lugduno simul tũc vtriusq; loci simul, ac p hoc
distantiæ eorũ periculorũ expensarũq; intercedẽtiũ adhi
benda est ratio, sicut & in cõtractu emptionis. Cõstat. n.
q̃ aromata Alexandriæ assignanda ianue empta atq; so
luta vt ianuã deuehanf longe minus valent q̃ si manua-
liter ianue assignarenf, q̃a res cõducenda a tanta distãtia
cũ tot periculis & expensis &c. longe minor est ianuensi
bus seipsa conducta & a tot periculis expẽsisq; libera. Et
hoc modo in cõtractu cõmutationis numismatũ pro lo-
cis diuersis celebrato numismata ipsa sic oportet adęqua
re vt loci cõditiones in ordine ad aliũ locũ ex vna parte
cõputenf sicq; fiet vt si. 100. duca. aureis mediolani. 300.
argenti lugdunenses adequarenf Lugduni assignati. 290
forte adæquarenf cõcurrentibus & alijs suppositis rõni-
bus & forte pauciores. Viliora siquidẽ sunt cõducẽda cũ
periculis & expensis q̃ manualiter habita. Nec obstat q̃
cãpsor mediolanẽsis hẽt fratrẽ aut factorem lugduni, aut
oĩno erat lugduni tantã summã pecunie expensurus ꝓ
alijs suis negocijs, hic. n. oĩa per accidens se habent ad na
turã cõtractus, in cuius equalitate iustitia cõsistit. Quid. n.
ad contractus cõmutationis, in quibus æqualitatẽ rei ad
rem fieri oportet, si ex industria mea aut casu ego affines
habeo in diuersis locis aut ministros forte gratis inuenio
& exinde viarũ ministrorũq; expensas lucrare diues fio,
dũmõ rerum cõditionibus pensatis ęqua fiat cõmutatio.

De tp̄is aūt dr̄ia bimēbris tm̄ diſſō cōſideranda ē.ſ.pñtis tm̄ aut futuri tm̄. vtriuſq;.n. ſimul ratio habita nullā iuſtā diuerſitatē ṗtij in cōmutationibus facit vt infra patebit. pñt ergo in cōmutatiōe numiſmatū iuxta tp̄s cōtractus æqualitas ſumi,& hoc ſiue fiat manuale cābiū ſiue non. Et ſi ſiue in eodē loco ſit æqualens reddendū ſiue alibi, locorū tn̄ rōne habita. Vnde pōt cāpſor dans aureos & recepturus aliā monetā vel ecōuerſo certificare quātitatē reddende pecuniæ ac ſi tunc manualis cōmutatio fieret. Pōt etiā futuri tp̄is quo.ſ.aſsignatio reddēde pecuniç erit rōnem hr̄e. & hoc duplr. Aut incerte cōmutationē relinquendo, vt.ſ.pro.100.aureis nunc datis teneaſ accipiens poſt duos mēſes dare tot argēteos quot poſt illos duos menſes æqualebunt.100.aureis. Aut certificando cōmutationē, vt.ſ.hito reſpectu ad futuras cōmutationes poſt duos mēſes ſtabiliaſ nunc cōmutatis cōmeſurata illis, ita ꝙ parū plus aut parū minus veriſilr credaſ cōmutāda eē talia numiſmata. vt ſi crediſ ꝙ hinc ad duos menſes bene aſsignāda erit pecunia ab accipiente cābium.100. aureis æqualebūt.1000 argētei vel.1000.2. pōt ex nūc certificari cōmutatio ꝙ ꝓ.100.aureis datis teneatur accipiēs aſsignare tūc.1010.argēteos ſiue pl̄s ſiue minus tūc cōtingat cōiter aſsignari &c. Patēt aūt hic ex alijs cōmutationibus vt in cōtractu emptionis rei aſsignande futuro tp̄e. Manifeſtū eſt vt hr̄ expreſſe extra de vſuris.c.nauigāti in ſcd̄o caſu. In iſta.n.cōmutatione numiſmatū tp̄s aſsignandum numiſmati attendiſ nec aliq̄d plus aut minus ſumi diximus ex eo ꝙ prius cāpſor ſua numiſmata dat. Vtriuſq; aūt tp̄is ſimul dr̄ia nullā diuerſitatē vr̄ in q̄buſcūq; cōmutationibus facere ſicut vtriuſq; loci qm̄ res in futuro tp̄e dāda nō eſt deterioris cōditionis ex h̄ ꝙ abñs a pñti et reducēda ad pñs, ſicut res in loco diſtāti ex hoc q̄ reducenda ad locū pñteſ, nec ſubiacet ṗiculis expenſis induſtrie aut miniſtris vt pñs ſm tp̄s ſiat, ſicut ſm locū. niſi q̄s dicat ꝙ ſubiacet ṗiculo ṗditionis. q̄a pōt mori debitor aut interim paup̄ effici. Sed h̄ ṗicula ꝓ nihilo in cōmutationibus reputari patet. tū ex eo ꝙ aut tā rara ſunt ꝙ in cōſilio nō ſubſunt vt de ſtatus deiectiōe dr̄ infra tā breue tp̄s. Aut talia ſunt ꝙ ēt ſi acciderent tuti eſſent creditores vt de morte & de hmōi patet. Tū q̄a ex mutuis & alijs cōmutationibus expientiā teſtē patet hmōi ṗicula nō cōſideranda eſſe. Non.n.q̄ mutuat aut vēdit licite aliq̄d plus exigit ṗp̄ hmōi periculaq; in tp̄is dilatione pñt accidere vendēdo ad tp̄s aut mutuādo. & q̄a breuitas & ꝓlixitas tp̄is dr̄iæ ſunt tpalis diſtātiæ cōſequēs eſt ꝙ nec in cābijs nec in aliis cōmutationibus ex q̄ntitate tp̄is aliqua cōditio rei cōmutāde accedat p̄ ſe ex qua poſsit vilior aut prçtioſior eſtimari iuſte. Notanter aūt dico per ſe, qm̄ p̄ accidens cōtingit æqualis bonitatis res eodē tp̄e aſsignādas diuerſa notabiliter habere pretia & iuſte. Vt ſi triticū aſsignandū mēſe iulij ianuario p̄cedente emaſ iuxta eſtimationem cōem prætij aſsignationis tp̄e futuri & deinde mēſe martij ſubitis exceptis bellis credaſ multo plus vendendū ſiet aliud p̄tiū ꝓ eodē tp̄e ab aliis ementibus. Et ſi menſe maii continget bella augeri aut ſpinas grandibus percuti &c. augebiſ prætiū pro illo met tp̄e Sed hoc non operaſ tp̄is ꝓlixitas aut breuitas, ſed euentus incidentes ex q̄bus res æſtimaſ vilior aut prætioſior vt de ſe patet. Vnde ſinglāris illa opīo dicēs in cōmutationibus ꝓlixitatis tp̄is rōnem haberi poſſe non rōnem tp̄is, ſed q̄a res in tp̄e ꝓlixiore cōſiderata minus valet &c. a veritate deuiat in hoc, qm̄ res nec ex eo ꝙ in tp̄e nec ex eo ꝙ in tanto tp̄e ſumpta cōmutaſ, æſtimaſ vilior aut prætioſior, ſed ex tali euentu in tp̄e. puta bello penuria aut abundantia &c. Ex hoc vero ꝙ pecunie diutius occupate ſunt tenende in hac cōmutatione res cōmutāda nec prætioſior nec vilior cōi prætio reddiſ, vt. S. T. expreſſe dicit in. 22. q.78. ar. 2. ad primū. aſſerens ꝙ mercator vēdens aliquā rem ad tp̄s non pōt vendere plus cōi p̄tio ex hoc ꝙ pecunias ſuas mortuas tanto tp̄e tenebit. & ſi hoc licitū diceretur menſura nō eſſet dāda in vēditione ad tp̄s &c. Quod aūt merces carius emanſ quç citius cōmutande ſunt, ꝓpoſito nō obſtat, qm̄ celerior venalitas æſtimata a maiori vſu aut neceſsitate illius rei ꝓcedit. Res aūt quāto magis vſitata aut neceſſaria alicui tanto ibi eſt pretioſior, et ideo merito ibi carius a primo vendiſ & a mercatore emiſ reuendenda. In rem igiſ cōmutandā redundantem cōditionem aliquā ſub tp̄e ex qua res cōiter p̄tioſior aut vilior æſtimeſ & nō quanto tp̄e pecunia occupeſ cōmutationū natura penſat quā æqualitatē rei ad rem exigit ſic longiſsimo adiūcto tp̄e ac ſi manualiter cōmutatio ṗficereſ ꝓpter q̄d cāpſoribus nō licet menſurare tp̄s mediū inter dationē & acceptionē aut rem aut pecuniā ꝓlixiori tp̄e dādā vilius eſtimare, q̄uis liceat in dādo equalitatē cōmutationis ſtatuere iuxta pñtem eſtimationē de futuri tp̄is cōmutationibus quæ ſm diuerſos euentus tp̄is diuerſis varia eſt, ſicut & in cæteris cōmutationibus.

An cambia propoſita ſint uere cambia & iuſtificata. Cap. 7.

FAcile aūt eſt ex prçdictis videre an prædicti cōtractus a cāpſoribus nuper inuenti de quibus q̄ō pñs eſt, ſint vere cābia & iuſte ſiant. Cū.n. cābii contractus cōſiſtat in cōmutatione numiſmatū & in propoſitis caſibus nulla alia cōmutatio niſi numiſmatū ſiat, ꝯñs eſt q̄ prædicti cōtractus ex ſua forma vere cābia ſint diuerſorū graduū. Quadrifariā nāq; numiſmatū cōmutatio in hmōi cābiis ſit, aut totaliter vt ſit in cābio Brugēſi & Londrenſi, in quo totaliter alia eſt moneta data ab accipienda, aut partialiter vt fieri cōtingit, q̄uis non ſemp in cābio Lugdunenſe in quo marcha auri accipiſ in tribus monetis.ſ.ſcutis aureis aut argenteis &c. Et contingit ꝙ dans dat etiā ſcutos. Aut quaſi nihil vt fieri contingit in cābiis infra italiam, in q̄bus numiſma datū ab accipiēdo parū aut nihil q̄nq; differt ꝓpter proximitatē locorū & cōicationē in numis Aut oīno nihil vt fieri cōtingit etiā in italia, & forte extra qn̄ nulla rōne habita qualitatis numiſmatū, ſed ſola quantitate date & accipiēde pecunie in alio loco penſata & cābium diciſ fieri. Et cū petro habēti Romæ pecunias ſuas & egenti Mediolani. 100. ducatis cāpſor dat Mediolani. 1000. ducatos ꝓ. 1010. ver. g. aſsignandis ſibi romæ &c. Et in primis quidē tribus modis cū cōmutatio numiſmatū ſp̄ interueniat, licet plus & minus contractus cābii ſaluanſ. In quarto aūt mō cābij nomen non niſi ęquoce ſaluari vr̄. Nulla ſiquidē numiſmatū cōmutatio in pactū duciſ. Et manifeſte patet q̄ cōtractus cōmutationis numiſmatū non ēſt qui ſi manualiter fieret nullam numiſmatum, cōmutationē requireret, ſicut nec contractus venditionis eſt rerū diſtantiū ille q̄ ſi manualis cōmutatio fieret venditio nō eſſet vt patet Cōſtat aūt ꝙ ſi cāpſori mediolani ꝓ datis. 1000. ducatis darentur. 1010. ducati nulla eſſet cōmutatio numiſmatum, niſi quia alij numero eſſent dati ab acceptis q̄d' eſt extra ꝓpoſitū. Propter q̄d vr̄ ꝙ contractus ille mutui ſit, ſed cābii noīe palliatus ac per hoc nō licet lucrari cāpſori ex eo, ſed ſe tm̄ ſeruare indēnem vt ſuperius de mutuātibus pro locis remotis declaratū eſt. Siquis tamen diligenter contractū hunc conſideret videbit nec mutui nec cambij proprie contractū eſſe, ſed contractū quaſi emptionis & venditionis per quandā analogiā ad cābia pertinentem. Quāuis.n in contractu hoc numiſma ꝓ numiſmate nō cōmutetur, cōmutatur tn̄ numiſma pñs cū numiſmate diſtante localiter & numiſma in hac cōmutatione materialiter & vt res quædā accipiſ. Cōmutatur.n. vt res tanti prætii pñs cū re equali diſtante habita vtriuſq; rōne loci Conſtat aūt ꝙ res diſtans a mediolano vilior eſt mediolanenſibus ieipſa Mediolani ſit a ꝓpter expenſas & pericula & cætera ad vehendū ipſam requiſitam. Vnde quēadmodū emiſ pecunia in naui fluctuante cōſtituta minus q̄ abſolute valeat quia nō emitur inquantū pecunia, ſed inquantū res tanti prætii ſub tali periculo cōſtituta. Et ſicut pecunia debita ioāni a malo debitore emitur a petro minus q̄ valeat, quia eſt res ſub tali labore poſsidendi conſtituta, ſic pecunia abſens inquantū res ſubiacens periculo & expenſis delationis emitur minus q̄ abſolute in ſe valeat, & ꝓpterea nec mutui nec cābii contractus iſte eſt ꝓprie, ſed ad cābium quodāmō reducitur pro quanto res pñs & res abñs quæ cōmutantur numiſmata ſunt. Et q̄a h̄ contractus per modū cōditionis oībus ſupradictis adeſt non penſandus eſt in cæteris. Iuſtitia vero in his cābiis tunc erit qn̄ nec exceſſus ſiet in æſtimando, ſed penſa

tis condicionibus numismatum ex qualitate & distātia
& aliis ad rē facientibus & industrie rōne habita equa fiet
cōmutatio. Seruabit aūt hoc qñ fm rectā estimationē cō
mutatio regulabit aut sapientū in hoc arbitrio limitatum
fuerit. Nec tpis ꝓlixitas aut breuitas pensabitur, sed semꝑ
in veri estimatione ꝑtij stabit siue cito siue tarde pecunia
assignanda sit. si n. hoc defuerit vsura ē rōne impliciti mu
tui, sicut in venditione plus iusto prætio ad tp̄s. Si aūt pri
mū deesse cōtigerit vsura quidē nō est, sed iniustū lucrū
& restōni obnoxiū, sicut qñ res plus iusto ꝑtio vendit.
Vñ ꝓposita cābia si seruatis his duabus cōditionibus
necessariis ad iustificationē & cæterarū cōmutationū cele
brant iuste fieri pñt. Ex his aūt patet nō licere cāpsoribus
aduenientibus nūdinis Brugensibus vel Londrensibus de
bitori. tunc ex accepto prius cābio dilationē solonis con
cedere vsq; ad sequentes nūdinas, & ex hoc plꝰ recipe q̄
prius deberet, aut pacisci sibi deberi, sicut in sequentibus
nūdinis cābia currēt. Hic. n. est cōtractus mutui cū spe lu
cri solo cābij noīe fultus, & ꝓlixitatis tpis rō manifeste
hr. Campsoribus quoq; ꝓ Lugduno vel alio loco iuxta
ꝓlixitatē aut breuitatē tpis medii iter dationē & acceptio
nē marchā auri aut reddendā quācūq; monetam plus &
minus estimātibus &c. Nā ex hoc parat dānatio vt puta
vsurariis. Nota tñ diligenter hoc in loco q̄ sufficiens si-
gnum iniusti cōtractus nō est minus dare ꝓ cābio mul-
to interiacente tp̄e vsq; ad nūdinas & plus dare qñ ꝓxi
me sunt nundine, qm̄ cōsuetudo hæc quāuis prima facie
introducta videatur ꝓ habenda rōne tpis medii quo acci
piens pecunias mediolani redditurus in nūdinis Lugdu-
ni vtit illis pecuniis acceptis. Perspicacius tñ scrutantibus
occurrit q̄ cōsuetudo h̄ introduci potuit ꝓpter inuentio
nē aut nō inuentionē cāpsorū tenentiū loca quasi vēdito
rū vel ꝓpter multitudinē aut paucitatē eorū. Propter qd̄
sciendū est q̄ in hmōi cābiis accipientes mediolani pecu-
nias ꝓ assignāda marcha auri Lugduni in nundinis, qui
sunt quasi venditores marche auri absentis loco & tp̄e
cōiter cū suo dāno cābiū hoc faciunt scientes ip̄ q̄tū dāni
ex tali vēditione incurrerēt. Ex hoc aūt ꝓuenit p̄nr q̄ nul
lus simplr loq̄ndo inuenit quasi venditor in hmōi cābiis
sicut nec in quacunq; alia cōmutatione in qua certum est
venditorē dānificari. Nec ꝓpterea cēsenda est illicita cō-
mutatio, q̄a. s. venditor nocumentum incurrit, q̄a dūmō
res absens vel pñs vēdat iusto ꝑtio contractus est licitus,
quęcūq; pars inde nocumētū incurrat &c. Ex hac quoq;
radice ꝓuenit q̄ tunc tm̄ inueniunt quasi venditionis in
istis cābiis qñ mercatores egent pecuniis, & volunt po-
tius tales subire vēditionis cōtractus cū aliquali dāno q̄
a maiori lucro abstinere vel cōmō qd̄ ē accepta pecunia
paratū vel aggrendū spant. Vñ nisi esset hmōi indigentia
pecuniarū cū intermedio tp̄e quo negociationibus suis
ꝓuidere ex acceptis pecuniis possent illi q sunt quasi ven
ditores nullus vnq̄ ıueniret quasi. vēditor in istis cābiis.
Quēadmodū ergo tēpus intermediū est occasio q̄ inue-
niant quasi vēditores, ita multū tp̄s intermediū est occa-
sio multorū venditorū cōiter & paucū tp̄s multorū em-
ptorū. Ac ꝑ hæc multo interiacente tp̄e ꝑꝑ abundantiā
venditorū rōnabiliter minus dat a soluentibus qui sunt
quasi emētes marchas absentes modico interiacente tp̄e
ꝓpter abundantiā emptorū plus ab eisdē quasi ementi-
bus soluit. Adeoq; dñr abundare qñq; emptores prope
nundinas vt nihil lucrentur. immo cū dāno sua cābia fa-
ciant, q̄a non inueniunt vēditores, & hoc cōtingit qñ fri
get negociaria ars, vnde cū cōtractus cābiorū hmōi ab-
stracta ista dr̄ia tēporū liciti sint, vt ex dictis et dicēdis pa
tere pōt: & h̄ ipis dr̄ia dānari nō possit, q̄a prædicto mō
saluari pōt. restat q̄ si pensata loci absentia alias iuste fiat
talis numismatū cōmutatio iniusti iudicari nō debēt con
tractus tales. Quod si plenius vis cōspicere finge lanā vel
quālibet aliā rem absentē loco vendi & emi, in hmōi cō
tractibus. videbis. n. clarius veritatē. Qm̄ cū numismatū
cōmutatio tractet inter numos hinc & inde mens posita
sꝑ ad mutui contractus declinare cōsueuit. Vtrū autē de
facto moderatū sit lucrū qd̄ ex hmōi cābiis reportatur
scientifice nō subest decisioni q̄ ad singła nō descēdit. Illud
tñ rōni cōsentaneū vr̄ q̄ moderatū censendū sit lucrum
qd̄ cōis cōsuetudo approbat, vt. s. cābia fiant fm q̄ tunc
currunt ꝓ locis illis cōiter. Pensanda aūt diligenter & ap
plicanda subtiliter h̄ sunt cābiis per Bruges & Londres.
Nec obstant ꝑdictis rōnes ad opposita in. 3. ca adducta.
Falsum q̄dē supponit primo q̄ cābia h̄ fiant in fraudem
vsurarū, imo pro cōi bono mercatorū sunt introducta.
Nec ex eo q̄ petrus nō mutuaret pecuniam q cōmutare
ꝓpter spem lucri est paratus, peccat qñ nec opus nec in-
tentio deformitatē cōtinet, q̄a non tenet ad mutuū & in
stis cōmutationibus vacat. scd̄a vero rō cōcludit nō illici
tos cōtractus, sed illā ipis conditionē nō posse apponi si
ne vsure vitio, sicut & in venditione ad tp̄s. Tria aūt cam
bia hæc subtiliter nō scrutat, qm̄ cāpsor ementis tē in fu-
turo assignandā magis quā vendentis rem cōseruandam
aut trāsferendā locū tenet in vtroq; mō cābii. qm̄ etsi in
scdo mō videatur vēdere ducatū ex hoc q. cōmutat ipm.
52. grossis, fm tñ veritatem emit tot grossos Flandrenses
Brugis assignandos vno ducato. ista siquidē extimatio
ducati concurrit ibi vt modus cōputandi facilius quanti-
tatē ducatorū & grossorum cōmutandorum & non ve.
ducati Venetis pretiū. est autē interpretatio hæc merito
admittenda ex eo q. ipsi cōtractū realis seu veri cābii di
cunt se facere qui tali mō interpretandus est vt iustitiam
contineat cābii. siquidem nomen sensum hunc admittit.
Quid ergo de cābiis his & de recitatis opinionibus sen-
tiendū sit ex dictis manifestū est. Nunc ad reliqua cābia
ex parte accipientium proposito transeamus.

De aliis cābiis ꝓpositis ex parte accipientiū cābia. Cap. VIII.

Reliqua igit in fine primi capl̄i ꝓposita cābia exa-
minando distinguendū vr̄, & dicēdū qd de facto
fit & q̄d possit fieri. Aliter siquidē hæc cābia fieri
ex eorū verbis percipit, aliter fieri possent. Cōsiderando
ergo quid fit. Oīa illa cābia ex parte non cāpsorum, sed
petri dantis pecuniā cāpsori alibi sibi assignandā iniusta
esse vident ꝑ se loquendo. Cū n. cāpsor non accipiat pe
cuniā a petro in fauorem sui, sed petri, cui assignanda est
alibi nulla æquitas censet cāpsorem ex hoc dānum aliqd̄
pati. Pateret aūt in his cambiis dānum ad minus duplex.
Primū est q̄ seruitiū suum quo pecunias Mediolani acce
ptas Florentiæ proinde ac tuto delatus assignat irremu-
neratū remaneat & tamen seruitiū mercennariū est. scdm
est q̄ plus dat aut dabit cāpsor vt sperat petrus q̄ acce-
perit. Qm̄ ducati florentini minus valent Mediolani vbi
dant cāpsori quā Florentiæ vbi assignant. vñ cāpsor si
se indemnē quo ad hoc suare debet, deberet mittere eos
Florentiā, & sic expēsarū dānum maius incurreret. Alio
quin expendēdo eos extra Florentiā constat q̄ plus dat
q̄ acceperit, & hæc duo in tribus primis modis locū ha-
bent. In aliis autē tribus in quibus vltra prædicta petrus
vult quatuor ducatos vltra illos. 100. tertiū dānū cāpsori
adiungit. Dixi aūt hęc esse illicita fm q̄ fiūt, q̄ a hmōi ho
mines exigunt a cāpsoribus vt dr̄ ꝑꝑ vsum pecunie quē
debeant in tp̄e medio a datione vsq; ad assignationē Di
cunt. n. cāpsori tu lucraberis interim cum istis pecuniis et
negociis tuis eas accōmodabis, & ꝓpterea volo & ego
aliqd cōmodi. Sicq; lucrū ex industria cāpsoris nō ex pe
cuniis ꝓueniens iniuste pensando lucrari nolūt nō absq;
vsura. dixi aūt per se loquendo, qm̄ per accidēs cōtinget
absq; culpa hæc fieri, vt in tertio casu quibusdā videt. Si
petrus ex abusione mercatorū & cāpsorum nescire pōt
quantum ducati sui florentiæ valent, & egens pecuniis
suis ibi coniectat iustum ꝓut cābia valebunt, tunc nō ex
spe lucri. Et si cōsueuerint ad primā petentium vocē cam
psores seruitiū suū gratis impendere, ne forte volētes trās
ferre pecunias cābii contractū secum velle inire deposcāt
& sic æqualem promittunt florentiæ pecunie summam.
& videtur posse transire. Quāuis. n. hoc faciant campso-
res ꝓpter vsum pecunie, quia tñ eorum seruitium in his
onerosum non est, q̄a omnino mittunt ꝓ aliis negociis
& cambiis & ministros soluunt parū & consuetum pro
nihilo haberi videt, sicut de vsu libri in pignus dati. S. T.
dicit Si autem de cambiis his loquamur vt fieri possunt,
q̄a si petrus posset emere Mediolani a campsore. 100. du
catos florentinos assignandos Florentiæ, vel cōmutare